

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE

VOL. LXXXI:

AMBROSIASTRI QVI DICITVR
COMMENTARIVS IN
EPISTVLAS PAVLINAS

PARS I

IN EPISTVLAM AD ROMANOS


RECENSUIT
HENRICVS IOSEPHVS VOGELS

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXVI

TRENT UNIVERSITY



LIBRARY
OF RELIGION



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

CORPVS
SCRIPTORYM ECCLESIASTICORYM
LATINORYM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE SCIENTIARVM AVSTRIACAE

VOL. LXXXI

AMBROSIASTRI QVI DICITVR
COMMENTARIVS IN
EPISTVLAS PAVLINAS

PARS I

IN EPISTVLAM AD ROMANOS

RECENSVIT

HENRICVS IOSEPHVS VOGELS

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXVI

AMBROSIASTRI QVI DICITVR
COMMENTARIVS IN
EPISTVLAS PAVLINAS

PARS PRIMA

IN EPISTVLAM AD ROMANOS

RECENSVIT

HENRICVS IOSEPHVS VOGELS

VINDOBONAE
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY
MCMLXVI

OMNIA IVRA RESERVATA

© HÖLDER-PICHLER-TEMPSKY KG., WIEN 1966

VINDOBONAE

Ex universitatis Vindobonensis officina typographica
Adolphi Holzhausen Successorum

INDEX

	Paginis
PRAEFATIO	VII
PROLEGOMENA	IX
I. De auctore	IX
II. De commentario	XVII
III. Quomodo commentarius traditus sit.....	XVIII
A. De editionibus impressis	XVIII
B. De manuscriptis commentarii ad Romanos epistulae et de tribus eius recensionibus	XXI
C. De manuscriptis commentarii ad Corinthios epistularum	XLII
D. De codicibus commentarii ad reliquas epistulas	LII
AD ROMANOS.....	1
Conspectus codicum	2
Ad lectorem	3
INDEX SCRIPTORUM	498

PRAEFATIO

Historia huius Ambrosiastri qui dicitur editionis a casibus solito longinquioribus repetenda est. Cum quaestione quadam ad ignoti illius auctoris contextum S. Scripturae pertinente occupatus essem, brevi tempore mihi persuasi ea, quae effecissem, necessario valde dubia esse mansura, si quaestio mea editionibus impressis contenta esset. Notum quidem erat ex A. Souteri libello *A study of Ambrosiaster*, Cambridge 1905, p. 2, H. Brewerum S. J. iam diu in praeparanda editione Corpori Vindobonensi destinata occupatum fuisse; sed ille, antequam operis eius quidquam publicatum est, morte absumptus est (die 5. Febr. a. 1922), ut singulare munus fortunae existimandum sit A. Souterum in libello *The earliest Latin commentaries on the Epistles of St. Paul*, Oxford 1927, p. 49sqq., hominibus doctis saltem anguste potuisse explicare, quid Brewer praecipue effecisset. Cum Academiam Vindobonensem de fatiis rerum ab illo relictarum consuluissem, tristem nuntium accepi ea, quae Brewer reliquisset, hereditate quidem A. Grimmio eiusdem ordinis sodali obtigisse, sed hunc in bello, quia libellus, quo ei venia petebatur, ab Academia scriptus sero perlatus esset, supplicio adfectum et universam eius hereditatem pro amissa esse putandam.

Breweri et Grimmii loco operi edendo praefectus iam plus minus triginta libros manuscriptos contuleram et commentarii in epistulam ad Romanos textum prope totum constitueram, cum die 18. Sept. a. 1957 de Vindobona certior factus sum ea, quae Grimm reliquisset, in abbatia St. Blasii (St. Blasien) iacere meque potestatem eorum habere. Quam materiam universam P. Otto Faller S. J. die 6. Nov. a. 1957 benigne mihi tradidit. Cum accurate eam inspexissem, labores ad praeparandum aptos iam longe progressos, sed nusquam plane perfectos esse cognovi. Praecipue exoptata autem mihi

fuit potestas ea, quae ipse confeceram, cum Breweri labore ad epistolam ad Romanos pertinente conferendi et accuratis a Grimmio iam in uno conspectu positis collationibus ad epistulas ad Gal. usque ad Philem. spectantibus utendi.

Bonnae, die 7. Jan. 1961

H. Vogels

PROLEGOMENA

I. De auctore

Ex quo Erasmus primus negavit amplam illam sub Ambrosii nomine traditam epistularum apostoli Pauli interpretationem Latinam a clarissimo illo Mediolanensi episcopo esse conscriptam illustremque auctorem ignotum non sine quadam despicientia Ambrosiastrum baptizavit, inde ex eo tempore viri docti, praesertim antecedentibus annis quinquaginta, summam dederunt operam, ut auctorem indagarent. Neque tamen dici potest eos successum talem habuisse, qui quasi terminus iudicari possit. Quae res valde mira est, cum commentarius ille solus sufficiat, ut auctori honestus inter interpretes Latinos locus reddatur. Quin etiam A. Harnack haec quaerentem habemus: 'Quis in occidente interpres veteris mediique aevi ei par est?'¹⁾ Neque vero commentarius Paulinus unicum eius auctoris opus est, immo nobis res est cum uberrimo scriptore, cuius ex calamo, quod iam pridem opinabantur viri docti quodque A. Souter probando ratum fecit, etiam *Quaestiones illae Veteris et Novi Testamenti pseudoaugustinianae* fluxerunt, collectio quaedam quaestionum et solutionum praecipue ad sanctam scripturam pertinentium (CSEL 50), eidemque addicenda est testibus argumento, stilo, sermone interpretatio evangelii secundum Matthaeum, cuius fragmenta eodem tempore C. H. Turner et G. Mercati e manuscripto bibliothecae Ambrosianae in lucem ediderunt²⁾. Porro comparisonem iuris Mosaici et Romani (Mosaicarum

¹⁾ A. Harnack, *Der pseudoaugustinische Traktat Contra Novatianum* (Abhandl. A. v. Öttingen zum 70. Geburtstag) München 1898, 54.

²⁾ C. H. Turner, *Journal of Theol. Studies* 5, 1904, 218–241; G. Mercati, *Anonymi Chiliastae in Matthaeum Fragmenta* (Studi e Testi 11), Roma 1903; A. Souter, *Journal of Theol. Studies* 5, 1904, 608–621; C. Martini, *Ambrosiaster*, Roma 1944, 16sqq.

et Romanarum legum collatio, ed. Th. Mommsen, Berolini 1890) ex eiusdem manu originem duxisse verisimile est, quamquam hoc opus ultra materiae collectionem progressum non est. Sed utcumque haec res se habet, tria illa opera certe abunde sufficiunt, ut iudicemus illum silentio non esse praetereundum, si viros illustres veterum scriptorum ecclesiasticorum enumerare velimus.

Eodem modo quo *Quaestiones* supra memoratae etiam commentarius in Pauli epistulas primo suppresso auctoris nomine editus esse videtur. Cuius rei quamvis iusta possit esse causa, tamen non est, cur offendamus in eo scriptore, qui non laudem, sed rem spectabat. Idem Pelagius fecit, qui hominis aetate post Ambrosiastrum nostrum calamum arripuit, ut breviorum commentarium Paulinum conficeret, neque in opere suo Ambrosiastro praecedente non est usus. Exstat autem testimonium quoddam ad Ambrosiastri fere aetatem rediens, quo declaratur Ambrosiastri saltem manuscripta ad epistolam ad Romanos pertinentia, quae Hilarium quendam auctorem exhibebant, in manibus legentium fuisse. In libro enim *Contra duas epistolas Pelagianorum* anno circiter 419/20 conscripto Augustinus locum satis amplum ex Ambrosiastri ad Rom. 5, 12 commentario affert, quem ab his verbis incohat: *nam sic et sanctus Hilarius intellexit quod scriptum est 'in quo omnes peccaverunt'*, et verba allata finit haec adnotans: *haec scribens Hilarius sine ambiguitate commouit* etc. (CSEL 60, p. 528, 9). Augustinus de noto illo episcopo Pictaviensi cogitasse videtur, cuius ut auctoris multis de causis ratio non est habenda.

Sed in hac materia Hilarii nomen etiam in Hibernia traditum invenitur, quod ex illa Augustini adnotatione fluxisse si opinaremur, ab omni verisimilitudine abhorreret. Codex Ardmachanus (Book of Armagh) anno circiter 807 a Ferdornacho quodam librario scriptus Ambrosiastri in ep. ad Rom. prologum cum hoc titulo praebet: *Incipit prologus Hilarii in apostolum*. In veteri bibliotheca clarissimae abbatiae

Bobbiensis, quam partim monachi Hiberni incolebant, codex *Hilarii in epistola ad Romanos librum I* (Bekker 32) servabatur. In codice Mp. th. f. 12 universitatis litterarum Herbipolitanae (Würzburg) saec. 8./9. originis Hibernicae duodecimies Ambrosiastri ad Rom. commentarius laudatur appposito lemmate *hl*, semel *hel*, nec dubium est, quin etiam hoc loco Hilarius sit intelligendus³⁾. His rebus omnibus docemur saltem commentarium in epistulam ad Rom. in latis occidentis regionibus ut Hilarii cuiusdam opus in manibus fuisse, quem praecipue vel solum pro magno illo in certaminibus Arianis propugnatore habitum esse licet augurari.

Sed iam Cassiodori aetate Ambrosius commentarii illius auctor a quibusdam putabatur, quae falsa opinio postea vulgo evaluit. Inde a nono fere saeculo maius in Ambrosiastrum studium exstitisse statui potest. Claudius Taurinus (Torino, † c. a. 827) et Hatto Vercellensis († 961) tantopere illo usi sunt, ut commentarii eorum partim prelo nondum subiecti vel ad constituendum Ambrosiastri contextum non nullius momenti esse possint. Etiam Amalarius Mediomatricus (Metz, † c. a. 850), Haymo Halberstadtensis († 835) vel Remigius Antissiodorensis (Auxerre), Sedulius Scottus († c. a. 858), Hrabanus Maurus († 854), Prudentius Tricassensis (Troyes, † 861), Hincmar Remensis (Reims, † 882), Lanfranc de Bec († 1089), Ivo Carnutensis (Chartres, † 1117) solum episcopum Mediolanensem ut auctorem noverunt itemque omnes fere qui exstant Ambrosiastri libri manuscripti. Unus veterrimus (Casinensis 150), cuius quidem initium et folium postremum perierunt, in clausula (*Explicit*) neque epistulae ad Rom. neque ceterarum epistularum auctoris nomen exhibet. Princeps Erasmus nomen Ambrosii recte traditum esse negavit, quem Maurini tam perspicuis argumentis secuti sunt, ut, cum postea P. A. Ballerini Mediolani

³⁾ Cf. H. Zimmer, *Pelagius in Irland*, Berlin 1901, 117sq.; W. Schwierholz, *Hilarii in ep. ad Romanos librum I* (Kirchengesch. Abhandl., hrsg. von M. Sdralek 8), Breslau 1909.

a. 1877 opus illud Ambrosio servare conaretur, id omnibus mirum videretur neque usquam, qui ei crederent, viri docti adduci possent.

Inter multa recentioris memoriae proposita, quae plerumque fundamentis plane infirmis nitebantur, sola digna est, quae non neglegatur, ea sententia, quam G. Morin primum a. 1899 viris doctis mirantibus proposuit⁴⁾ contendens auctorem esse Isaac quendam Iudaeum, cuius apud Gennadium c. 26 mentio fit, qui ad fidem Christianam conversus, cum Damasus et Ursinus de papatu contenderent, Ursini causam defendit causaque perdita ab imperatore Gratiano in Hispaniam actus in exilium est. Ad ea Th. Zahn⁵⁾ loci cuiusdam in Hieronymi commentario in ep. ad Titum (3, 9 Migne 26, 595D) commonefecit, ubi scriptum legimus: *Audivi ego quendam de Hebraeis, qui se Romae in Christum credidisse simulabat, de genealogiis domini nostri Iesu Christi, quae scripta sunt in Mathaeo et Luca, facere quaestionem, quod videlicet a Salomone usque ad Ioseph nec numero sibi nec vocabulorum aequalitate consentiant. Qui cum corda simplicium pervertisset, quasi ex adytis et oraculo deferebat quasdam, ut sibi videbatur, solutiones, cum magis debuerit iustitiam et misericordiam et dilectionem dei quaerere*; qui locus cum neminem alium spectaret quam Isaac, Zahn una cum multis aliis viris doctis Morini sententiam probavit. Et quamquam Morin ipse paucis annis post (1903) Iudaeum suum Isaac destituit⁶⁾, tamen id quod proposuerat adhuc longe optimum est.

Species commentarii imprimis in epist. ad Rom., ad quem auctor eximiam diligentiam et summam contulit industriam, certe prorsus respondet ei exspectationi, quam hoc

⁴⁾ G. Morin, L'Ambrosiaster et le Juif converti Isaac, Revue d'histoire et de littérature religieuse 4, 1899, 97—121.

⁵⁾ Theol. Literaturblatt 20, 1899, 315.

⁶⁾ Rev. Bénéd. 20, 1903, 113—121; G. Morin, Études, Textes, Découvertes I. Maredsous 1913, 8sq.

posito habere nobis licet. Interpretatio ep. ad Rom. conscripta est ab aliquo auctore, cui res Iudaeorum praecipue cordi erant, eademque permixta est sententiis iuris prudentiam ostendantibus.

Studium illud erga Iudaeos hic notabilius est, quam ut ignorari possit. Saepius praedicatur Iudaeos, quantum quidem ad res divinas attineat, *nobiles*, paganos *ignobiles* esse et illud Iohannis 4, 22 *salus ex Iudaeis* auctori identidem ex calamo manat. Qui non solum Vetus Testamentum non ignorat, sed etiam Apocrypha quaedam Iudaica ut Ascensionem Isariae, Iamnen et Mambren, peritus est morum atque institutionum Iudaeorum et conqueritur, quod haec et illa in ecclesia iam non colantur. Novit leges cibarias, praecepta purgatoria aliaque eiusmodi, quin etiam scit, quo ordine in sacris synagoga libus considatur⁷⁾, ex quo concludi potest eum certe occasione data aliquando iis interfuisse.

Neque eum fugit, quibus rebus Iudaeorum piorum animi commoveantur. Iam in prologo ad Rom. 5 de Israelitis dicit: *ut quacumque se verterent, legem haberent, ut sine sollicitudine omnino non essent*. Saepius auctor loquitur de 'fugiendo' ad dei gratiam, qualem evangelium Christi promittit et adfert. Novit igitur miseriam hominis, cui lex omnes vitae rationes interpellans minatur, ubi ipse singulis eius postulatis oboedire nequit.

Ambo testamenta artissime inter se cohaerere ut res verissima non solum ab Ambrosiastro identidem praedicatur; at ubi inveniuntur sententiae huius modi: *ut in hoc ceterae gentes addiscerent non esse alium deum praeter hunc, qui Iudaeorum erat et factus est Christianorum, quamvis et illi Christiani fuerint et nos nunc simus Iudaei propter Iudam, ex quo Christus est secundum carnem, quia Iudaei veteres sperando futurum Christum redemptorem Christiani erant?* (ad Rom. 9, 17)

⁷⁾ Ad I Cor. 14, 31 Migne 272 (258) C.

Immo hoc loco plura notanda sunt: in toto commentario dominatur studium statuendi, quae ratio constet inter legem et evangelium, vel aliis verbis inter Iudaismum et Christianismum. Ambrosiaster recte, ut videtur, in admonitionibus capitis 15 tamquam clavem ad intellegendam epistolam ad Rom. quaerit, cum epistolam illam ad conventum fidelium, qui verum apostolum nondum apud se viderat cuiusque pars eorum, qui antea Iudaei fuerant, illud *deum de deo* alienum esse putabat a monotheismo suo, pro doctrina quadam mysterii redemptionis et trinitatis habeat et ultimam partis dogmaticae sententiam (11, 36) quasi culmen doctrinae et proprium epistolae finem intellegat. Doxologiam pariter atque alii interpretes veteres⁸⁾ ut laudem trinitatis interpretatur. Ecclesiam Romanam eo tempore, quo epistula scripta est, quaestione illa 'ecclesiae Iudaeorum et paganorum' graviter conflictari existimat; ex cap. 15 epistolae ad Rom. percipit etiam in epulis communibus ad cultum divinum pertinentibus acres dissensiones et contentiones apparere et totius epistolae quasi fundamentum esse curam unitatis ecclesiae putat, quae revera magnum apostoli gentium desiderium est. Ne laudibus quidem plene sonantibus epistolae ad Rom. 1, 8 avocatur quin cognoscat conventum ibi appellatum in eo statu esse, qui apostolo curae sit, quippe qui non ignoret bonum magistrum laudando saepe plus consequi quam vituperando (ad Rom. 15, 13).

Quod attinet ad auctoris iuris prudentiam, satis erit hos commemorare libellos: F. Cumont, *La polémique de l'Ambrosiaster contre les païens*. Appendice: *L'Ambrosiaster et le droit romain* (Rev. d'hist. et de lit. rel., Paris, 8, 1903, 417—440) et O. Heggelbacher, *Vom römischen zum christlichen Recht*, Freiburg (Schweiz) 1959, quibus demonstratur Ambrosiastrum versatum esse in iure pu-

⁸⁾ Cf. K. H. Schelkle, *Paulus, Lehrer der Väter*, Düsseldorf 1956, 407sqq. Ambrosiastri interpretatio maxime fuleitur locis I Cor. 8, 6 et Ioh. 1, 3.

blico et privato, in iuris historia, in rebus administrandis. Idem iterum ac saepius Romanos Graecis intercedentibus iuris prudentiam Hebraeis debere adnotat.

De auctore cum quaerimus, consentaneum est non nullius momenti praeterea esse, ubi et quo tempore hoc opus conscriptum sit. Quaestionum eius unam vel alteram certe Romae ortam esse his verbis demonstratur (Quaest. 115, 16, p. 323, 21): *hic enim in urbe Roma*. Talium quaestionum autem collectionem ibi in manibus fuisse inde apparet, quod papa Damasus a. 384 Hieronymo, qui consiliorum eius adiutor in talibus negotiis erat, quinque quaestiones proposuit, quae paene eodem ordine apud Ambrosiastrum inter duodecim quaestiones priores occurrunt. Etiam commentarium in ep. ad Rom. Romae scriptum esse iam H. Brewer vidit. In Souteri libello *The earliest commentaries on the Epistles of St. Paul*, Oxford 1927, 43 legimus: *Father Brewer told me about 1910 that in an unpublished form of the commentary on the Epistle to the Romans there is definite proof that the commentary on that book was, at least in one of its forms, written in Rome itself*. Quod in recensione primaria auctor quattuor locis de urbe loquitur, in cuius vicem recensio posterior quater Romam ponit, id sane vix alio modo explicari potest quam ut statuamus opus Romae conscriptum postea alio loco esse retractatum.

Terminandi eius temporis, quo totum opus conscriptum sit, admodum angusti sunt fines. In I Tim. 3, 151 Ambrosiaster loquitur de ecclesia, cuius hodie rector est Damasus et paucis paginis ante (ad II Thess. 2, 7) mors imperatoris Iuliani commemoratur. Itaque termini, intra quos liber conscriptus sit, i. e. intra 26. diem Iun. a. 363 et 11. diem Dec. a. 384, certissime confirmati sunt eiusque conscriptionis tempus potius in fine huius spatii ponemus. Sed etiam hoc probato opus illud anno 392, quo Hieronymus librum *De viris illustribus* foras dedit, prope decennium iam apud bibliopolas venibat. Fieri non potuit, ut Hieronymo aequalis, qui cum

eo in eadem urbe vivebat, ignotus fuerit, porro amplissimus ille commentarius, prima corporis Paulini in regionibus Latine loquentium interpretatio, doctoris maximi in exponendis scripturis attentionem fugerit, praesertim cum epistula eius 126 haud dubie demonstratur bibliothecam eius Bethlehemecam ca. a. 398 exemplar Quaestionum continuisse⁹⁾. Cur eum in catalogo scriptorum silentio praeterit? Huius aenigmatis hanc solam video solutionem: quia eum non vult nominare. Pristinus ille causidicus inde a temporibus illius contra Damasum actionis ei adeo est in odio, ut eum *damnatione memoriae* afficiat eumque tantummodo occasione data semel nomine non prodito a se abigat haec adnotans: *Audivi ego quendam de Hebraeis, qui se Romae in Christum credidisse simulabat* etc.

Isaac illum postea apud socios eiusdem confessionis denuo refugium quaesivisse et repperisse non solum ab Hieronymo audimus: idem clarius elucet e iudicio synodi Romanae anni 378, quo dicitur: *Sic denique factio profecit Ursini, ut Isaac Iudaeo subornato, qui facto ad synagogam recursu caelestia mysteria profanavit, sancti fratris nostri Damasi peteretur caput . . . Isaac quoque ipse, quia ea quae detulit probare non potuit, meritorum suorum sortem tulit*¹⁰⁾. Neque vero obliviscendum est utrumque dictum ex acrium adversariorum ore provenisse. Auctorem autem commentarii epistulae ad Rom. ex intima animi persuasione ad synagogam revertisse, quidquid ab ecclesiae partibus passus est, mihi quidem plane incredibile videtur. Itaque si opus illud post annum 378 conscriptum est, Isaac ut auctor tollendus esse videtur. Praeterea concedendum est Adversus Iudaeos tractatum (Quaest. 44, ed. Souter, p. 71) legentibus haud facile in mentem venire posse eum scriptum esse ab homine con-

⁹⁾ Cf. H. Vogels, *Ambrosiaster und Hieronymus*, Rev. Bénéd. 1956, 15sq.

¹⁰⁾ Mansi, *Sacr. conc. nova et ampl. coll.* III, 624sq.

fessione Iudaeorum quondam adhaerente, quod etiam Cumont¹¹⁾ et Brewer¹²⁾ negant, Martini¹³⁾ non verisimile esse dicit.

II. De commentario

Sermone coartato — Sixtus Siensis libros illos quattuordecim in omnes Pauli epistolas *breves quidem in verbis, sed sententiarum pondere graves*¹⁴⁾ appellat — auctor interpretationem totius corporis Paulini praebet incipiens ab epist. ad Rom. et epistula ad Philem. finiens. Quamquam non desunt manuscripta et editiones¹⁵⁾ quibus in ep. ad Hebr. quoque commentarius praebetur, tamen illum non ab Ambrosiastro, sed ab Alcuino originem duxisse E. Riggenbach monstravit. Ambrosiaster noster etsi epist. ad Hebr. non ignorat, tamen consentiens cum bona illa in occidente tradita opinione, quae demum medio fere quarto saeculo turbatur, non doctoris illam gentium propriam iudicat eaque satis modice utitur.

Quem ordinem singularum epistularum interpretatio secuta sit, vix statui poterit, quia codices hac in re valde inter se differunt. Copiosissima et diligentissima est, ut ex re nata, interpretatio epistolae ad Rom. similiterque utriusque ad Cor. epistolae. Etiam epistularum ad Gal., Eph., Phil., Col. interpretationes satis accuratae sunt. Minus spatiosus est commentarius ad I. et II. ad Thess. ep., ad epistulas pastorales, ad ep. ad Philem. Ad summam ambitus commentariorum in epistulas ad Rom. et I. et II. ad Cor. paulo maior est quam in reliquas epistulas omnes.

¹¹⁾ l. l. 417.

¹²⁾ Zeitschr. f. Kath. Theol. 1913, 214sq.

¹³⁾ l. l. 154.

¹⁴⁾ Bibl. sancta 4 (laud. ap. R. Simon, Hist. crit. des principaux commentateurs du Nouv. Test., Rotterdam 1963, 134).

¹⁵⁾ R. Simon principem editionem epistolae ad Hebr. vocat Antverpianam a. 1540.

Singulis epistulis haud scio an prologus Marcioniticus ad unam quamque pertinens praepositus fuerit. Quorum angustorum ad epistulas apostoli gentium prooemiorum haeretica et sententia et origo D. de Bruynei¹⁶⁾ et P. Corsseni¹⁷⁾ demum scriptis detecta est. Ante id tempus in multis manuscriptis Vulgatae sine ulla dubitatione describebantur et legebantur. Ambrosiaster quoque originis eorum ignarus perterritus esset, si ei nota fuisset. Sed dubium non est, quin prologorum notitiam habuerit, cum non solum commentarius in ep. ad Rom. prologi opinionibus illis *Romani sunt in partibus Italiae* etc. prorsus imbutus sit — etiam locutiones eius velut *falsi apostoli et in legem inducti* ibi afferuntur —, sed etiam in reliquis epistulis satis eiusdem materiae inveniatur. In compluribus manuscriptis etiam verba horum prologorum in fronte ponuntur, etsi, quantum video, in nullo epistulae ad Rom.; sed ad ep. I. ad Cor. inveniuntur in Monac. 6265, Salisburg. a IX 25, Godvicensi (Göttweig) 42, Zwettlensi 33, Colon. (Köln) 34, Rom. Vat. lat. 4919, Karlsruh. 108. Ad minores Paulinas prologus invenitur in Karlsruh. 97, Florent. Laur. Ashb. 60, aliis.

Deinde sequitur pars ex auctoris calamo orta, quae in manuscriptis *Prologus* vel *Argumentum*¹⁸⁾ vocatur, i. e. prooemium aliquanto plenius, quo de causa et fine epistulae docemur, tum particulae textus epistulae brevissimae cum sua expositione.

III. Quomodo commentarius traditus sit

A. De editionibus impressis

De editionibus vetustioribus C. Schenkl, CSEL 32, 1, 2, p. LXXVIII rettulit. Ambrosii operum editio princeps, im-

¹⁶⁾ Rev. Bénéd. 24, 1907, 1sqg.

¹⁷⁾ Zeitschr. f. d. neutest. Wiss. 8, 1909, 36sqg. et 97sqg.

¹⁸⁾ Cf. Lex. f. Theol. u. Kirche² I, 632sq.

pressa ab Amerbachio, Basil. 1492, in secundo tomo ultimo loco sub titulo *Ambrosius super epistolas Pauli* commentarium ad 13 epistulas exhibet. Quo manuscriptorum fundamento haec editio nitatur, quae (quod quasi in transitu dico) munditia et diligentia omnes succedentes superat, ignotum est. Verisimillimum autem est in ea praecipue manuscriptum recens nuper a bibliotheca Bodleiana acquisitum adhibitum esse, cod. Oxon. Lyell. Empt. 9, quia propriae contextus lectiones semper fere hic inveniuntur. Praeterea unum ut minimum aliud manuscriptum usui fuisse statuendum est ad amplam illam familiam pertinens, cuius exemplum veterrimum codex Casin. (Monte Cassino) 150 est. Nam etiam in editione princeps falsus exitus ep. I. ad Cor. et falsum initium ep. II. ad Cor. (Pelagii pro Ambrosiastri commentario) inveniuntur, cum cod. Oxon. Lyell. 9 textum genuinum praebeat.

Editio princeps a. 1506 ab eadem officina repetita est. Editio ab Erasmo in Frobenii officina confecta (Basil. 1527), quae de contextu editionis principis nihil fere movet, ubi aliquid mutavit, nequaquam semper pro emendata habenda est. Editio Gelenii (Basil. 1538) ab J. Costerio a. 1561 correctior iterata est. J. Gillotius in editione sua (Paris. 1569) codice quodam S. Dionysii, i. e. manuscripto Paris. 1759 bibliothecae nationalis se usum esse ipse confitetur (V, 1800).

Romae annis 1579—1587 Ambrosii editio formae binariae instructa praefatione cardinalis de Monte Alto, qui postea papa Sixtus V. fuit, in lucem prodiit. Quae promissi in praefatione dati inmemor (*suppositiciis quibuscumque abscissis*), a plerisque vetustioribus discrepans, commentarium ut genuinum Ambrosii opus praebet. Atque iterum peccavit, quod etiam commentarium in ep. ad Hebr. recepit. Secundaria huius editionis Romanae a Sixto a. 1585 pro praestante et obligante declaratae impressa, quam A. Souter optimam, C. Schenkl ut minimum eodem iure pessimam dixit, exstant in Colon. (Köln) a. 1616, Paris. a. 1642 et 1661.

Ambrosiastri editiones separatae confectae sunt Coloniae a. 1530 et 1532, porro Parisiis a. 1534 et 1540, quae omnes Erasmi contextum exhibent.

Cum vetustiores Ambrosiastri editores nequaquam vel non sufficienter edoceant, quo manuscriptorum fundamento textus suus nitatur, Maurini I. du Frische et N. le Nourry, quorum editio in secundo Ambrosii tomo Paris. a. 1686—1690 in lucem prolata est, in Ambrosiastro 13 manuscripta nuncupant, quae omnia in bibliothecis Francogallicis erant et maximam partem adhuc ibi sunt. Editio Ambrosii quamquam Maurinorum de Augustini operibus labori non par est, tamen, si editionem Romanam cum illa conferas, non exiguum in ea processum statuere potes. Aliter atque illa iam primo praefationis enuntiato Ambrosium auctorem esse haud ambigue negat. Item editores iam cognoverunt in editionibus adhuc impressis amplam partem, scilicet interpretationem epist. ad I. Cor. 15, 42 usque ad II. Cor. 1, 6 non Ambrosiastri esse contextum, sed ex Pseudohieronymi (i. e. Pelagii) commentario mutuam; et epistulam ad Hebr. omissam esse quis miretur? Nonnullis adnotationibus lectiones discrepantes proferuntur, quibus, cum admodum selectae sint, nil nisi tenuissimum contextus traditionis specimen praeberi potest. Editionis Maurinorum impressa secundaria emendata prodierunt Venetiis a. 1748—1751 et 1781/82. Editionis autem anni 1690 contextum, qui est apud Migne 17 (1845 col. 45-508, 1879 col. 47-532) vitiis scatere dolemus.

Editio Ambrosii a P. A. Ballerini Mediol. a. 1875—1883 confecta malum editionis Romanae exemplum secuta Ambrosiastri commentarium rursus pro genuino episcopi Mediolanensis opere habet (3, 349sqq.). Quamquam Ballerini iterum ac saepius lectionibus manuscripti veterrimi (Casin. 150) secundum Amellii editionem utitur adhibito manuscripto aedis episcopalis urbis Monza, tamen textus eius ad summam labori Maurinorum non antecellit, immo, id quod vix intellegitur, magni momenti locis regressum patitur.

Quin etiam in fine I. ad Cor. ep. et initio II. ad Cor. Pelagii contextum exhibere audet, postquam Maurini iam prorsus recte cognoverunt, quomodo res se haberet.

Varii editores quam non sint sui iudicii et quantopere posteriores inclinent priorum vestigia sequi, multis quidem exemplis demonstrari potest, ubi lectiones, quae manuscriptis minime probantur, tamen quovis loco apparent. Sed unum exemplum sufficiet, ut illustretur, quemadmodum aliae ex aliis pendeant. In interpretanda I. ad Cor. epistula (6, 18 in ipso initio) in editionibus longiusculus locus praebetur (incipiens a verbis *quia cetera peccata* et verbis *unde subditur* finiens), quem Maurini quoque in textu servant, quamquam facere non possunt, quin in margine inferiore adnotent illum, etsi in manuscriptis collatis desit, in omnibus editionibus extare. Locus ille ut alienus iam verbis quibusdam ibi usurpatis declaratur, quae alias in Ambrosiastro non inveniuntur, nec dubium est, quin interpolatio ex Eugippio (CSEL 9, p. 1028, 2—11) sive Aug. serm. 162, 2 deprompta subsit. Sed locus ille alienus iam in editione principe invenitur, ubi ad verbum idem textus legitur, qui manuscripto supra dicto Oxon. Lyell Empt. 9, et eo solo, ibi exhibetur. Quod manuscriptum nemini editorum posteriorum notum fuit; et illud editionis principis peccatum usque ad hunc diem obtinuit.

B. De manuscriptis commentarii ad Romanos epistulae et de tribus eius recensionibus

Sententiae illae *numero quidem paucae, pondere autem graves*, quibus auctor noster a sententiis aequalium catholicorum abhorret — quae in praefatione editionis Maurinorum p. 23, 4 enumerantur — gratiae atque aestimationi commentarii non multum nocuisse videntur. Nam 72 illa manuscripta nobis nota, quibus contextus aut plenus aut per fragmenta nobis traditus est, pars admodum parva pristinae copiae sunt.

Ea quidem copia, qua Maurini utebantur, cum manuscriptis Francogallicis contenti essent, tenuissima fuit. Sed

etiam eorum animi, cum manuscripta tradita inspicerent, adeo percussi sunt, ut a. 1690 ita iudicarent¹⁹⁾: *Illud insuper adiciendum est eosdem librarios magna licentia saltem in tres priores epistolas abusos esse; quandoquidem ab eis non raro longa fragmenta ibidem inserta fuisse probabile est, quae in vetustioribus manuscriptis non inveniuntur, ut in variis lectionibus adnotabitur. Indeque duci potest vehemens coniectura contra huius operis integritatem ac sinceritatem; nec expediti iudicii rem esse cognoscitur, utrum unius an plurium auctorum lucubratio sit, affirmare. Similia sunt haec apud R. Simonem²⁰⁾: S'il (Ambrst.) ne paroît pas toujours uniforme dans ses sentimens, y ayant de certains endroits où il semble n'être pas d'accord avec luy-même, cela vient de ce que son Commentaire n'est point venu entier, jusques à nous; ayant été alteré en une infinité d'endroits par ceux qui l'ont copié. En effet il n'y a gueres de livres dont il y ait tant d'exemplaires MSS. dans les Bibliothèques, que de celuy-ci; & la plûpart different entr'eux. Les extraits qu'on en trouve dans les anciens Commentateurs sont souvent differens les uns des autres; comme l'on pourra juger si l'on confere ensemble les Commentaires de Raban Maur, & ceux de Lanfranc sur les Epîtres de S. Paul. Re vera traditio adeo perturbata est, ut quivis conatus viae per dumeta illa rumpendae primo quidem aspectu spe carere videatur. Quae difficultates maxime cumulantur in ep. ad Rom. et in utraque ad Cor., ubi in quibusdam manuscriptis partes quaedam haud parvo ambitu inveniuntur, quae in aliis vel prorsus vel ex parte desunt, hoc loco haec, illo alia forma valde discrepans, nec pro vero aut saltem veri simili probari potest materiam illam aliunde tractam esse. Haec vero codicum condicio nequaquam crimini danda est librariis falso accusatis, sed praecipua eius rei causa est in auctore ipso, qui prima operis sui forma non contentus emendatiorem*

¹⁹⁾ S. Ambrosii . . . Opera II. Appendix, p. 21/22.

²⁰⁾ Hist. crit. des princ. comm. du Nouv. Test. 143.

elaboravit: Ambrosiaster quoque, quod alios scriptores veteres fecisse scimus²¹), commentarium suum iterum ac saepius edendum curavit.

Id primum cognovisse H. Breweri laus est²²). Sane ei, cum medio in labore morte absumeretur, non contigit, ut fructum quaestionum multorum annorum viris doctis offerret, sed A. Souther, quocum ille iam diu sententias communicabat, certe accuratius, quae ille effecisset, referre potuit²³). Brewer commentarii epistolae ad Rom. tres recensiones inter se discrepantes adesse statuit, quarum una manuscriptis Monac. 6265, Salisburg. a IX 25, Godvic. 42, Zwettl. 33, Colon. (Köln) 34 Veron. 75 praebet, altera multo amplior maiore parte manuscriptorum, e. g. Trevir. 122, Colon. 39, Laudunensi (Laon) 107, Paris. 1760. 1762. 13339, Karlsruhe. Aug. CVIII, Oxon. Bodl. 689, Lyell Empt. 9, Vendocin. (Vendôme) 30, St. Michaelis (St. Mihiel) 16 etc.; tertia praesto est in Vindob. 743, Ambian. (Amiens) 87, Fuld. A a 18, Sangall. 101, Modoet. (Monza) c 2, Bruxell. 971. 972, Oxon. 756, Tricassensi (Troyes) 128, Paris. 1761. 1763, Vindob. 4600.

In iis, quae sequuntur, tres illae recensiones signis α , β , γ notantur.

Contextum brevissimum α praebet. Hic multae partes spatiosae desunt, quas H. J. Vogels, *Das Corpus Paulinum*

²¹) Cf. e. g. H. Emonds, *Zweite Auflage im Altertum*, Leipzig 1941. Th. Zahn, *Einleitung in das N. T. II*, Leipzig 1907, 353sq.; G. Bardy, *Editions et Rééditions d'ouvrages patristiques* (Rev. Bénéd. 1935, 356–380); V. Burr, *Editionstechnik* (Reallex. f. Antike u. Christentum IV, Stuttgart 1958, 107sqq.).

²²) De ea re recte suspicatur Ballerini, cum adnotat, p. 438: *Compertum igitur est tam e praecedentibus quam ex his variantibus, valde mature post Ambrosii aetatem quemdam extitisse, qui horum Commentariorum sententias non infrequenter corripuerit, cuius compendiosioris formae testes sunt vetustiores codd. C, Corbeiensis, Modoetiensis aliique pauci.*

²³) The earliest Latin Commentaries on the Epistles of St. Paul, Oxford 1927, 49sqq.

des Ambrosiaster, Bonn 1957, 27sq. enotat, et nonnullae partes aliter conceptae apparent atque in β et γ . Itaque aut α contextum β contrahit aut β contextum α amplificat, sed hoc alterum unice verum esse iam inde colligitur, quod multis locis id, quod in β additur, finem interpretationis esse aut in β uni argumento prolato alterum addi videmus. Et quoniam addita illa ab eodem scripta sunt, a quo recensio α quoque scripta est, commentarium retractatum esse necesse est, quod etiam alia veterum temporum scripta passa esse exploratum est.

Nimirum brevior formam, qualis sex illis manuscriptis supra enumeratis praebetur, vetustior esse suspicabimur, cum non ita saepe accidat, ut auctor aliquis opus retractandum praecidat, quippe qui, ex quo illud primum in lucem provenit, multa didicerit et propensus sit ad sententias clarius concipiendas et diligentius confirmandas, ut semper fere copia verborum augeatur. Nec dubium est, quin sex illis manuscriptis veterrima nobis servata operis forma sit. Quae manuscripta qua ratione inter se coniuncta sint, partim certo, partim probabiliter statui potest.

Recensiones β et γ minus magna inter se distant differentia quam α et β . Quamquam multa in γ mutata ad genus dicendi tantum pertinent, tamen satis perspicuum est γ propriam esse recensionem. Textus brevis recensionis α multis locis cum β ad verbum congruit, sed rarissime cum γ , ubi β discrepat; γ multifariam cum β concordat, ubi α suam sequitur rationem, ut β in medio sit nec dubium esse possit, quo ordine tres illae recensiones alia aliam sequantur.

Has tres recensiones existere cum iudicamus, sane aliquantum ea re impedimur, quod non per se libere propagari poterant, sed paulatim inter se coaluerunt, imprimis duae illae formae inter se propinquae β et γ . Cuius rei causa nonnumquam fuit manuscripti alicuius fortuna adversa, cum e.g. primum folium aut pars extrema periit, ut in codice St. Michaelis 16, ubi folium primum alia manu suppletum lectiones quas-

dam adfert, quae in textu β alias non inveniuntur. Ita etiam condicio codicis Paris. 1763 explicatur, cuius textus, quamquam multifariam cum β consentit, in prologo γ sequitur, idemque fit in Erasmi editione. Alterum et evidentius exemplum praebet cod. Karlsruh. Aug. CVIII, de cuius 73 foliis, in quibus Engilricus subdiaconus, monachus Augiae Divitis (Reichenau), saeculo IX. recensiois β textum descripserat, duo (post fol. 44) folia perierunt; quae lacuna cum posteriore tempore suppleretur, exemplar quoddam recensiois γ adhibitum est.

Sed etiam sine vi et effectu talium vitiorum fortuitorum impediri paene non potuit, quin in manuscriptis per saecula traditis tres illae recensione inter se permiscerentur, quippe cum bibliothecae non deessent, in quibus complura Ambrosiastri exemplaria non semper eiusdem recensiois continerentur. Quae inter se differre cum homines eius rei studiosi animadvertissent, scripta exaequabant. Bibliotheca aedis sacrae Coloniensis, ut exemplum adferam, duo Ambrosiastri manuscripta in epistolam ad Rom. possidet, quorum unum (34) textum α , alterum (39) textum β exhibet. Hic belle observari potest, quomodo permixtio illa invaserit. Nam e.g. iuxta ep. ad Rom. 3, 17 et 3, 21 in margine manuscripti 34 quaedam e recensione β adduntur, quae librarium forte succedentem in textum recepturum fuisse consentaneum est. Et librarius eius manuscripti ipse nescius nobis prodidit idem iam in exemplari suo factum esse. In prologo enim Ambrosiaster ordinem verborum mutaverat, cum partem primo priore loco positam *Quattuor igitur modis* (rec. $\alpha\beta$) usque ad verba *sed per fidem Christi Iesu* (§ 2) postea post partem a verbis *hi ergo ex Iudaeis* (in § 3) usque ad verba *aut lex servanda esset* (§ 4 fin.) posuit. Ac librarius Colon. 34 loco posteriore necopinans hic in textum irrepsisse, quod antea in margine adnotatum fuerat, haec scribit: *in aliis codicibus invenimus: in hoc ordo habetur preposterus; hic ponendum est: quattuor igitur modis* etc. Quod hic deserto testimonio con-

firmatur, multis locis factum est; imprimis textus α codicis Colon. 34 initio verbis recensiois γ proluxe expletus est.

Haec confusio quomodo effecta sit, in nonnullis manuscriptis perspicue cognoscere nobis licet, velut textus γ cod. Sangall. 101 (saec. IX.) sescentis locis a correctore quodam eiusdem fere aetatis textus β cuiusdam auxilio operose emendatus est. Quod manuscriptum si emendatione perfecta descriptum esset, haud facile quisquam intellexisset codicem Sangall. 101 Fuldensis A a 18 fratellum geminum esse.

Hanc confusionem mature ortam esse necesse est. Nam veterrimum iam manuscriptum, Casin. 150, quod ante annum 569 confectum est, contextum mixtum praebet in ep. ad Rom. adeo confusum, ut primo quidem aspectu statui vix posse videatur, utrum fundamentum eius sit textus quidam γ secundum β continenter emendatus an textus quidam β secundum γ ita retractatus, ut in Sangall. 101 adhuc perspicuum est.

Itaque saepissime factum est, ut variae formae inter se commutarentur, ut primum intuenti verba tradita perditae confusa esse videantur. Sed cum in uno manuscriptorum genere prima commentarii in ep. ad Rom. forma servata sit, etiam recensiois β et γ speciem satis certam assequi poterimus. In editione nostra recensioes α et γ ex adverso positae sunt, α a sinistra, γ a dextra parte editionis. Textum β , quia cum γ plerumque consentit, non totum exscripsimus, sed differentias tantum a textu α in hoc (sc. in α) cancellis talibus { } aut talibus () inclusimus.

1. Manuscripta primae recensiois sunt haec:

N Monacensis (Frisingensis) bibl. publ. Clm. 6265, saec. IX., 243 folia, 2 columnae 27 versuum. In summo fol. 1^r hoc adnotatum est: *sc̄ae marie et sc̄i corb̄i frisiḡe*. Sequitur titulus manu recentiore scriptus: *Incipit expositio epl̄arum b̄i pauli apl̄i edita ab sc̄o Ambrosio ep̄o mediolanensi*. Deinde manu prima rubro colore scriptum: *INCIP̄ TRACT̄ IN EPISTULĀ*

AD ROMANOS. Ut rerum notitia etc. Index, qualem *S* praebet, deest. Ceterum multifariam etiam litterarum ligaturae cum *S* congruunt. In II. ep. ad Cor. multa a manu recentiore in margine adnotata sunt. Multa menda, imprimis in ep. ad Rom. Descriptio codicis apud B. Bischoff, Die südostdeutschen Schreibstuben und Bibliotheken in der Karolingerzeit I, Leipzig 1940, 113sq.

S Salisburgensis (Salzburg), abbatiae St. Petri a IX 25 (saec. IX.) Frisingae scriptus. 392 paginae numeratae 30 versuum longorum. Pag. 1 legitur: *Iste liber pertinet ad sc̄m petrū salzburch.* Multa menda iam in exemplari exstantia a librario verborum sensum non intellegente descripta sunt, quae manus recentior multis emendationibus sanare conatur. Commentarii auctor ut in *N* nusquam nominatur. Pag. 2 haec legimus: *Incipit tract̄ in epistolā ad Romanos. Ut rerum notitia habeatur principia rerum* etc. Pag. 3 in spatio vacuo post prologum (cuius verba postrema sunt: *dominum ipse esse omnium doceat*) a manu eiusdem fere temporis index additus est: *In hoc uolumine continentur tractatus sc̄i ambrosii mediolanensis epi in epl̄as pauli quarum nomina sup̄ter praenotata sunt. ad romanos ad corinthios II ad philippensis ad thessalonicenses ad titum ad colosenses ad timotheum II ad philemonem. isti IIII desunt: ad galatas. ad ephesios. ad thessalonicenses secunda. ad ebreos.* Sed cum secunda ad Thess. epistula eadem manu qua ceterae scripta in manuscripto inueniatur, adnotationem illam e priore quodam manuscripto, in quo epistula illa deerat, sumptam esse patet. Inter pag. 208 et 209 octo folia cum interpretatione I. ep. ad Cor. 14, 18—16, 3 exciderunt. Cf. Bischoff 114.

I Göttweig, abbatiae cod. 42; 159 folia 37 versuum longorum continens, saec. XII. ibi scriptus. Scriptura accurata, paucae emendationes tam munde confectae, ut in imagine phototypica tum demum animadvertantur, cum textus cum Zwettlensi 33 confertur. Fol. 1 legimus: *Incipit tractatus sc̄i Ambrosii epi ad romanos. Ut rerum notitia* etc. et in fine prologi

haec: *in hoc uolumine continentur tractatus sc̄i Ambrosii mediolanensis epi super epl̄as Pauli quarum nomina subter prenotata sunt. Ad Romanos. Ad Corinthios I et II. Ad Philipenses. Ad Thessalonicenses I et II. Ad Titum. Ad Colosenses. Ad Timotheum I et II. Ad Philemonem. Et iste tres desunt. Ad Galathas. Ad Ephesios. Ad Hebreos.*

X Zwettl, abbatiae cod. 33 saec. XII., 243 folia binarum columnarum. Fol. 1 legitur: *Incipit prefacio sc̄i Ambrosii epi in epl̄am ad romanos. Ut rerum noticia etc.*; fol. 1, col. 2: *Explicit prefacio. Incipiunt capitula. I. Ad Romanos. II. Ad Corinthios I et II. III. Ad Philippenses. Ad Thessalonicenses I et II. Ad Colosenses. VI. Ad Tymotheum I et II. Ad VII. Tytum. Ad VIII. Phylemonem. Ad Galathas. Ad Ephesios. Ad Hebreos. Explic̄ capitula. Incipit tractatus.* Epistulae ad Gal., Eph., Hebr. indice praenuntiatae manuscripto non continentur; epistolam ad Philem. fol. 122 sub titulo: *Item Hilarius (!) de sancta Trinitate lib. XII* alia de et ab Hilario Pictaviensi sequuntur. Codex mundissime scriptus, nusquam fere correctus.

K Coloniensis, codex bibliothecae aedis sacrae 34, saec. X., 152 folia 34 versuum longorum. Fol. 1^v legitur: *Liber sc̄i Petri. INCIP̄ TRACTATUS SC̄I AMBROSII EPI MEDIOLANENSIS SUP̄ EPISTOLAS BET̄ PAULI AP̄LI.* Sine ullo titulo fol. 2^r sequuntur haec: *Ut rerum notitia plenior habeatur etc.* Litterae initiales abundantius exornatae (*Ut rerum*) simillimae sunt simplicioribus codicis S litteris. In fine prologi (*omnium doceat sic incipit*) scriptum est: *EXPLIC̄ PROLOGUS INCIPIT TEXTUS. Paulus seruus etc.* Codex accuratissime scriptus est, multi loci vitiosi vel sensu carentes rarissime correcti sunt.

V Verona, codex bibl. cap. LXXV maiusculum fragmentum commentarii in ep. ad Rom. exhibet interpretationem a 9, 17 usque ad 10, 11 continens. Hoc manuscriptum saec. IX. omnino 78 folia habet, in iis 9 fragmenti illius ad ep. ad Rom. pertinentis, cuius singulae paginae 21 versuum sunt. Se-

quantur 69 folia commentarii ep. ad Gal. 1, 11 usque ad finem et ep. ad Eph., quae 23 versuum sunt, ut olim duo manuscripta diversa quidem, sed ab eodem librario confecta fuisse videantur. Adnotatione fol. 43: *eiusdem ad Ephesios* demonstratur hoc eiusdem aetatis ac *S* manuscriptum auctoris nomine non caruisse. Fol. 44 scriptum est: *INCIPIT TEXTUS EPISTOLAE*, in extremo fol. 78: *EXPL̄ AD PHES.* Reliqua pars et tergum folii vacant, ut colligi possit manuscriptum ne primitus quidem plus praebuisse quam harum duarum (vel trium) epistularum interpretationem, quod valde notabile est, cum illae potissimum ad Gal. et ad Eph. epistulae in manuscriptis huius generis desint.

Eorum manuscriptorum, quibus complurium epistularum commentarius exhibetur, dilucidissime genus primum tamquam proprium non solum eo probatur, quod omnes epistulas eodem ordine (ad Rom., I. et II. ad Cor., Phil., I. et II. ad Thess., ad Tit., ad Col., I. et II. ad Tim., ad Philem.) collocatas praebet, sed multo insignius eo, quod epistularum ad Rom. et II. ad Cor. forma mutilata est. Quae manuscripta in ep. ad Rom. (16, 19) textum subito abrumpunt ita, ut (in *S* etiam sine subscriptione) ilico Marcioniticus ad I. ep. ad Cor. prologus incipiat. In commentario ad Rom. epistulae multae partes desunt et breviores et ampliores quam aliis omnibus exhibentur neque ulla causa inveniri potest, cur retractator posterior hanc formam contraxerit, illam amplificaverit; neque quidquam in sermone ac stilo occurrit, quod adminiculum sit suspicandi eo loco contextum quendam originalem postea ab alio auctore esse suppletum. Quamquam cuncta Ambrosiastri interpretatio in sermone conciso tam ampla est, ut librarii materiem saepius duobus tomis distribuerint priori cum ep. ad Rom. duas ad Cor. epistulas assignantes, posteriori reliquas, tamen nulla re inducimur, ut epitomen commentarii epistulae ad Rom. factam esse statuamus, in qua totae partes simul rescribendae fuerint. Immo omnibus rebus permovemur, ut coniciamus auctorem ipsum

posteriore tempore opus suum auctum atque emendatum edidisse, quod iam in edendis Quaestionibus factum esse Souter docuit²⁴).

Quattuor manuscripta primo loco nominata ex eadem regione originem ducunt; quae quomodo inter se coniuncta sint, certo ita statui potest, ut *S* ex *N* descriptum, *I* ex *S*, *X* ex *I* oriundum dicamus.

Non eadem fide, neque vero non probabiliter possumus statuere etiam *K* e codicis *N* radice ortum esse. Profecto *K* et *N* manuscriptis mirum in modum multa vitia notabilia sunt communia. Qua de re perfecte et absolute iudicare eo difficilius est, quod verba recensionis α in manuscr. *K* recensione β infecta sunt.

Etiam cod. Veron. LXXV ex eodem archetypo quo *N* ortum esse aliquot vitiis communibus demonstratur (*fraugmento* 9, 21, om. *apostatae* 9, 27, om. *non* 9, 27, *magis* pro *magistra* 9, 30). Et *NK* et *V* ex archetypo quodam fortasse non multo vetustiore derivati esse videntur, cuius patriam Italiam superiorem fuisse eo magis licet suspicari, quod etiam Claudius Taurinus (mortuus ca. a. 827) recensione α utitur.

1/ Vetustior prologi in ep. ad Rom. forma etiam in codice Armachano (Book of Armagh) ca. a. 807 scripto invenitur.

Ex iis, quae adhuc dicta sunt, quemvis sibi persuasisse puto nos iure existimare codicibus *NKV* imaginem recensionis α a recensionibus β et γ intactae, vitiis quidem valde deformatam, ceterum veram nobis esse servatam. Quod iudicium, quatenus ad textum Paulinum ab Ambrosiastro usurpatum pertinet, sane restringendum est. Demonstrari enim potest textum S. Scripturae toto hoc genere pariter traditum non esse originalem, quippe cui etiam commentarius α repugnet lectiones in γ obvias rectas testificans. Epistula ad Rom. 1, 7 pro textu Scripturae *dilectis* exhibet, cum in com-

²⁴) Cf. A. Souter, *A study of Ambrosiaster*, Cambridge 1905, 185sqq.; CSEL L, p. VIIsq. Item C. Martini, *Ambrosiaster*, Rom 1944, 18sqq.

mentario verba Veteris Latinae (recensionis γ) in caritate inveniuntur; 1, 27 habet *mercedem*, commentarius autem *compensationem mercedis* postulat; 2, 9 legitur *angustia*, commentarius exponit pluralem *angustiae*; 3, 9 pro *quid igitur? praecellimus eos? nequaquam* commentarius suadet *tenemus amplius*; 5, 14 etiam verba ab Ambrosiastro fortiter repudiata *non peccauerunt* adsunt; 11, 18 legitur *semper*, cum in commentario sit *in perpetuum*; 15, 2 pro *nuntiatus* commentarius recte habet *nominatus*; 16, 3 pro *adiutores meos* in commentario est *socios laboris mei* etc. Quoniam Ambrosiastrum in editionibus posterioribus textum S. Scripturae variavisse nulla re significatur, contextus recte recensitus, qualis e genere principali recensionis γ ubique comparari potest, in α quoque constituendus est.

2. Manuscripta recensionis tertiae haec sunt:

- G* Sangallensis, cod. bibliothecae abbatiae 101 + 100, duo manuscripta iungenda; 181 et 162 folia 27 versuum longorum, quae sub Grimalto abbate (a. 841/872) ibi confecta sunt. Codice 101 ep. ad Rom., I. et II. ad Cor., codice 100 ep. ad Gal., Eph., Phil., Tit., Col., I. et II. ad Thess., I. et II. ad Tim., ad Philem. continentur, epistula ad Hebr. manu paulo recentiore postea adiuncta est. Fol. 1 legitur: *INCIPIT TRACTATUS* etc. pariter atque in codice gemino *F*; item finis prologi plane idem qui in *F*. Multi loci manu vetere correcti sunt. Codex describitur apud A. Bruckner, *Scriptoria medii aevi Helvetica* 3, 68.
- F* Fulda, cod. bibliothecae regionalis (Landesbibl.) A a 18, 180 folia 35 versuum longorum continens, saec. IX, e Constantia oriundus. Fol. 1^r legitur: *Monasterii Weingartensis a. 1630*. Manu recentiore (s. XIV/XV) infra scriptum est: *Eple pauli omnes usque ad hebreos cum commento bi ambrosii*. Incipit manuscriptum ab his verbis: *INCIPIT TRACTATUS SCI AMBROSII IN EPISTOLAM AD ROMANOS* (colore rubro). *Principia rerum* etc. Extrema prologi verba sunt haec: *omnium doceat SIC INCIPIT Paulus servus* etc. Fol. 51^r

legimus: *EXPL̄ BEATI AMBROSII IN EPLĀ AD ROMANOS. HUNC LIBELLUM WOLF LEOZ*; deinde ampla rasura quinque fere versuum. Fol. 52^r alia manus incipit a I. ep. ad Cor., item fol. 108^r ab ep. ad Gal. Itaque primitus tria manuscripta diversa fuisse videntur. Loci S. Scripturae in ep. ad Rom. laudati usque ad fol. 7 litteris maiusculis rubris scripti sunt, deinde nigris. Is codex geminus est codicis *G.* Wolf Leoz, monachus Sangallensis a. 811—833 Constantiae episcopus fuit. Cf. E. Munding, Abt-Bischof Waldo, Beuron 1924, 20sq. K. Löffler, Die Handschriften des Klosters Weingarten (Beihefte zum Zentralblatt für Bibliothekswesen 41, Leipzig 1912). A. Holder, Die Reichenauer Hss. I 334.

- M* Modoetiensis (Monza), cod. bibl. cathedr. c. 2; 213 folia continens, saec. IX/X, descriptus apud F. C. Burkitt, The Book of Rules of Tyconius, Cambridge 1894, XXVII. Quem codicem in ep. ad Gal. 1, 10 longum de Iacobo Alphaei additamentum exhibere P. A. Ballerini, S. Ambrosii Opera 3 (Mediolani 1877) 755 dicit. Textus ep. ad Hebr. in hoc plenior est quam in reliquis manuscriptis his verbis finiens: *quantulamcumque ueniam tribuere dignetur*. Cf. E. Riggensbach, Die ältesten lateinischen Kommentare zum Hebäerbrief, Leipzig 1907, 23, 30. Collatio Ambrosiastri exstat in Breweri scriptis relictis.
- B* Bruxellensis, cod. bibl. regiae (Bibl. Royale) 971. 186 folia 40 versuum longorum continens, saec. XI/XII. Gemblacensis (Gembloux) e conventu St. Petri oriundus, variis manibus scriptus. Fol. 1^r legitur: *Incipit tractatus sc̄i ambrosii ep̄i mediolanensis in epistolam ad Romanos. Principia rerum etc.* Eadem verba in subscriptione.
- Bruxellensis, cod. bibl. reg. 972; 143 folia, 2 columnae, 40 versus; saec. XII, Leodiensis (Lüttich) e conventu St. Laurentii oriundus, variis manibus accurate scriptus; fortasse ex cod. 971 descriptus.
- O* Oxoniensis Bibl. Bodleianae Bodl. 756; 142 folia 36—40 versuum longorum continens, saec. XI, e Salisbury oriun-

us. Propriae huius codicis lectiones magnam partem etiam in Paris. 1759 (*D*) inveniuntur. Fol. 1^r legitur: *INCIPIT TRACTATUS AMBROSII EPI IN EPISTOLAM AD ROMANOS. Principia rerum* etc. Deest Explicit prologi.

Y Tricassensis (Troyes) 128; 194 folia, 2 columnae 37 versuum; saec. XII, e Clara Valle (Clairvaux) oriundus. Scriptura pulcherrima, litterae initiales coloratae. Fol. 1^r legitur: *INCIPIT TRACT SCI AMBROSII IN EPLA AD ROMANOS. Principia rerum* etc. Deest Explicit prologi. Contextus aliquantulum attingit verba codicis *B*.

Paris. bibl. nat. 1761 (olim Colbertinus 1948, Regius 3747). 100 folia, 2 columnae; saec. VIII/IX, compluribus manibus scriptus. Commentarius in ep. ad Rom. initio amisso a 13, 10 demum incipit.

Paris. bibl. nat. 1763 (olim Colb. 1117, Regius 3747, 2). 106 folia, 2 columnae; saec. XIII. Fol. 1 rubro colore scriptum legitur: *Sci Spiritus assit nobis gratia. Incipit tractat' sci ambrosii episcopi in librum epistolarum beati Pauli Apostoli: Incipit epistola prima ad Romanos. Principia rerum* etc. Tertiae et secundae recensione textus mixtus.

Vindobonensis bibl. nat. 4600, 331 folia versuum longorum; saec. XV. Textus codicibus *FG* propinquus.

W Vindobonensis, bibl. nat. 743, 78 folia 30 ad 35 versuum longorum, saec. VIII ex. sec. Lowe. Nonnulla folia umore vitata magnam partem legi non possunt. Duo folia postrema alia manu scripta sunt. In pagina suprema aliquot versus leguntur, quos S. Berger, *Histoire de la Vulgate*, Paris 1893, 118 typis exscripsit, deinde haec adnotatio: *Uuinid(h)arius peccator scripsit istum librum. amen. amen.* Non est causa, cur nomine illo Winithari confisi hunc codicem in abbacia St. Galli scriptum esse suspicemur, qui auctoris nomine celato nihil nisi commentarium in ep. ad Rom. praebet. Adnotatio in pagina extrema addita Origenem auctorem operis dicit. Cf. E. A. Lowe, *Cod. Lat. Ant. X 1488*; H. J. Vogels, *Untersuchungen zum*

Text paulinischer Briefe bei Rufin und Ambrosiaster, Bonn 1955, 39sqq.

- A Ambianensis cod. bibl. municipalis 87 idemque codex Corbeiensis Maurinorum, 196 folia 26 versuum longorum continens, in abbatia Corbeiensi sub abbate MaurDRAMNO ca. a. 800 scriptus. Fol. 1 (Montefalconii manu scripta?) haec leguntur: *Monasterii S. Petri Corbeiensis*. Deinde: *INCIPIT TRACTATUS SC̄I AMBROSII IN EPISTOLAS BEATI PAULI. INCIPIT PROLOGUS. Principia rerum* etc. usque ad verba *omnium doceat sic incipit EXPLICIT* (sequuntur duo verba, quae legi non possunt), *paulus servus* etc. Epistula ad Rom. sine Explicit sic finitur: *INCIPIT ARGUMENTUM. Praecepto domini admonitus* etc. Cf. E. A. Lowe, Cod. Lat. Ant. VI 709.
- D Paris. bibl. nat. 1759 (Colb. 1740, Regius 3747), 249 folia 25 versuum longorum. Codex magnificus initio saec. IX confectus, contextu Scripturae in ep. ad Rom. miniato. Cuius patriam Veronam fuisse Souter suspicatur. Fol. 2^r legitur: *Iste lib̄ s̄ Dion̄*. Deinde: *INCIPIT TRACTATUS SC̄I AMBROSII EP̄I IN EPISTOLAM AD ROMANOS. principia rerum* etc. Prologi Explicit deest. Fol. 118: *EXPLICIT TRACTATUS SC̄I AMBROSII EP̄I MEDIOLANENSIS IN EPL̄AM BEATI PAULI APLI AD ROMANOS. INCIPIT EIUSDEM AD CORINTHIOS PRIMA*. Textus huius codicis, quo iam Gillot (Codex Dionysii) utebatur, manuscripto O propinquus est.
- C Casinensis 150, 458 folia 30 versuum longorum. 32 paginis primis initium commentarii Origenis a Rufino translatis (usque ad 2, 16) scriptura saec. VII. exaratum exhibetur, reliquae in initio et fine mutilatae contextum Ambrosiastri praebent qualem codices *FGB* etc. Ceterum unum folium epistulae II. ad Cor. 12, 4—7 continens deest. Scriptura codicis est semiuncialis Beneventana medii saec. VI. In fine ep. ad Rom. (*EXPC AD ROMANOS. INCIPIT AD CORINTHEOS PRIMA*) manu recentiore adnotatum est: *Do-*

natus gratia Dei presbyter proprium codicem Iustino Augusto tertio post consulatum eius in aedibus beati Petri in castello Lucullano infirmus legi legi legi. Quo docemur hoc manuscriptum anno 569 Lucullani loco prope Neapolim sito fuisse. Editum est (postrema pagina commentarii in ep. ad Rom. repraesentata) ab A. Amelli in Spicilegio Casinensi 3, 2 (Monte Cassino 1901), describitur in Bibliotheca Casinensi 3, 316sq. et apud E. A. Lowe, Cod. Lat. Ant. III, 374a.

Decem illi codices tertiae recensiois priore loco nominati, id est *G F M B 971, 972 O Y Paris. 1761, 1763 Vindob. 4600* artissime inter se cohaerentes progenies eiusdem archetypi esse probantur. In omnibus his codicibus commentarius epistolae ad Romanos non solum eandem formam habet a recensione α saepe discrepantem, paene semper ampliorem, sed in fine eius additamentum est alienissimum, quo docemur, quam serviliter quamque diligenter codices illi descripti sint. Post *Finit ad Romanos* sequitur satis ampla particula media in sententia incipiens haec, quam codicem Sangall. 101 secutus afferro:

FINIT AD ROMANOS HUCUSQUE SUBLATA DISCORDIA DOCET SALUTATIO MEA MANU PAULI: Se in epistola subscripsisse ostendit quae uerba sint subscriptionis subicit dicens. SI QUIS NON AMAT DOMINUM IESUM SIT ANATHEMA MARA (NA)THA. Si quis dominum iesum qui uenit non amat abscidatur Maranatha enim dominus uenit significat. Hoc propter Iudaeos qui iesum non uenisse dicebant. Hi ergo anathema sunt a domino qui uenit. Gratia domini nostri iesu christi uobiscum. caritas mea cum omnibus uobis in christo iesu. Ideo talem subscriptionem posuit propter hoc qui dum dissensione studebant dominum iesum non diligebant. Quippe cum dicerent: Ego pauli. ego apollo. ego uero coephae. Qui enim christum diligit non dat hominibus gloriam. et quia nulla est spes in homine gratia inquit domini iesu christi uobiscum et subauditur. Qui diligitis dominum iesum. et quoniam non se inuicem diligebant in se hoc docet dicens. Caritas mea cum omnibus uobis in christo iesu ut amare se discerent ea gratia qua diligebantur ab apostolo. Non carnis affectu sed in christo iesu. EXPLICIT BEATI AMBROSII IN EPISTOLA AD ROMANOS.

Hanc partem de extremis commentarii cuiusdam (et quidem genuini Ambrosiastri) in ep. I. ad Cor. 16, 21sq. verbis depromptam esse quivis theologus etiam modice doctus ilico intellet. Quomodo autem huc irrepere potuit? Quod genus illud codicum (una cum Casin. 150 et Paris. 13339 a I. ad Cor. 15, 44 usque ad II. ad Cor. 1, 5) pro genuinis Ambrosiastri verbis Pelagii textum praebet, non satis probabilis eius rei explanatio est. Forsitan similis casus subest atque in Sangall. 100, Bamberg. 89, Monac. 27031 apparet, ubi in extremo Alcuini in ep. ad Hebr. commentario particula quaedam Ambrosiastri in ep. ad Rom. 16, 19sq. commentarii invenitur eaque ipsa illa particula, quae in manuscriptis recensioem α praestantibus desideratur. Hoc additamentum tardissime exeunte saeculo IX. post verba *Finit ad Romanos*, quibus ineertus tertiae quoque recensiois auctor indicatur, in Italia superiore (Monzae) irrepsisse necesse est. Codices vetustiores *F* et *G* — Madoctiensis imago phototypica mihi non praesto est — in Explicit suo, quia litteris maiusculis scriptum est, alienum particulae illius habitum etiamnunc perspicuum faciunt, cum codices recentiores verbis illis *Finit ad Romanos* neque scribendo nec spatio intermisso a cetero textu separatis, tamquam extrema pars interpretationis sint, eodem versu haec continent: *hucusque sublata* etc.

Decem illis manuscriptis supra dictis commentarius in ep. ad Rom. secundum tertiam recensioem (γ) exhibetur, eodice Parisini 1763 autem fundamentum saltem esse textum recensiois γ necesse est, quoniam verba *hucusque sublata* etc. postero tempore addita esse cogitari non posse videtur. Contextus γ a recensione α eo differt, quod multas partes aliis verbis scribit, alias delet, nonnullas valde auget.

Etiam codex Vindob. 743 (*W*) et Ambianensis 87 *A* (Corbeiensis) (quem Maurini merito quidem magni aestimabant, sed intra codices suos non recto loco collocabant), quamquam a genere adhuc tractato haud paulum differunt, recensioem γ ostendunt. Codices *W* et *A* iam contextu suo

S. Scripturae a ceteris manuscriptis valde discrepante proprium genus codicum iungendorum esse demonstrantur. Tamen neque codice *W* neque *A* Veteris Latinae Pauli contextus purus et sincerus nobis servatur. Etsi ad utrumque conformandum, alium alio loco, Vulgata multum valuit, tamen dubium non est, quin in utroque eundem S. Scripturae textum habeamus, qui quam maxime contingit illam formam, qua Rufinus Aquileiensis, cum Origenis homilias in Latinum vertit sermonem, ca. a. 404 usus est. Textum eius etiamnunc debemus editioni illi, quam fecit de la Rue (Paris 1759 IV 476sq.), cuius fortasse non singula quaeque fide digna sunt. At Rufinum et codices *WA* admodum propinquos esse satis perspicui potest, nisi forte plane dicere velis tres illos textus, si veram eorum rationem exigimus, eosdem esse, quod de *W* et *A* certe constat. Et quoniam hic S. Scripturae contextus non is est, quo usus est Ambrosiaster — quod commentario eius illi repugnante²⁵) declaratur —, efficitur eum in archetypo quodam fuisse, unde *W* et *A* orti sunt. Cum uterque codex longae traditionis vulnera et cicatrices prae se ferat, archetypus ille multo ante initium saec. IX. ponendus est.

Antiquissimis igitur temporibus contextus S. Scripturae ab Ambrosiastro tamquam fundamentum positus cum alio commutatus est. Tale inceptum in opere verbis litterarum sacrarum interpretandis destinato sane inopinatum et dubium est! Quod si explicare vellemus ponendo aliquem verba sibi aliena consuetis compensavisse, eiusmodi suspicione tamen non probabiliter explanaretur, cur tanta opera in 'corrigendo' consumpta esset. Aliam vero explicandi rationem potius probari putaverim: manuscriptum quoddam non plenum Pauli contextum continens, sed prima et postrema tantum contextus interpretandi verba ut lemma qu. v. adnotans et, quia in studio legendi semper aliqui Pauli contextus iuxta ponendus

²⁵) Cf. H. J. Vogels, Untersuchungen zum Text paulinischer Briefe bei Rufin und Ambrosiaster. Bonn 1955, 38sqq.

erat, usui inhabile completum esse atque in eo negotio, cum verus textus non praesto esset, illam recensionem esse adhibitam, qua Rufinus quoque in Origenis interpretatione Latine vertenda usus sit. Eiusmodi Ambrosiastri manuscriptum in contextu S. Scripturae primis et extremis loci interpretandi verbis contentum in vetere quodam bibliothecae Laurentianae codice (Ashb. 60, s. VIII) in ep. ad Gal. usque in ep. ad Philem. adhuc exstat; et Ambianensis noster 87 ultimum saltem vestigium eiusmodi scribendi rationis prodit, cum in I. ep. ad Cor. 15, 37 exhibet *sed nudum granum usque ad seminum* non aliter atque in cod. Ashb. 60 semper fit; librarius ille autem non magis quam geminus eius Gandavensis 455 verba illa pro lemmate habenda esse suspicatus est.

Non solum in S. Scripturae contextu codices *W* et *A* tamquam fratres apparent, sed etiam multis lectionibus a verbis alias traditis discrepantibus. Qui si nihilominus imprimis in capitibus prioribus tantum differunt, causa in eo est, quod in *A* quidem recensio β illic magni momenti est, in *W* autem non. Codex *W*, ut Pauli contextum omittam, semper cum genere *FGM* facit, *A* in capitibus prioribus multifariam cum manuscriptis recensionis β , ita autem, ut postea, quo longius sermo progrediatur, eo puriorem recensionem γ ostendat. Etiam hic ut in codice Colon. 34 (*K*) denuo intellegitur studium et industriam eorum, qui textum retractabant, post prima scribendi initia fatigatam esse; nec dubium est, quin in *A* fundamentum sit recensionis γ , integumentum autem recensio β .

Ad contextum recensionis γ confirmandum stirps in *W* et *A* tradita, ut de Pauli contextu taceam, eiusdem auctoritatis aestimanda est atque genus primo loco nominatum. At duo alia manuscripta, *D* et *C* dico, quamquam et eorum fundamentum γ est, non pro paribus habenda sunt. *D*, i. e. pulchrum illud man. Par. 1759 (s. IX.) accuratissime confectum, etsi codici Ambianensi 87 eo simile est, quod ut ille multa e β addit, tamen cum *A*, quia additamenta plerumque

aliis locis inveniuntur, raro congruit. Ceterum codex quidam manuscripto *O* (Oxoniensi 756) prior vim codicis *D* vel recensio-
 nis codicis *D* propinquaе aliquando passus est, ut Oxonien-
 sis ille intra primum recensio-
 nis γ genus quodam modo se-
 paratus sit.

Codex *C* Ambrosiastri longe veterrimus, qui quo tem-
 pore scriptus sit ex adnotatione quadam a. 569 scripta
 constat cuiusque patria non ignota est, textum praebet,
 quem — nonnullis locis e γ additis — recensio-
 nis β esse non
 dubitaremus autumare, nisi liquido demonstrari posset eum
 ex eodem archetypo ortum esse quo genus *FGM* etc., quippe
 cum e. g. in S. Scripturae contextu ep. ad Rom. 15, 13. 16.
 22—32; 16, 1. 2. 4. 5a easdem lacunas quas illud ostendat.
 Idem in interpretandis epistulis a I. ad Cor. 15, 44—II. ad
 Cor. 1, 5 non Ambrosiastri, sed Pelagii commentarium
 praebet. Quem qui antecedit, non post dimidium saec. VI.
 nescio quo modo aliquot folia amisisse necesse est, quae
 postea sive aliquo errore sive quod cuidam lacunam animad-
 vertenti alter Ambrosiastri codex non praesto erat, commen-
 tario illo aliqua ex parte propinquo, quem unius hominis
 aetate post Ambrosiastrum Pelagius conscripserat, compen-
 sata sunt. Quod vitium excepto *A* (*W* tantum in ep. ad Rom.
 commentarium continet!) omnia manuscripta supra enume-
 rata et Paris. 13339 ostendunt, quo illa ex eodem archetypo
 fluxisse optime demonstratur.

3. De manuscriptis recensio- nis secundae.

Altera commentarii editione species primae singulis par-
 tibus et amplificatis et rescriptis valde immutata est. Sed β
 et γ inter se multo minus differunt quam β et α . Magna pars
 locorum recensio-
 nis β recensione γ adhibita mutatorum tan-
 tum ad delectum et ordinem verborum pertinet. Quo factum
 esse putaverim, ut in textu tradito recensio-
 nes β et γ multo
 saepius inter se permutarentur quam recensione α una vel
 altera reliquarum adficeretur. Quod cum nullo fere loco

statui possit, multis locis γ recensione β et invicem β recensione γ adfectam esse observamus.

Recensio β , cum γ hic illie verborum tenorem rursus contraxerit, textum praestat integerrimum. Idem in plurimis manuscriptis comparens plus minusve purum librorum impressorum fundamentum est. Manuscripta recensione β plerumque commentarium in ep. ad Rom. solum aut coniunctum cum alienis habent, ut Haymone et Theodoro Mopsuesteno. Soli codices Carnutensis (Chartres) 34 et Oxoniensis Lyell Empt. 9 Ambrosiastrum integrum praebent, Paris. 13339 et Karolsruh. 108, uterque mixto saec. IX. textu, cum ep. ad Rom. etiam epistulas I. et II. ad Cor. Veterimus secundae recensione codex Trevirensis (Trier) 122 s. VIII/IX est.

Textum recensione β pro fundamento positum, identidem verbis recensione γ expletum, haec manuscripta habent: Trevir. (Trier) 122, Colon. (Köln) 39, Laudun. (Laon) 107, Carnut. (Chartres) 34, Paris. 1760. 1762. 13339, Aurelian. (Orléans) 200. 85, Carolsruh. 108, Oxoniensis 683, Lyell 9, Vendocin. (Vendôme) 30, Sci. Michaelis in Lotharingia (St. Mihiel) 16, Rom. Bas. S. Petri D 169, Vat. 283, Urb. 39, Florent. XIV 2. 6., XV 2. In his manuscriptis tria genera, quamquam ex parte concurrunt, inter se differunt:

1. Trevir., Colon., Paris. 1760. 13339, Oxon. Lyell. Empt. 9, St. Michaelis, Laudun., Carnut.
2. Aurelian. 85. 200, Oxon. Bodl. 689, Vendocin., Laudun., Carnut.
3. Rom. Bas. S. Petri, Vat. 283, Urb. 39, Paris. 1762, Florent. XIV 2. 6, XV 2.

Ad textum β confirmandum, cum plerumque etiam recensione α aut γ aut utraque fulciatur, in codicibus Trevir., Colon., Oxon. 9, St. Michaelis, Laudun., Carlsruh. acquievi et apparatu huius recensione supersedi.

Trevirensis, bibl. municip. 122, codex 116 foliorum saec. VIII/IX. versibus longis graviter et impedito scriptus. Fol. 1

legitur: *incipit tractatus sc̄i ambrosii ep̄i s̄up ep̄l beāt pauli apostoli ad romanos. incipit prologus. Ut rerum notitia habeatur* etc. Fol. 2: *incipit textus. Paulus seruus* etc. Descriptus est codex apud M. Keuffer, Beschreibendes Verzeichnis der Hss. der Stadtbibl. zu Trier I, Trier 1888, 17sq.

Coloniensis, bibl. aed. episc. 39, 71 folia 30 versuum longorum continens, saec. IX. Fol. 1: *Liber Guntarii* (archiep. Colon. a. 850—863 et 870). Fol. 1^v: *INCIPIT TRACTATUS SCĪ AMBROSII EPĪ MEDIOLANENSIS SUPER EPISTOLAM BEATI PAULI APOSTOLI AD ROMANOS*. Fol. 2^r: *incipit prologus. UT RERUM NOTITIA HABEATUR PLENIOR PRINCIPIA rerum* etc. Fol. 2^v: *EXPLICIT PROLOGUS. INCIPIT TEXTUS .Paulus seruus* etc. Fol. 71^r: *EXPLICIT TRACTATUS SCĪ AMBROSII IN EPISTOLA AD ROMANOS. DŌ GRATIAS. AMEN. FINIT*. Inde ab ep. ad Rom. 9, 6 (XXV) usque ad 15, 1 numeri capitum in margine manu prima additi sunt, ut in indice codicum Vulgatae *AKMOVZF* enumerantur. Horum numerorum nonnullos etiam Paris. 13339 in initio (usque ad fol. 9) habet, quorum ultimus est: V (*propterea tradidit illos*); deinde numeri desunt nec digestio capitum (51) indicatur nisi litteris maiusculis miniatis.

Laudunensis 107, cod. 118 folia 23—26 versuum longorum continens, saec. IX. Fol. 1: *INĀP TRACTATUS SCĪ AMBROSII EPĪ MEDIOLANĀ SUPER EPĀL BEĀ PAŪ APLI AD RŌM INCIPIT PRŌL UT RERUM NOTICIA PLENIOR HABeatur* etc. Fol. 1: *EXPLICIT PROLOG INCIPIT TEXTUS PAULUS* (littera initialis) *SERUUS XPI IHU*. *Apud veteres* etc. Fol. 118: *EXPLICIT TRACTATUS SCĪ AMBROSII IN EPISTULA AD ROMANOS*.

Carlsruhensis Aug. CVIII, 154 folia 29 versuum longorum continens, saec. IX., ex Augia Divite (Reichenau) oriundus. Fol. 1: *INCIPIT TRACTATUS SCĪ AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS SUPER EPISTOLAS BEATI*

PAULI APS̄ INPRIMIS AD ROMANOS. UT RERUM NOTITIA PLENIOR HABEATUR. PRINCIPIA RERUM requirenda etc. Fol. 1: *In fine prologi omnium doceat sine sic incipit: Paulus seruus etc.* Fol. 73: *EXPLIC TRACTAT̄ SCĪ AMBR̄O IN EPĪST AD ROM. INC̄P̄ I AD COR.* *Corinthii sunt achaici etc.* Fol. 154: *EXPLICIT EPISTOLA SECUNDA. DŌ GRATIAS. AMEN. ENGILRICUS SUBDIACONUS SCRIPSIT in nomine domini.*

St. Michaelis (St. Mihiel) cod. 16, 220 folia, quorum 65 in ep. ad Rom. cadunt, 34 versuum longorum continens, saec. X. Folium primum manu vetere scriptum, folium postremum manu recentiore suppletum est. In summo fol. 1^r legitur: *Benedictorum S. Michaelis in Lotharingia. INCIPIT TRACTATUS SCĪ AMBROSII EPĪ IN EPL̄A BEATI PAULI APLI AD ROMANOS. Ut rerum etc.* Finis prologi: *omnium doceat sic incipit. EXPLICIT PROLOGUS. INCIPIT TEXTUS. PAULUS SERUUS IHU XPĪ apud ueteres etc.* Fol. 65: *EXPLICIT TRACTATUS SCĪ AMBROSII IN EPL̄A PAULI AD ROMANOS.*

Oxoniensis, Bibl. Bodleianae Lyell Empt. 9; 115 folia 2 columnarum et 55 versuum continens, saec. XIV. Fol. 1^r: *Incipit tractatus sci Ambrosii ep̄i in ep̄las bti pauli apli. Ut* (littera initialis) *rerum notitia etc.* Finis prologi: *doceat sic incipit. Incipit explanatio ep̄le ad romanos. Paulus* (littera initialis) *seruus etc.* Fol. 30^v: *Explicit tractatus sancti Ambrosii Ep̄i in Epistolam beati Pauli ad Romanos. deo gratias. Incipit prefatio sancti Ambrosii Expositionis in Ep̄lam beati Pauli apli ad Corinthios primam. Praecepto domini etc.* Sequuntur commentarii ad has epistulas: I. II. Cor., Gal., Eph., Phil., I. II. Thess., Col., I. II. Tim., Tit., Philem.

C. De manuscriptis commentarii ad Corinthios epistularum

Ut in epistula ad Rom., sic auctor etiam in epistulis ad Cor. non contentus fuit textu verborum semel electo; at opera

eius hic longe distat ab ea amplitudine et gravitate quae est in epistula ad Romanos. Quare etiam difficilius est eam accurate definire. Neque vero dubium est, quin duae ut minimum duarum illarum epistularum editiones factae sint; et nescio an hic quoque recensiois tertiae ratio sit habenda.

Quod ad primam ad Cor. epistulam 1, 7 in uno genere mss. legitur: *in quo reuelabitur dominus noster Iesus Christus non fidis sed infidis, ut cognoscant ac sciant uerum esse quod credere noluerunt*, in alio: *in quo reuelabitur dominus noster tam fidis quam infidis ut cognoscant increduli ac sciant uerum esse quod credere noluerunt et pereant, fidi uero gaudeant plus boni inuenientes quam putauerant*, quod locus Isaiiae 64, 4 in I. Cor. 2, 9 allatus hic ad Isaiam, illic ad Eliae apocolypsin refertur, quod denique in primo genere verba I Cor. 7, 5 et iterum ad ipsum reuertimini sic explicantur: *quoniam coniugiis consilium dat, ut ad ipsum dominum reuertantur abstinentes se ab uxoribus suis, ut possint dignius accipere corpus domini*, in aliis manuscriptis autem genuina verba: *et iterum ad id ipsum reuertimini* recte explicantur sic: *quoniam coniugiis consilium dat post dies orationis ad usum naturalem reuerti debere*, haec verba varie concepta non sunt librariorum consilii inopum vel recentioris cuiusdam retractatoris, sed auctoris ipsius semet corrigentis, cum aut postea quaedam addit aut postmodum delet. Nam in multis illis portiunculis vel partibus, quae in aliquot manuscriptis desunt, una tantum excepta nusquam dubium esse potest, an genuinae sint. Tantummodo locus ille I Cor. 6, 18 *quia cetera peccata usque ad concupiscentia carnalis*, quem in omnibus editionibus prioribus adesse, in manuscriptis deesse iam Maurini dicebant, non Ambrosiastri est, sed ex Eugippii textu (CSEL 9, 1028, 2—11) insertus. Quem in uno Oxon. Lyell Empt. 9 inuenio, quo codice iam editio princeps (Basil. 1492) usa esse videtur, quippe cuius lectiones alias non confirmatae omnibus locis illo comprobentur; et non genuinum esse locum supra dictum iam usu verborum quorundam de-

monstratur, quae alias in Ambrosiastro non occurrunt, ut *absorbitio*. In alios vero manuscriptorum locos alienos rarissime ineidi, velut Oxon. 689 (fol. 9) longius quoddam additamentum exhibet in fine ep. ad Rom. 5, 4, Modoetiensis autem in ep. ad Gal. 1, 19 (secundum Ballerini III 755) locum de Iacobo domini fratre.

Quamvis consentaneum sit opinari eosdem eodices ut in ep. ad Rom. etiam in I. ad Cor. ep. eosdem gradus incrementi ostendere, tamen id pro certo ponere praeposterum sane fuerit. Quod qui poneret, non consideraret nequaquam totum semper commentarium esse a librariis transscriptum, sed satis saepe singulas eius partes. Nee desunt res aliam viam monstrantes, velut cod. Ambian. (Amiens) 87 (cum satellite suo Gand. 455) in I. ad Cor. ep. verba Pauli a ceteris manuscriptis valde discrepantia praebet, eum verba II. ad Cor. ep. plane solita sint. Quam differentiam quomodo explicemus? Interpretatio ep. ad Rom. in codice Casinensi longe abhorret a contextu codicis Sangall. 101; commentarius in ep. I. et II. ad Cor. in ambobus manuscriptis pariter fere conformatus est, quin etiam insignia quaedam vitia huius et illius communia inveniuntur. Codex Monae. 6265 (eiusque satelles Salisburg.) in ep. ad Rom. semper fere forma *Muses* utuntur. Quodsi in utraque ad Cor. ep. pro illa semper *Moyse* apparet, utrum ad aliam traditionem referendum est an librarium interea aliquid didicisse putemus? Ita sane, nisi in utroque manuscripto 225, 23 subito forma illa *Muses* rursus adesset et 246, 32 item in utroque manuscripto pro *duce Moyse feliciter* verba sensu carentia *ducemus effeliciter* inveniremus, quo insigni fidei librarii exemplo evidenter indicatur antecessorem quandam codicis Mon. 6265 etiam in ep. ad Cor. semper *Muses* exhibuisse, quod hic, cum in ep. ad Rom. servatum sit, praeter exigua illa vestigia evanuit. Etiam in codice Vat. 4919 ducentis annis posteriore *ducemus feliciter* legitur, ut, quisquis de licentia et arbitrio medii aevi librorum loqui velit, eum attente et considerate hunc easum spectare debere putem.

Ceterum ratio cognationis manuscriptorum in I. et II. ep. ad Cor. prorsus eadem est atque in ep. ad Rom. Quinque manuscripta: Monac., Salisburg., Colon., Godvic., Zwetl. a primo folio usque ad ultimum notam et habitum suum servant, ut secundum illa, quae supra diximus, duorum extremo loco enumeratorum aequae ac Salisburgensis ratio non sit habenda. Item codices Fuld., Sangall., Mod., Bruxell., Tricass. (Troyes) 128 in I. et II. ep. ad Cor. proxima cognatione inter se coniuncti sunt.

In maiore parte manuscriptorum finis I. ad Cor. ep. et initium II., ut iam supra diximus, non Ambrosiastri, sed Pelagii textum praebet. Eo pertinent codices Casinensis, Sangall. 101, Fuld., Mod., Bruxell. 971. 972, Oxon. 756. 698, Paris. 1759. 1761. 1763. 13339, Tricass. 128, Vindob. 4600, Rom. Pal. lat. 169, Turon. (Tours) 298, Londin. Burney 42 et Carnut. (Chartres) 34. Omnia manuscripta supra dicta ex eodem archetypo orta esse vix opus fuerit adnotare. Genuinus I. ad Cor. ep. finis invenitur in Monac. 6265, Salisburg., Colon. 34, Godvic., Zwetl., Rom. Vat. 4919, Karlsruh. 108, Tricass. (Troyes) 432, Leningrad., Oxon. Lyell 9, Ambian. (Amiens), Gandav. (Gent) 455. Ut in commentario in ep. ad Rom. etiam hic genere primo loco dicto textus integerrimus praebetur (γ).

Editio nostra his nititur manuscriptis:

N = Monacensi 6265

K = Coloniensi 34 $II = N + K + V$

V = Rom. Vat. 4919;

V continet 121 folia 30 versuum longorum, saec. XI. Fol. 1^r legitur: *Incipit argumentum in epla prima ad corinthios. Corinthii sunt Achaici et hii similiter ab apostolis etc. usque ad: per timotheum. Expl. argumentum. Incip. prologus.* Folio 112^v medio interpretatio II. ep. ad Cor. 12, 20 (*ut inuicem congaudeant sibi*) abrumpitur, sc. etiam in exemplari eius duo fere folia extrema defuerunt.

In margine inferiore scriptum est: *hunc librum adquisiuit dominus Damianus sanctae crucis.*

E = Caroliruhensis Aug. CVIII

T = Tricassensis (Troyes) 432 (B. 67), saec. IX/X.; 124 folia 2 columnarum; praebet ep. I. et II. ad Cor. (ad Gal. deest), ad Eph., ad Phil., I. et II. ad Thess., ad Col., ad Tit., I. et II. ad Tim., ad Philem. Cf. A. Souter, The Genuine Prologue to Ambrosiaster on 2 Corinthians (Journ. of Theol. Stud. IV, 1902, 89sqq.).

L = Oxoniensis Bibl. Bodl., Lyell Empt. 9

C = Casinensis 150

G = Sangallensis 101

P = Paris. 13339; 160 folia 2 columnarum, saec. IX. *Ex bibl. Mss. Coisliniana olim Segquieriana quam Illustriss. Henricus du Cambout, Dux de Coislin, Par Franciae, Episc. Metensis Monasterio S. Germens a Pratis legavit anno 1732.* Sine titulo et inscriptione. Fol. 88 legitur: *Explicit TRACTATUS..IN EP...* Raris locis in exordio manuscripti numeri capitum exstant (cf. Colon. 39). Praebet ep. ad Rom. et I. et II. ep. ad Cor. (usque ad 11, 21).

D = Paris. 1759

A = Ambian. (Amiens) 87

Ex iis, quae in ep. ad Rom. effecimus, recensio α in codicibus Monac. et Colon. inesse suspicanda est, quorum lectiones et lacunae etiam in Vatic. 4919 eodem archetypo orto inveniuntur.

Quoniam cod. Caroliruh. 108 una cum Tricass. 432 et Oxon. Lyell 9 quasi medium quendam locum obtinet, cum iis et propriae recensiois α lectiones comprobentur et maior pars lacunarum recensiois α verbis textus γ expleta sit, fieri potest, ut inter α et γ recensio quaedam β intersit. Quod iudicium eo difficilius fit, quod etiam in ep. I. et II. ad Cor. recensioes permixtae sunt.

At codice Ambian. 87 cogimur quaerere, num familia illa *II* recensionem omnino integram tradiderit. Certe *A* non facile schemati α (β) γ inseri potest; qui codex iam ideo locum sibi vindicat separatum, quod Veteris Latinae textum Paulinum²⁶⁾ ab eo qui alias traditur valde discrepantem praebet, praeterea propter additamenta quaedam aut commentarium in I. ad Cor. ep. 10, 24, quem solus exhibet. Nam imaginem eius, cod. Gandav. 455 dico, non, ut E. Dekkers putat²⁷⁾, progeniem eius archetypi, unde Ambianensis oriundus est, sed e stirpe codicis Ambianensis esse existima- verim idemque tantummodo ea de causa spectandus est, quod a manu paulo recentiore omnibus fere in utraque epistula lacunis codicis Ambianensis expletis secundum (β aut) γ perpetuo accuratissime correctus est. Quae contextus codicis Ambianensis lacunae, cum omnibus aliis locis recensionem γ praestet, valde notabiles sunt.

Conspectus lacunarum illarum in I. ad Cor. ep., exclusis scilicet omnibus rebus librarii errore explicandis, speciem notatu admodum dignam praebet:

- 1, 7 et pereant — putaverant *ANKV*
- 1, 11, 1 ut per — fratres *ANKV*
- 1, 13, 2 et quia — multas *ANKV*
- 1, 17, 2 est enim quasi idolatria *ANKV*
- 1, 20, 4 et patiens fieri mala *NKV*
- 1, 22 unde — deus *NK VET*
- 1, 23 ut — mortuorum *NKV*
- 1, 27, 1 stulta *alt.* — iudicat *ANKV*
- 1, 27, 2 hi — spe *ANKV*
- 1, 27, 2 quia — quam non credunt *ANKVE*
- 1, 28 credendo in christum *ANKV*
- 1, 29 sensus — recipit *ANKV*
- 1, 30, 1 qui omnipotens est *ANK VET*

²⁶⁾ Cf. H. J. Vogels, Untersuchungen zum Text Paulinischer Briefe bei Rufin und Ambrosiaster, Bonn 1955, 45sqq.

²⁷⁾ Sacris Erudiri 1954, 429—433.

- 1, 30, 1 et misericordiam *ANKV*
 1, 30, 1 veritas — nos *ANKV*
 2, 7, 2 quem erat facturus *NKVE*
 2, 8, 3 non tamen saeculi *NKV*
 2, 10, 1 et potestatibus in caelestibus *NKV*
 3, 12 lapides — ignis *A*
 3, 22 qui est petrus *ANKVE*
 4, 4, 1 nunc — nescius *A*
 4, 7, 2 quod — acceperant *A*
 4, 10, 2 ut essent securi *A*
 5, 2, 1 quia — abiecit *A*
 6, 2, 1. 2 ad — causa *A*
 6, 14, 2 quia — expedit *A*
 6, 18, 2 non — possit *A*
 6, 18, 3. 4. 5 novatiano — peccat *A*
 7, 9, 2 cum — uritur *A*
 7, 15, 3 nam — coniugium *A*
 7, 29, 1 quamvis — veraces *A*
 7, 29, 3 etiam — longe est *A*
 7, 31 itaque — mundus *A*
 7, 34, 1 divisa — copulata *NKVE*
 7, 40 quamquam — secundas *A*
 9, 27 ut de promissis dubitent *NKV*
 10, 13, 3 quomodo — tolerare *A*
 10, 22 si — sit *NKV*
 11, 15 denique — potestatem *NKVE*
 11, 30 et multi moriebantur *NKVE*
 12, 3, 4 superbiam — argui *A*
 12, 21 quia — operantur *A*
 12, 21 ac — pedes *A*
 12, 22 sicut — quaerit *A*
 12, 26 hoc — consilio *A*
 12, 30, 1 enim — 2 post haec *A*
 12, 31, 2 cum — simplex *A*
 14, 22, 1 et — intellegat *A*

- 14, 31 quam — iudaeis *A*
 14, 34, 2 suum — peccatum *A*
 14, 35 contra — quod *A*
 15, 6 de his — 23 corpore *A*
 15, 9 humiliat — dicens *A*.

Restat mirum illud, quod in commentario primi ep. I ad Cor. capituli codex *A* cum genere *NKV* (*II*) congruit, postea vero multo maxima pars lacunarum in uno *A* apparet; et omnibus fere locis illis frustra causa quaeritur, cur posteriore tempore aliquis verba textus deleverit. Inclinabimus igitur eo, ut suspicemur lacunas illas in forma aliqua originali neque in *A* neque in *NKV* integre tradita adfuisse. Nam in codice *A* quoque multa inveniuntur, quae codicibus *NKV* collatis recensio-
 nis α textus haberi nullo modo possunt velut loci correcti in I. ad Cor. ep. 2, 9 et 7, 5 supra dicti (p. XLIII).

Commentarii in II. ad Cor. ep. edendi fundamenta eadem sunt manuscripta quae in prima. Quamquam ratio propinquitatis manuscriptorum non mutatur, tamen duo illa genera α et γ hic inter se propinquiora sunt quam in prima ad Cor. ep., ut in altera vix de duabus recensionebus cogitare-
 mus, nisi rem ita se habere traditione ep. ad Rom. et ep. I. ad Cor. demonstraretur.

Etiam cod. Ambian. 87 in altera ad Cor. epistula non iam notabilem illum, qui in Rufino quoque deprehenditur, textum Paulinum praebet, quo in utraque epistula antecedente a ceteris codicibus tam significanter abhorret; alias tamen locum prorsus separatim ipsis illis multis lectionibus propriis obtinet, e quibus selectas quasdam editio Maurinorum in margine inferiore adnotat; idemque etiam magis demonstratur multis illis lacunis, quae nisi hic non occurrunt.

Desunt haec:

- 1, 2 idcirco — christi
 1, 9 nimia — deus *A*
 1, 18 ideo — praedicationem *A*

- 2, 4 ut — sed ut *A*
 2, 7, 2 desperantem de se *A*
 3, 1, 2 ut — proficit *A*
 4, 6 sed — eius *A*
 4, 6 visus — suae *A*
 4, 7, 1 quia — absconditur *A*
 4, 13 securus — faciat *A*
 4, 14, 2 propter — exprobrat *A*
 4, 16, 1 securus — promissa *A*
 4, 16, 2 quia — animae *A*
 4, 18 sed gaudent *A*
 5, 2, 2 mors — habere *A*
 5, 5 et fidelis est *A*
 5, 7 licet praesens sit *A*
 5, 9 quia — displicebit *A*
 5, 12, 2 unde — apostoli *A* (posteriore tempore falso
 insertum)
 5, 14, 1 nec — designent *A*
 5, 14, 2 propter — dei *A*
 5, 15 igitur — voluntatem *A*
 5, 17 si — divinitas *A*
 5, 21, 2 filius — patre *A*
 5, 21, 2 sicut — patrem *A*
 5, 21, 3 eum — peccaverat *A*
 5, 21, 3 sicut — peccati *A*
 6, 3 quia — praedicant
 6, 9, 1 et futura *A*
 6, 9, 2 potest — occidi *A*
 7, 10 detectus enim peccator *A*
 7, 12, 1 in prima epistola *A*
 7, 13, 1 accepisse — consolationem *A*
 8, 15, 2 hoc — legitur *A*
 8, 15, 2 non — sanctis *A*
 9, 8, 2 qui — misit *A*
 9, 15, 1 ne — humiliari *A*

- 10, 5 et armant — christo *A*
 11, 2, 2 quia — coepit *A*
 11, 2, 2 propter — occidit *A*
 11, 6, 2 quomodo — eloquentia *A*
 11, 6, 4 manifestum — quia *A*
 11, 7, 1 quoniam — itaque *A*
 11, 9, 1 quia — et *A*
 11, 9, 1 ne — iactarent *A*
 11, 11 sicut dixi *A*
 11, 13 nomen — usurpantes *A*
 11, 18 ut — filius *A*
 11, 19, 2 horum — nihil est *K*
 11, 21, 1 secundum — adiecit *A*
 11, 21, 1 credentes — dissimilis *A*
 11, 21, 2 ac — iactabant *A*
 11, 23, 2 occasione — toleraret *A*
 11, 23, 4 ideo — oportuit *A(N)*
 11, 26, 5 fuerunt — Hermogenis *A*
 11, 27, 1 verum — sed *A*
 11, 29, 2 desperantes — et *A*
 12, 1, 3 ergo — gloriari *A*
 12, 5, 4 quid — narrare *A*
 12, 10 et — insultatur *A* (posteriore tempore falso insertum)
 13, 4, 2 id est christum *A*
 13, 5, 1 temptare — capiat *A*
 13, 11, 1 hoc — agite *A* (posteriore tempore falso insertum)

Etiam hic statuimus causam delendi nusquam inveniri posse, immo e contrario textum plenioram amplificationem esse manifestam. Et quoniam in iis partibus, quas reliqua manuscripta ampliores quam *A* praebent, ne minimum quidem indicium animadverti potest, quo alienam manum aliquid egisse arguatur, nihil restat nisi ut concludamus auctorem ipsum novam editionem amplificatam et emendatam fecisse.

D. De codicibus commentarii ad reliquas epistulas

Ex manuscriptis in duabus ad Cor. epistulis adhibitis ad reliquas epistulas edendas (ad Gal. — ad Philem.) his usus sum:

N Monacensi 6265

K Colon. 34; in utroque desunt ep. ad Gal. et ad Eph.

L Oxon. Lyell 9

C Casinensi 150

W Fuld. A a 18

G Sangall. 100.

Ad quae accedunt haec:

Z Florent. Laur. Ashb. 60; 76 folia (mensurae 26, 5 et 19, 5cm) 26—31 versuum longorum continens, saec. VIII ex., minuscula Hibernica scriptus; sine auctoris nomine (a manu eiusdem fere aetatis in margine superiore fol. 1 additum est: *Ambrosii epi Mediol. expositio in decem epis Pauli*). In hoc manuscripto, quod commentarium ad ep. ad Gal., ad Phil., ad Eph., I. et II. ad Thess., ad Col., I. et II. ad Tim., ad Philem., ad Tit. complectitur, textus Pauli non plenis verbis profertur, sed prima tantum unius cuiusque loci verba, deinde post verba *et reliqua usque ad* (quae semel tantum etiam in Ambian. 87 et Gandav. 455 in ep. I. ad Cor. 15, 37 inveniuntur) extremum lemmatis verbum. Locus e S. Scriptura laudatus novo versu prominentibus litteris maioribus effertur. Quotiens in versu antecedente spatium vacuum relictum est, librarius ea lacuna utitur ad alia textus verba collocanda, quod factum in aliis quoque manuscriptis velut in Isidori fragmento Sangallensi invenimus (cf. A. Dold et I. Duft, Die älteste irische Handschriftenreliquie der Stiftsbibliothek St. Gallen mit Texten aus Isidors Etymologien, Beuron 1955, 10). Descriptum est man. *Z* apud E. A. Lowe, Cod. Lat. Ant. I et III 5b, haec dicentem: *written in some center with Insular connexions, probably in Italy*.

A Caroliruh. Aug. XCVII; 114 folia (mensurae 31 et 22 cm) 30 versuum longorum continens, mundissime scriptus. Textus Pauli scriptura rubra, nonnusquam et viridi effertur et satis recte ut Paulinus definitur. Hic codex, qui ante Ambrosiastri argumentum primo loco prologum Marcioniticum exhibet et commentarios in ep. ad Gal., ad Eph., ad Phil., I. et II. ad Thess., ad Col., ad Tit., I. et II. ad Tim., ad Philem. continet, posterior pars ampli operis universi esse videtur, cuius pars prior non exstat. Scriptus est ineunte saec. IX, ex Augia Divite (Reichenau) oriundus.

Y Sangall. 330; 133 folia (mensurae 30 et 22 cm) 28 versuum longorum continens, saec. IX.; sine auctoris nomine. Commentarius in ep. ad Gal., ad Eph., ad Phil., I. et II. ad Thess., ad Col., ad Tit., I. et II. ad Tim., ad Philem. posterior pars pleni cuiusdam commentarii esse videtur, cuius pars prior non exstat. Ambrosiastri argumento semper prologus Marcioniticus praemittitur. Pauli contextus scriptura rubra, in I. ep. ad Tim. semel viridi quoque ut in cod. *A* effertur. Descriptus apud A. Bruckner, *Scriptoria medii aevi Helvetica* 3, 96.

M Modoetiensis (Monza), cod. bibl. cap. c. 2; 213 folia (mensurae 25 et 17 fere cm) continens, saec. IX/X., praebet commentarium in ep. ad Rom., I. et II. ad Cor., ad Gal., ad Eph., ad Phil., I. et II. ad Thess., ad Col., ad Tit., I. et II. ad Tim., ad Philem., ad Hebr. Descriptus apud F. C. Burkitt, *The Book of Rules of Tyconius*, p. XXVII.

V Veron. bibl. cap. LXXV; 77 folia 23 versuum continens, saec. IX.

P Patavin. Sant' Antonio Scaff. V 94; 152 folia continens, exhibet ep. ad Gal., ad Eph., ad Phil., I. et II. ad Thess., ad Col., ad Tit., I. et II. ad Tim., ad Philem.; saec. IX.

Ratio cognationis manuscriptorum *NKLCWG* eadem est atque in duabus ad Cor. epistulis, cum *NK* ut genus proprium a *CWG* evidenter differant, *L* autem illi propius

cognatus sit quam huic. Attamen causa non est, cur in *NK(L)* epistularum ad Gal. usque ad Philem. — ad Gal. et ad Eph. epistulas in *NK* deesse dolemus — priorem, in *CWG* posteriorem suspicemur recensionem. Tales enim differentiae, quales sunt in commentario I. et II. ep. ad Cor., hic frustra quaeruntur. Ideo Brewer, quem Florent. Ashb. 60 ignoravisse vel nondum contulisse putaverim, auctorem formam epistularum ad Gal. usque ad Philem. primo electam retinuisse collegit.

Generis *CWG* etiam codex *V* est, qui nihil nisi ep. ad Gal. (inde a 1, 23) et ad Eph. (usque ad 6, 20) praebet, et *P*, qui epistulas ad Gal. usque ad Philem. integras exhibet.

Ne illo quidem genere signo communi *II* designato manuscriptorum *AYM* inter se arte coniunctorum, quod medium inter *NK* et *CWGV* locum obtinet, adducimur, ut auctorem huic parti operis universi postea manum emendantem admovisse et novam editionem fecisse putemus.

At contra codicis *Z* eam invenimus condicionem, quae probabiliter explanari non possit nisi ponendo etiam in epistulis ad Gal. usque ad Philem. duas editiones esse discernendas, quarum utraque ad auctorem ipsum sit referenda. Nam *Z* in manuscriptis non solum eo proprium obtinet locum, quod Pauli textum concisum praebet, cum satis habeat prima et postrema verba adferre, simulque alium textum Paulinum adhibet atque cetera manuscripta, sed etiam, quod multo notabilius est, in eo neque usquam alibi multis lacunis occurrimus. Quae c. g. in ep. ad Gal. haec sunt:

- 1, 1, 1 quem — iudicio elegit
- 1, 1, 3 a mortuis se excitasse
- 1, 13, 2 per — constitutorum
- 1, 19
- 1, 21 ex iudaeis credentes
- 2, 5, 5 sicut — data
- 2, 5, 5 quia — epistola

- 2, 5, 7. 8 non — est
 2, 8 adtrahere et
 2, 9, 3 ex lege
 2, 10, 1 quos — appellat
 3, 1, 1 prooemio usus est
 3, 3, 2 aut dolorem non praestat
 3, 6 abrahamae — primus
 3, 13, 1 propterea — occiditur
 3, 13, 4 quantum — diabolum
 3, 18, 4 quamvis — est
 3, 19, 1 lex — talibus
 3, 23 id est iudaeos
 4, 3 per legem dei
 4, 3 nihil — creatura
 4, 6, 1 ab his — plenum
 4, 6, 2 qui — filios
 4, 6, 3 denique — dicere
 4, 19, 2 concipientes — essent
 4, 26 quia — vitam
 4, 27 in — est
 4, 27 sicut — gente
 5, 12 et — corporis
 5, 24, 1 hos — hi
 6, 17, 2 passiones — quoniam
 6, 17, 2 amore credentium
 6, 17, 2 eorum qui patiuntur
 6, 18 cum spiritu illorum

Eandem condicionem — multas dico lacunas minoris vel maioris spatii — iam in ep. ad Rom. et in I. et II. ad Cor. invenimus. Codice Florent. Ashb. 60 autem docemur etiam epistularum ad Gal. usque ad Philem. et breviorum et ampliorum editionem nos habere.

Quaerendum igitur est, utrum contextus postea contractus an amplificatus sit. Qui, ut id diiudicet, partes eo pertinentes perscrutabitur, ei fortasse difficile interdum fuerit

rem disceptare. Multo saepius autem non dubitabit iudicare textum postea amplificatum esse, cum contrahendi causa non sit perspicua, at sane explendi. Atque eae partes, quae in *Z* desunt, ab auctore ipso additae sunt, qui huius quoque partis corporis Paulini novam fecit editionem. Neque in sermone aut stilo neque in argumento quidquam est, quo adducti addita illa aliena esse suspicemur. Qua nova editione verba primo concepta raro mutata sunt ut 9, 27; 10, 20; 12, 26; 25, 41; 31, 10; 35, 26; 40, 22; 48, 16; 66, 23; et praecipue in ep. ad Col. 2, 15 (84, 10).

AD ROMANOS

Conspectus Codicum

Editionis sive recensiois primae (α):

- N* = cod. Monacensis 6265, saec. IX
S = cod. Salzburgensis a IX 25, saec. IX
K = cod. Coloniensis (Köln) 34, saec. X
I = cod. Godvicensis (Göttweig) 42, saec. XII
X = cod. Zwettlensis 33, saec. XII
 Φ = consensus codd. NSKIX
V = cod. Veronensis LXXV, saec. IX (continet 9, 17–10, 11)
A = cod. Dublinensis, Trin. Coll. 52 (Book of Armagh), ca. 807 (continet argumentum et 1, 1, 1 – 2 ostendit)

Editionis secundae (β) codicum varias lectiones non adnotavi,
v. proleg. p. XL

Editionis tertiae (γ):

- G* = cod. Sangallensis 101, saec. IX
F = cod. Fuldensis A a 18, saec. IX
M = cod. Modociensis (Monza) c 2, saec. IX/X
B = cod. Bruxellensis 971, saec. XI/XII
Y = cod. Tricassensis (Troyes) 128, saec. XII
O = cod. Oxoniensis Bodl. 756, saec. XI
D = cod. Parisinus 1759, saec. IX
W = cod. Vindobonensis 743, saec. VIII/IX
A = cod. Ambianensis (Amiens) 87, ca. a. 800
C = cod. Casinensis 150, saec. VII inc.

*N*¹, *N*²: sic distinguuntur librariorum manus prima et secunda

α β γ : rec. prima, secunda, tertia.

lectiones cancellis inclusae sunt hae:

- [] sic includuntur, quae sola recensio α habet, omittunt β et γ
() sic includuntur, quae recensio β mutavit
{ } sic includuntur, quae recensio α non habet, sed sola recensio β
(β K in apparat. critic. significat codicem K hanc lectionem recensiois β suscepisse)
[] sic includuntur, quae recensiois γ pauci tantum codices habent

Thes. Thesaurus Linguae Latinae

Quaest. Quaestiones Veteris et Novi Testamenti ed. A. Souter (CSEL vol. 50)

AD LECTOREM

Commentarios in epistolam ad Romanos H. Vogels ita edere voluit, ut in sinistris paginis recensio prima (α) poneretur, in dextris tertia (γ), secundae autem (β) in capite dextrarum paginarum ea tantum scriberentur, quae a tertia editione discreparent. Qui modus cum legentibus aliquantum laboris imponere videretur, si, quid singulis locis secunda editio haberet, scire vellent, R. Hanslik, cuius curae Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum in Academia Austriaca subiectum est, talem viam ingressus est, qualis nunc legentibus praebet, scilicet ut in sinistris paginis editiones prima et secunda praeberentur, in dextris tertia sola; hoc enim modo tertia, cuius formam auctor ultimam et quasi legitimam esse voluit, pura atque incommixta legi potest.

V. Bulhart †

Cum editor H. Vogels aetate iam proventus operi ultimam limam adhibere non posset, Vincentio Bulhart mortuo ipse cum Leopoldina Swoboda et Michaela Zelzer, quae olim discipulae meae fuerant, textui et apparatusi critico curam adhibui in plagulis corrigendis a Ludovico Bieler (Dublin) et Ludmilla Krestan egregie adiutus.

R. Hanslik

AD ROMANOS

⟨Argumentum⟩

Reeens. α β . 1. Ut rerum notitia {plenior} habeatur, prin-
cipia rerum requirenda sunt {prius}; tune enim potest faeilus
5 causae ratio deelarari, si eius origo discatur, ut eum (cum
enim) epistolae datae modum et rationem ostenderimus, pos-
sit (potest) verum videri quod dieimus.

2. (4.) Quattuor igitur modis scribit Romanis, arguens ab
initio genus humanum fysiea ratione; hi enim eaput sunt
10 omnium gentium, ut in his discant.

primus modus est, quo se ostendit, quid sit aut quid fuerit
et cuius sit (ostendit, quid fuerit et cuius sit), quo et hereses
pereunt. seeundus modus est, quo arguit, quod naturae ra-
tione non se subieeerint uni deo et quae inhonesta et turpia
15 egerint invieem, despeeti ob hoe a deo, ut gratulentur ere-
dentes. tertius modus est, quo (quod) legem datam spre-
verunt, unde antepont Graeeis Iudaeos. quartus modus est,
quo doeet Iudaeos exorbitasse a lege et promissione dei {in
causa Christi} faetos similes gentibus (faetosque similes gen-
20 tilibus), ut utrique indigeant miserieordiam dei, non per legem
sperando salutem (salutem sperando), sed per fidem Christi
Iesu.

3. (2.) nam eonstat (eonstat itaque) temporibus apostolorum
Iudacos propterea (propter) quod sub regno Romano agerent,

α 1 Incipit tractatus (praefatio X) sancti Ambrosii in opistulam ad
Romanos IX 3 plenior βK 4 prius βK 4sq. faeilus potest deelarari
causae ratio Δ 5 discutiatur K cum enim $\beta K \Delta$ 8 scripsit Δ 9 fysica
ratione genus hominum Δ 10 discant ceteri uniuersique gentiles K (ex Δ)
11 quid *pr.*] qui IX quid *alt.*] qui S 13 quo] quod K 16 quod $\beta K IX$
spreuerint $S^1 IX$ 17 graecos iudaeis Δ 18sq. dei in causa christi fac-
tosque similes gentilibus βK 20 miserieordia $S^2 IX \Delta$ 23 nam] iam Δ

AD ROMANOS

1

(Argumentum)

Recens. γ. 1. Principia rerum requirenda sunt, ut notitia earum possit haberi; tunc demum enim facilius poterit causae ratio declarari, si liber iste discatur; si ergo epistolae datae modum et rationem ostenderimus, potest verum videri quod dicimus. 5

4. Igitur quattuor modis scribit Romanis, arguens ab initio genus hominum partim fysica ratione, partim per legem; hi enim caput sunt omnium gentium, ut in his discant [ceteri universique gentiles]. primus modus est, quo se ostendit, quid sit et cuius sit et quid fuerit, quo et hereses percutit. secundus modus est, quo arguit, quod naturae ratione non se subiecerint uni deo et quae inhonesta et turpia egerint [invicem], despecti ob hoc a deo, ut gratulentur credentes. tertius modus est, quod legem datam spreverunt, unde anteponit Graecis Iudaeos. quartus modus est, quo docet Iudaeos exorbitasse a lege et profetis in causa Christi similes factos gentilibus, ut utrique indigeant misericordia dei, non per legem sperando salutem, sed per fidem Christi Iesu. 10 15

2. constat itaque temporibus apostolorum Iudaeos propter quod sub regno Romano agerent, Romae habitasse. ex quibus 20

1 Incipit tractatus sancti Ambrosii in epistolam ad Romanos sic fere codices, add. Incipit prologus A; inscriptiones omiserunt WM 4 poterit] possit GFBY 5 liber iste] corruptum?, eius origo WAO 7 ordinem capitulorum (cf. prolegom. p. XXV sq.) 1. 2. 3. 4. 5 habet α, at β γ 1. 4. 2. 3. 5. igitur om. Y 9sq. ceteri uniuersique gentiles solus A 13 inuicem solus A 17 similesque WA 18 misericordiam G¹FWA (cf. Thes. s. v. indigeo VII 235, 58. 237, 82. 241, 45) 20 propterea Y

Romam (Romae) habitasse. ex quibus hi qui crediderunt (crediderant), tradiderunt Romanis, ut Christum profitentes (confitentes) legem servarent. Romani autem audita fama virtutum Christi faciles ad credendum fuerunt ut (utpote) prudentes; nec inmerito prudentes, qui male inducti statim correcti sunt et manserunt (permanserunt) in eo. hi ergo ex Iudaeis credentes Christum (Christo), ut datur intellegi, non accipiebant deum esse de deo, putantes uni deo adversum. 4. (3.) quam ob rem negat illos spiritalem dei gratiam consecutos [ac per hoc confirmationem eis deesse]. hi sunt qui et Galatas subverterant, ut a traditione apostolorum recederent. quibus ideo irascitur apostolus, quia docti bene facile transducti fuerant; Romanis autem non debuit irasci, sed et laudare fidem illorum, quia nulla insignia virtutum videntes nec ab aliquo apostolorum susceperant (-erunt) fidem Christi {ritu licet Iudaico} in verbis potius quam in sensu; non enim expositum illis fuerat mysterium. propterea quibusdam advenientibus qui recte crediderant, de edenda carne et non edenda quaestiones fiebant et utrumnam spes, quae in Christo est, sufficeret aut et lex servanda esset. 5. hinc est, unde omni industria id agit, ut a lege eos tollat, quia lex et profetae usque ad Iohannem, et in sola eos (illos) fide Christi constituat, et quasi contra legem evangelium vindicat, non destruens legem, sed praeferebat Christianismum. adserit enim sic Christum promissum, ut praedicato eo lex cessaret, non tota, quia abbreviatio legis est facta, quae compendio daret salutem. multa enim veteribus tradita sunt

2 cf. Quaest. app. 80, 1, p. 474, 1 22 Luc. 16, 16

1 romae βK 2 profetantes Δ 4 utpote βK 6 permanserunt βK
 9 spiritualement *IX* ubique 11 galathas *IX* a om. Δ 12 facile om. Δ
 13 autem om. Δ non om. *SIX* irasci non debuit Δ 14 laudat Δ
 15 nec aliquem Δ 16 ritu licet Iudaico βK 17 mysterium crucis christi K 18 recte non Δ 20 post esset add. K : ut in aliis codicibus inuenimus, in hoc ordo habetur preposterus; hic ponendum est Quattuor igitur modis scribitur Romanis 24 uendicat K 26 est data *IX* facta legis est Δ

hi qui crediderant, tradiderunt Romanis, ut Christum confitentes legem servarent, quia Romani audita fama virtutum Christi faciles ad credendum fuerant utpote prudentes; nec inmerito prudentes, qui male inducti statim correxerunt et manserunt in eo. isti igitur ex Iudaeis credentes et inproprie sentientes de Christo legem servandam celeriter dicebant, quasi non esset in Christo salus plena. 5

3. ideo negat illos spiritalem dei gratiam consecutos. hi sunt qui et Galatas subverterant, ut a traditione apostoli recedentes iudaizarent. quibus ideo irascitur apostolus, quia docti bene facile fuerant transducti; Romanis autem irasci non debuit, sed et laudare fidem illorum, quia nulla virtutum videntes insignia [nec aliquem apostolorum] susceperant fidem Christi quamvis corrupto sensu; non enim audierant mysterium crucis Christi. sed a quibusdam Iudaea Romam advenientibus sicut Aquila et Priscilla qui recte sentirent, de edenda carne et non edenda quaestiones fiebant. 10 15

5. hinc est, unde omni industria id agit, ut a lege eos tollat, quia lex et profetae usque ad Iohannem, et in sola illos fide Christi constituat, et quasi contra legem evangelium vindicat, non destruens legem, sed praeferens Christianismum. ostendit enim sic promissum Christum, ut adveniente illo lex cessaret, [non tota, quia abbreviatio facta legis est, quae compendio daret salutem. multa enim veteribus tradita sunt 20

1 cf. Quaest. app. 80, 1, p. 474, 1. 19 Luc. 16, 16

1sq. profitentes WA 3 fuerunt AY ut pute OW 4 correxerunt] GFMBY (cf. *Theis.* III 1035, 1), se correxerunt ODWAC 6 celeriter om. MBYODWA 9 galathas FBOA subuerterunt FOA apostolorum GF 13 nec aliquem apost. solus A susceperunt DA 15 sed a] propterea WA Romam] ad (in A) urbem WA uenientibus W sicut et WA 16 sentirent] WA, dicerent cett. 17 post fiebant: et utrunnam—esset add. A ex recens. αβ

propter durtiam cordis illorum, ut oneri essent, quae misericordia dei adbreuiavit per Christum, data praeteritorum remissione. ingratus est ergo misericordiae dei, qui vult esse sub lege. nam dixerat Moyses: sic timentes facietis
 5 filios Istrahel, ut quacumque se verterent, legem haberent, ut sine sollicitudine non essent. igitur ut in Christo sine lege spem vitae salutisque ponendam tradat et dominum ipsum esse omnium doceat, sic incipit:

1, 1. Paulus servus Iesu Christi. 1. {apud veteres
 10 nostros ratione nomina conponebantur ut Isaac propter risum et Iacob propter calcaneum; ita et iste propter inquietudinem Saulus est nuncupatus; postquam autem credidit} ex Saulo Paulum se dicit, hoc est inmutatum. et quia Saulus {secundum supra dictum sensum} inquietudo seu temptatio inter-
 15 pretatur, hic cum ad fidem Christi accessit, Paulum se dicit, id est {quasi ex temptatore factum} quietum {humilemque vel parvulum}, quia pax est fides nostra. cum prius enim temptationes ex inquietudine Iudaismi dei servis inferret, post ipse temptationes passus est propter spem, quam ante amore
 20 Iudaismi negarat.
 2. servum autem Iesu Christi se profitens a lege se exutum ostendit, et ideo utrumque posuit, id est Iesu Christi, quia in utroque est dominus, sicut et Petrus apostolus testatur

4 Lev. 15, 31; cf. Quaest. app. 75, 2, p. 469, 13; Tert. adv. Marc. 2, 19, 1

1 eorum Δ esset NS^1 4 Muses S 5 quocumque IX 6 ut—essent *om.* Δ omnino non K 8 sic incipit *om.* $SIX\Delta$ Explicit prologus incipit textus K 9 Christi Iesu Φ 9sq. apud veteres—credidit βK 13 hoc est inm.] *om.* D , hoc est ex inquieto in mitem inm. IX 13sq. secundum—sensum βK 15 cum] autem SIX , *om.* K 16 hoc est I , *add.* quasi ex temptatore K (*ex recens.* β) 16sq. humilemque uel—parvulum βK 17 quia] et quia K 18 post ipse tempt.] Paulus t. ipse Δ 19 propter—negarat *om.* Δ 22 ostendit. finit Hilarii prologus Δ Iesu et Christi IX^2

propter durtiam cordis illorum, ut oneri esset, quae misericordia dei abbreviavit per Christum, data praeteritorum remissione. ingratus est ergo misericordiae dei, qui vult esse sub lege. nam dixerat Moyses: sic timentes facietis filios Istrahel, ut quacumque se verterent, legem haberent, 5 ut sine sollicitudine omnino non essent¹. ut ergo in Christo sine lege spem vitae salutisque ponendam tradat et ipsum esse dominum omnium doceat, sic incipit:

1, 1. Paulus servus Iesu Christi. 1. ex Saulo Paulum se dicit, hoc est inmutatum. et quia Saulus inquietudo 10 seu temptatio interpretatur, hic cum ad fidem Christi accessit, Paulum se dicit, id est quietum, quia iam pax est fides nostra. cum prius enim temptationes ex aemulatione legis dei servis inferret, post ipse temptationes passus est propter spem, quam ante Iudaismi amore negaverat. 15

2. servum autem Iesu Christi se profitens a lege se exutum ostendit, et ideo utrumque posuit, id est Iesu Christi, ut et dei et hominis personam signaret, quia in utroque est dominus, sicut et Petrus apostolus testatur dicens: hic est,

⁴ Lev. 15, 31; *cf.* Quaest. app. 75, 2, p. 469, 13; Tert. adv. Marc. 2, 19, 1
¹⁹ Act. 10, 36

⁹ *post* Christi: apud ueteres nostros ratione nomina componebantur ut Isaac propter risum et Iacob propter calcaneum; ita et iste propter inquietudinem Saulus est nuncupatus; postquam autem credidit *add. solus A (ex recens. β)* ¹⁰ Saulus secundum supra dictum sensum *solus A (ex recens. α β; hoc permultis locis, quae sequuntur, non adnotavimus)* ¹² *post* quietum: humilemque vel paruulum *add. solus A* quia] et quia *A* iam *om. WA* ¹³ ex aemulatione legis] ex inquietudine Iudaismi *A* ¹⁵ negaret *A* ¹⁸ personam] naturam *G* signaret] separet *O*

dicens: hic est omnium dominus, quia ergo [1et] dominus, et deus est. et sicut dicit David: quia dominus ipse est deus. quod hereses negant. 3. Marcioni enim videtur {odio legis} Christum et corpus eius negare, {Iesum profiteri,} 5 Iudaeis autem et Fotino {propter zelum legis} Iesum negare quod deus sit. nam quotiescumque aut Iesum dicit aut Christum, aliquando deum, aliquando hominem significat, sicut hoc (alio) loco: et unus, inquit, dominus Iesus per quem omnia, quod utique ad dei filium pertinet, iuxta quod deus 10 est. et alio loco (et in evangelio): Iesus autem, inquit, proficiebat aetate et sapientia, quod utique homini competit.

Vocatus apostolus. 4. propter quod deum cognovit et fatetur, factus idoneus servus, promotum se ostendit 15 dicens: vocatus apostolus, hoc est a domino missus ad res eius agendas. per quod ostendit hoc meritum {se} habere apud deum, qui servit non legi, sed Christo. dominus est enim filius hominis etiam sabbati.

Segregatus in evangelium dei. 5. evangelium dei 20 est bonus nuntius, quo peccatores ad indulgentiam convocantur. apostolus autem quoniam in Iudaismo locum doctoris habebat utpote Fariscus, ideo a Iudaismi praedicatione segregatum se dicit in evangelium dei, ut a lege dissimulans Christum praedicaret, qui, quod lex non potuit, credentes in 25 se iustificaret. sed non contra legem, sed pro lege est; ipsa enim hoc dicit futurum dicente enim Esaia profeta: veniet

1 Act. 10, 36 2 Ps. 99, 3 8 I Cor. 8, 6 10 Luc. 2, 52
17 Matth. 12, 8 26 Is. 59, 20

1 et *pr. del. Bulhart* 2 et nunc sicut *K* David dicit *KIX* 4 odio legis *βK* Iesum profiteri *βK* 5 propter zelum *K* 8 loco] loco inter cetera *K* 20 bonum nuntium *N²* uocantur *X* 22 ut pute *SKI* segregatum] subiugatum *SIX* 24 quod] quia *IX* 25 iustificare *Φ* 26 enim *alt.* (*cf. Thes. V 578, 5*) *om. IX* isaia *S* esaya *IX* ubique

inquit, dominus omnium; quia ergo dominus, et deus est dicente David: quia dominus ipse est deus. quod hereses negant. 3. Marcioni enim videtur odio legis Christum et corpus eius negare, Iesum profiteri, Iudaeis autem et Fotino propter zelum legis Iesum negare quod deus sit. 5 nam quotiescumque scriptura aut Iesum dicit aut Christum, aliquando personam dei, aliquando hominis significat, sicut in evangelio inter cetera: et unus, inquit, dominus Iesus per quem omnia, quod utique ad dei filium pertinet, iuxta quod deus est. et in evangelio: Iesus autem, inquit, pro- 10 ficiebat aetate et sapientia, quod utique homini competit.

Vocatus apostolus. 4. propter quod dominum agnovit et fatetur, factus idoneus servus, promotum se ostendit dicens: vocatus apostolus, hoc est a domino missus ad 15 res eius agendas. per quod ostendit hunc meritum se habere apud deum, qui Christo servit, non legi. dominus est enim filius hominis etiam sabbati.

Segregatus in evangelium dei. 5. evangelium dei est bonus nuntius, quo peccatores ad indulgentiam con- 20 vocantur. apostolus autem quoniam in Iudaismo locum doctoris habebat utpote Fariseus, ideo segregatum se dicit a Iudaismi praedicatione in evangelium dei, ut a lege dissimulans Christum praedicaret, qui, quod lex non potuit, credentes in se iustificaret. [sed non contra legem, sed pro lege 25 est; ipsa enim hoc dicit futurum, dicente enim Isaia profeta: veniet ex Sion qui eripiat et avertat captivitatem ab Iacob, et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum.] 5a. igitur si lex dei est data

2 Ps. 99, 3 8 I Cor. 8, 6 10 Luc. 2, 52 17 Matth. 12, 8 27 Is. 59, 20
28 Is. 27, 9

1 ergo] ergo et A 6 nam i. q. sed (cf. Löfstedt, *Aetheria* p. 34 sq.) 7 personam dei] deum A 13 deum F G M B¹ Y D A 16 hunc (cf. *Theos. VI* 2696, 5 sqq.)] hoc D O A se om. G 25 iustificare M A 25 sqq. sed — eorum solus A (ex recens. αβ; quare in recens. γ delendum putavit Hanslik)

ex Sion qui eripiat et avertat impietatem (captivitatem) a (ab) Iacob, et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum.

1, 2. Quod ante promiserat. 1. ut probet ratam et
 5 integram fidem et spem (fidei spem) esse in Christo, iam prius
 evangelium eius dicit a deo promissum, ut ex eo idoneum
 illum sponsorem vitae doceret; priusquam veniret, testimo-
 nium ei datum ostendit, paria testante Petro apostolo: nec
 enim aliud [inquit] datum est {inquit}, nomen sub
 10 caelo, in quo oportet (oporteat) salvos fieri.
 Per profetas suos. 2. ut manifestius salutarem esse ad-
 ventum Christi significaret, etiam personas, per quas promissionem
 signaverit, demonstravit, ut quam vera et magnifica
 sit promissio, ex his videretur; nemo enim rem vilem magnis
 15 praecursoribus nuntiat.

In scripturis sanctis. 3. hoc ad cumulum {verae}
 protestationis adiecit, ut maiorem fiduciam credentibus fa-
 ceret et legem commendaret; sanctae enim sunt scripturae,
 quae (quia et) vitia damnant, et sacramentum illic [et] unius
 20 dei et incarnationis continetur filii dei pro salute humana
 {testibus signorum prodigiis}.

2 Is. 27, 9 8 Act. 4, 12

16 verae βK 19 sacramentum] sacratio $N^1 S I X$, sacratum K^1 unius]
 unicus $S I$, -i I^2 , -e K^1 21 testibus signorum prodigiis βK

per Moysen et praedicatio novae legis dei est, quid est quod differt, ut a lege quam deus dedit, translatum se dicat in evangelium dei? sic est hoc, quomodo qui a secundo gradu accedit ad primum ut a bono ad melius. lex enim a deo data est ad correctionem disciplinae, evangelium autem dei est, 5 per quod mysterium dei manifestatur, quod latuit a saeculis in deo, quod est Christus. ad quod omnes invitati apophorita duplicia consequuntur; remissam enim peccatorum accipiunt et filii dei fiunt, ut iam mori non possint secunda morte. hinc est, unde dominus in evangelio: haec est, inquit, vita 10 aeterna, ut cognoscant te solum et verum deum et quem misisti Iesum Christum.

1, 2. Quod ante promiserat. 1. ut ratam et integram probet fidei spem esse in Christo, iam prius evangelium eius dicit a deo promissum, ut ex eo idoneum illum sponsorem 15 vitae doceret; priusquam veniret, testimonium ei datum ostendit, paria testante Petro apostolo: nec enim aliud datum est, inquit, nomen sub caelo, in quo oporteat salvos fieri.

Per profetas suos. 2. ut manifestius salutarem esse ad- 20 ventum Christi significaret, etiam personas, per quas promissionem signaverit, demonstravit, ut quam vera et magna sit promissio, ex his videretur; nemo enim rem vilem magnis praecursoribus nuntiat.

In scripturis sanctis. 3. hoc ad cumulum verae pro- 25 testationis adiecit, ut maiorem fiduciam credentibus faceret et legem commendaret; sanctae enim sunt scripturae, quia et vitia damnant et sacramentum illic unius dei et incarnationis continetur filii dei pro salute humana testibus signorum prodigiis.

6 cf. Rom. 16, 25 10 Ioh. 17, 3 17 Act. 4, 12

1 quod] quid *A* 2 ut] *WBMD*, *A in ras.*, et *ceit.* 6 per quod] quo *A*
 8 remissa *AW* 16 prius enim (autem *A*) quam *WA* ei] eius *A* (cf. *CSEL*
vol. 76, praef. p. XIV 16) 17 paria testante] a patre adtestante *A*
 18 oportet *A* 22 signaverit] significaverit *W* quam uera et magnifica
om. FGMBOW 27 quia] que *A*

1, 3. De filio suo. 1. dignum fuit, ut quia deus filium suum proprium mundo promittebat, per claros viros illum promitteret, ut ex his quam potentissimus esset qui praedicabatur possit sciri {ut in scripturis sanctis adventum eius
5 futurum insereret et ut falsum non posset videri, quod a sanctis praedictum est scripturis}.

Qui factus est ei ex semine David secundum carnem. 2. eum qui erat dei filius secundum sanctum spiritum, {id est secundum deum, quia deus spiritus est et sine
10 dubio sanctus est} factum dicit iuxta carnem dei filium ex semine David iuxta illud: et verbum caro factum est, ut iam unus sit {et} dei {filius} et hominis filius dei filius (Christus Iesus). qui enim ex aeterno dei filius erat, ignorabatur
15 autem a creatura, dum vult {autem} manifestari pro humana salute, visibilis debuit et corporeus fieri, quia et cognosci se voluit per virtutem et hominem peccatis abluere in carne morte devicta. 3. et ideo ex semine David fit, ut sicut de deo rex ante saecula natus est, ita et secundum carnem ex rege
20 ortum caperet, {factus opere spiritus sancti} de (ex) virgine {hoc est} natus, ut reverentia ei reservata ex hoc ultra hominem cognosceretur, qui ab humanae legis nativitate distaret, sicut praedictum fuerat ab Esaia profeta: ecce virgo in utero concipiet et cetera, ut cum novum factum videretur et laude dignum, providentia quaedam dei circa visitationem
25 humani generis futura dinosceretur.

1, 4. Qui praedestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex re-

11 Ioh. 1, 14 22 Is. 7, 14

16 a peccatis *K* (cf. recens. γ) 19 ortum] ortum regium *K* (cf. recens. γ) factus opere spiritus sancti βK 20 hoc est natus βK servata *IX* 23 accipiet βK

1, 3. De filio suo. 1. dignum fuit, quia proprium deus filium mundo promittebat, per claros viros illum promitteret, ut ex his quam potentissimus esset qui praedicabatur possit sciri, ut in scripturis sanctis adventum eius futurum insereret. et falsum videri non potest, quod a sanctis praedictum est scripturis. 5

Qui factus est ei ex semine David secundum carnem. 2. eum qui erat dei filius secundum sanctum spiritum, id est secundum deum, quia deus spiritus est et sine dubio sanctus est, factum dicit iuxta carnem dei filium ex Maria, iuxta illud: et verbum caro factum est, ut iam unus sit et dei et hominis filius Christus Iesus, ut sicut verus deus est, verus esset et homo. verus autem non erit, nisi sit ex carne et anima, ut sit perfectus. qui enim ex aeterno dei filius erat, ignorabatur autem a creatura, dum vult illum manifestari pro humana salute, visibilem eum et corporeum fecit, quia et cognosci eum voluit per virtutem ut homines passione eius a peccatis ablueret in carne morte devicta. 15

3. et ideo ex semine David fit, ut sicut de deo rex ante saecula natus est, ita et secundum carnem ex rege ortum [regium] caperet, factus opere spiritus sancti ex virgine, hoc est natus, ut reverentia ei reservata ex hoc ultra hominem cognosceretur, qui ab humanae legis nativitate distaret, sicut praedictum fuerat ab Esaia profeta: ecce virgo in utero concipiet et cetera, ut cum novum factum videretur et laude dignum, providentia quaedam dei circa visitationem humani generis futura dinosceretur. 20 25

1, 4. Qui praedestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resur-

11 Ioh. 1, 14 24 Is. 7, 14

8 spiritum sanctum *BWA* 12sq. deus verus *FG* 13 et *om.* *WA*
 16 manifestare *WA* 16sq. visibilis debuit et corporeus fieri *DA* 17 eum se *DA*
 20 regium *YDAG*² 21 ex] de *A* 22sq. reservata—distaret] reser-
 uaretur quam ad (ab *W*) humanae legis natiuitatem (-e *W*¹) de se ferret (dif-
 ferret *W*) *FG*¹*BYW* 23 distaret] de se ferret *M* 24 accipiet *W*

surrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.
 1. filium dei dicens patrem significavit deum, addito autem
 spiritu sanctificationis ostendit mysterium trinitatis. hic ergo
 qui incarnatus quid esset latebat, tunc praedestinatus est
 5 secundum spiritum sanctificationis in virtute manifestari
 filius dei, cum resurgit a mortuis, sicut scriptum est in psalmo
 octogesimo quarto: veritas de terra orta est. 2. omnis
 enim ambiguitas diffidentiae (et diffidentia) resurrectione eius
 calcata est et compressa, siquidem adhuc in cruce positum cen-
 10 turio videns magnalia dei filium confitetur. nam et discipuli
 in morte eius dubitaverunt dicente Cleopa et Ammau: nos
 putabamus, quia ipse erat, qui incipiebat liberare
 Istrahel. ipse enim dominus ait: cum exaltaveritis
 filium hominis, tunc cognoscetis, quia ipse ego
 15 sum, et iterum: cum exaltatus fuero a terra, omnia
 traham ad me, id est: tunc cognoscar omnium {esse} do-
 minus. 3. ideo autem non dixit 'ex resurrectione Iesu Christi',
 sed 'ex mortuorum', quia resurrectio Christi generalem tribuit
 resurrectionem. haec enim maior virtus videtur in Christo
 20 et victoria {ut ea potestate operaretur mortuus, qua operatus
 fuerat et vivus}. quo facto redemit nos (apparuit inlusisse
 mortem, ut redimeret nos), unde dominum nostrum hunc
 vocat.

1, 5. Per quem accepimus gratiam et aposto-
 25 latum ad obaudiendum fidei in omnibus gentibus
 pro nomine eius. 1. post resurrectionem manifestatus
 filius dei in virtute gratiam dedit iustificans peccatores et
 apostolos nominavit, quorum se hic socium dicit, ut aposto-
 latus cum gratia esset doni dei, non sicut Iudaeorum sunt

7 Ps. 84, 12 9sq. cf. Matth. 27, 54 11 Luc. 24, 21 13 Ioh. 8, 28
 15 Ioh. 12, 32 28 cf. Marc. 3, 14

8 et diffidentia βK 11 emmau K et Ammau *om.* *SIX* 16 esse βK
 20sq. ut—vividus βK 21sq. apparuit-nos βK

rectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.
 1. filium dei dicens patrem significavit deum, addito autem
 spiritu sanctificationis ostendit mysterium trinitatis. hic ergo
 qui incarnatus est, qui quod esset latebat, tunc praedestinatus
 est secundum spiritum sanctificationis in virtute manifestari 5
 filius dei, cum resurgit a mortuis, sicut scriptum est in psalmo
 octogesimo quarto: veritas de terra orta est. 2. omnis
 enim ambiguitas et diffidentia resurrectione eius calcata est
 et compressa, siquidem adhuc in cruce positum centurio
 videns magnalia dei filium confitetur. nam et discipuli in 10
 morte eius dubitaverunt, dicente Cleopa et Ammau inter
 cetera: nos [autem] putabamus, quia ipse erat, qui
 incipiebat liberare Istrahel. et ipse enim dominus ait:
 cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognos-
 cetis, quia ipse ego sum, et iterum: cum exaltatus 15
 fuero a terra, omnia traham ad me, id est: tunc co-
 gnoscar dominus esse omnium. 3. ideo autem non dixit 'ex
 resurrectione Iesu Christi', sed 'ex mortuorum', quia resur-
 rectio Christi generalem tribuit resurrectionem. haec enim
 maior virtus et victoria videtur in Christo, ut ea potestate 20
 operaretur mortuus, qua operatus fuerat et vivus. quo
 facto apparuit inclusisse mortem, ut redimeret nos. unde
 dominum nostrum hunc vocat.

1, 5. Per quem accepimus gratiam et aposto-
 latum ad obaudiendum fidei in omnibus gentibus 25
 pro nomine eius. 1. post resurrectionem manifestatus
 filius dei in virtute gratiam dedit iustificans peccatores et

7 Ps. 84, 12 9sq. cf. Matth. 27, 54 12 Luc. 24, 21 14 Ioh. 8, 28
 15 Ioh. 12, 32

2 dei *om.* *G¹FMBO¹* 4 incarnatus est, quid esset *A*, i. quidquid
 e. *MW* 11 emmau *BYO* et Ammau *om.* *AW* 11sq. inter cetera *om.* *A*
 12 autem (= δέ) *WA* erat] ost *MBY*, esset *GFA* 12sq. qui i. l. redemp-
 turus *WA* 18 ex] ex resurrectione *A²* 21 fuerat] est *GF* 22 morti *AY²*

apostoli. 2. a deo ergo patre per Christum dominum hanc
 acceperunt potestatem, ut vice domini signis doctrinam
 dominicam acceptabilem facerent {ut virtutem, quam in sal-
 vatore zelarentur perfidi Iudaei, hanc in servis eius a turbis
 5 admirari videntes vehementius torquerentur}. testis enim
 doctrinae virtus est, ut, quia quod praedicatur incredibile
 mundo est, gestis fieret credibile. 3. missos igitur apostolos
 vocat, ut praedicarent fidem omnibus gentibus, ut obaudirent
 et salvarentur, ut donum dei non iam solis Iudaeis, verum
 10 etiam omnibus gentibus concessum videretur, et hanc esse
 dei voluntatem, ut in Christo et per Christum omnibus misere-
 atur, vicariis eius [hoc] praedicantibus {hoc est} pro no-
 mine eius, sicut {alibi} dicit: pro quo legatione fun-
 gimur.

15 **1, 6.** In quibus estis et vos vocati Iesu Christi.
 hoc est legatione nobis fungentibus in omnibus gentibus pro
 nomine Iesu Christi, inter quos et vos estis vocati, quia
 donum dei omnibus missum est, ut cum audiunt se inter
 ceteros vocatos, scirent se sub lege agere non debere, quia
 20 sine lege Moysi susceperunt ceterae gentes legem Christi.

1, 7. Omnibus qui sunt Romae in caritate dei
 vocatis sanctis. 1. quamvis Romanis scribat, illis tamen
 scribere se significat, qui in caritate dei sunt. qui sunt hi,
 nisi qui de filio dei recte sentiunt? isti sancti sunt et vocati
 25 sunt (dicuntur). sub lege enim agentes male intellegunt
 Christum et iniuriam deo patri faciunt, cum an in Christo
 perfecta spes salutis sit, dubitant. ideo sancti non sunt.

13 II Cor. 5, 20

3sq. ut—torquerentur βK 12 hoc est βK 13 alibi βK lega-
 tionem K (*Theo. VI 1, 1586, 57*) 15 Christi Iesu SIX 20 Musi S¹,
 Moisi K 21 in caritate] dilectis Φ (*Vulg.*) 24 sunt] dei dicuntur K
 27 sunt neque uocati dicuntur K

apostolos confirmavit, quorum hic socium se dicit, ut apostolatus cum gratia esset doni dei, non sicut Iudaeorum sunt apostoli. 2. a patre ergo deo per Christum dominum hanc acceperunt potestatem, ut vice domini signis virtutum doctrinam dominicam acceptabilem facerent, ut virtutem, quam 5 in salvatore zelarentur perfidi Iudaei, hanc in servis eius a turbis admirari videntes vehementius torquerentur. testis enim doctrinae virtus est, ut, quia quod praedicatur incredibile mundo est, gestis fieret credibile. 3. missos igitur apostolos vocat, ut praedicarent fidem omnibus gentibus, ut ob- 10 audirent et salvarentur, ut donum dei non iam solis Iudaeis, verum etiam omnibus gentibus concessum videretur, et hanc esse dei voluntatem, ut in Christo et per Christum omnibus misereatur, vicariis eius praedicantibus, hoc est pro nomine eius, sicut alibi dicit: pro quo legatione fungi- 15 mur.

1, 6. In quibus estis et vos vocati Iesu Christi. hoc est legatione nobis fungentibus in omnibus gentibus pro nomine Iesu Christi, inter quos et vos estis vocati [quia donum dei omnibus missum est], ut cum audiunt inter ceteros 20 se vocatos, scirent se sub lege agere non debere, quia sine lege Moysi susceperunt ceterae gentes fidem Christi.

1, 7. Omnibus qui sunt Romae in caritate dei vocatis sanctis. 1. quamvis Romanis scribat, illis tamen se scribere significat, qui in caritate sunt dei. qui sunt hi, 25 nisi qui de filio dei recte sentiunt? isti sancti sunt et vocati dicuntur. qui enim male intellegit non dicitur vocatus, sicut [sub lege agentes non recte intellegunt Christum et deo patri

5 cf. Marc. 3, 14 15 II Cor. 5, 20

1 confirmavit] nominavit *A* 2 cum *om. A* dono *GFBY¹DO* 6 salvatore] salutari *F* 9 est *om. A* 11 ut] et *WA* 18 pro *om. G¹FMB¹YOW* 19 estis et uos *GF* 19sq. quia—missum est *G²YDOA* 22 fidem] legem *A* 27 qui—sicut *om. A* 28 sub lege—p. 21, 2 sunt *A*

Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Iesu Christo. 2. gratiam et pacem eum his dicit esse, qui reete eredunt. gratia est, quia a peccatis absoluti sunt, pax vero, quia ex impiis reconciliati sunt creatori, sicut dicit dominus: in quameumque domum introieritis et receipient (reecerint) vos, dicite: pax huic domui. 3. et ut sine Christo nullam esse pacem et spem doceret, adiecit gratiam et pacem non solum a deo patre esse, sed et a Christo Iesu. deum patrem nostrum dicit propter originem, quia ab ipso sunt omnia, Christum autem dominum {dicit}, quia eius sanguine redempti facti sumus filii dei.

1, 8. Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum [pro omnibus vobis], quia fides vestra praedicatur in universo mundo. 1. finita praefatione ante omnia gaudium suum {esse} testatur utpote gentium apostolus, quod eum Romani regnent in mundo, subiecerint se fidei christianae, quae prudentibus saeculi humilis et stulta videtur. 2. eum ergo multa essent, ex quibus gauderet in Romanis — erant enim doctrinae memorabiles et boni operis cupidi magis quam sermonis, quod non longe est a religione divina —, in hoc tamen primum gaudere se dicit, quia fides illorum in omni loco eurrebat, quamvis non secundum regulam ab auctore traditae veritatis, tamen quia quod ab uno deo erat interposito nomine Christi cocperant venerari, gratulatur seiens illos posse proficere. 3. per quod caritatem

5 Luc. 10, 5

5sq. intraueritis *K* 6 receperint β *KIX* 14 pro o. v. Φ (*Vulg.*)
 15 praedicatur] adnuntiatur Φ (*Vulg.*) 16 esse β *K* 20 memora-
 bilis *IX* 21 cupidi magis] cupidi studiosique magis agendi bene *K*
 24 auctoribus *K* 26 karitatem *IX*

iniuriam faciunt, quando an plena salus in Christo sit, dubitant. ideo sancti non sunt¹ neque vocati vocantur.

Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Iesu Christo. 2. gratiam et pacem cum his dicit esse, qui recte credunt. gratia est, qua peccatores abluti sunt, 5 pax vero, qua ex inimicis reconciliati sunt creatori, sicut dicit dominus: in quamcumque domum introieritis et receperint vos, dicite: pax huic domui. 3. et ut sine Christo nullam esse pacem et spem doceret, adiecit gratiam et pacem non solum a deo patre esse, sed et a Christo 10 Iesu. deum patrem nostrum esse dicit propter originem, quia ab ipso sunt omnia, Christum autem dominum, quia eius sanguine redempti facti sumus filii dei.

1, 8. Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum, quia fides vestra praedicatur in 15 universo mundo. 1. finita praefatione ante omnia gaudium suum esse testatur utpote gentium apostolus, quod cum Romani regnarent in mundo, subiecerint se fidei christianae, quae prudentibus saeculi humilis et stulta videtur. 2. cum ergo multa essent, ex quibus gauderet in Romanis — erant 20 enim disciplinae memorabiles et boni operis cupidi [studiosique] magis agendi bene quam loquendi, quod non est longe a religione divina —, in hoc tamen praecipue gaudere se dicit, quia fidei illorum fama omnem locum peragrabat. mira enim

7 Luc. 10, 5

4 Iesu Christo domino nostro *M B D W A* 5 credunt et *F G M B Y O W*
 qua—abluti] quia a peccatis absoluti *W A* 6 quia ex *W A* inimicis]
 impiis *A* 10 et (*alt.*) *om. F G M B Y* 11 esse *om. A* 12sq. Chri-
 stum—dei *om. A* 15 Christum pro omnibus vobis *W A* praedicatur]
 adnuntiatur *W A* 16sq. gaudii sui *F G B Y W* 17 ut pute *G W* 18 reg-
 nent *W A* 21 mem. disc. *G* disciplinae] doctrinae *A* studiosique *D A*
 22 agendi] discendi *W* loquendi] sermonis *A* 23 praecipue] primum *A*
 24 fidei—peragrabat] fides illorum in omni loco currebat *A* mira—p. 23, 2
 Iudaeorum *om. A*

suam circa illos ostendit, quando congaudet bono coepto
 illorum et hortatur ad profectum. gratias ergo agere se dicit
 deo suo dumtaxat, quia adhuc illorum non erat plene, quia
 ex ipso est omnis paternitas. 4. sed quia omnis dispositio
 5 salutis nostrae a deo quidem, sed per Christum est, non per
 legem neque per aliquem profetam gratias {quidem} se agere
 dicit deo, {sed} per Christum, quia fama fidei illorum profec-
 tus erat multorum {ut hoc ipsum ad dei providentiam referat
 per Christum}. aut enim gaudebant {roborati} qui crediderant
 10 ceteri, quia videbant principes suos factos Christianos, aut
 certe qui non crediderant, poterant credere horum exemplo.
 facile enim facit inferior quod fieri viderit a priore.

1, 9. Testis enim mihi est deus, cui servio in
 spiritu meo in evangelio filii eius, quod sine inter-
 15 missione memoriam vestri facio **10.** semper in
 orationibus meis. 1. ut suadeat caritatem, deum testem
 dat, cui servit {ad quem et precem pro his facit}, non in lege,
 sed in evangelio filii eius, hoc est, non in eo, quod Moyses
 servus tradidit, sed in eo quod filius dilectissimus docuit, ut
 20 quantum distat servus a domino, tantum distat evangelium
 a lege, non quod mala sit lex, sed quia melius est evangelium.
 2. deo itaque servit in evangelio filii eius, ut ostendat dei esse
 voluntatem, ut credatur in Christum. cui et servio. quo-
 modo? in spiritu meo, inquit, non in circumcissione manu faeta
 25 neque in neomeniis et sabbato et discretione escarum, sed in

4 cf. Eph. 3, 15

9 roborati βK 17 ad quom — facit βK in lege serviendo K
 18 oius *om.* K muses S^1 , moises K 25 et sabbato] sabbatorum IX

res videbatur, ut domini gentium inclinarentur promissioni Iudaeorum. quamvis non recte credidissent, tamen quoniam quod ab uno deo est interposito nomine Christi coeperant venerari, gratulatur sciens illos posse proficere. 3. per quod etiam caritatem suam circa illos ostendit, quando congaudet 5 bono coepto illorum, et hortatur ad profectum. gratias ergo agere se dicit deo suo dumtaxat, quia adhuc illorum non erat plene, quia ex ipso est omnis paternitas. 4. sed quoniam omnis dispositio salutis nostrae a deo quidem, sed per Christum est, non per legem neque per aliquem profetam, gratias 10 quidem agere se dicit deo, sed per Christum, quia fama fidei illorum profectus erat multorum, ut hoc ipsum ad dei providentiam referat per Christum. aut enim gaudebant roborati qui crediderant ceteri, videntes principes suos fratres sibi factos in fide, aut certe qui non crediderant facile poterant 15 credere horum exemplo. prompte enim facit inferior quod viderit fieri a potiore.

1, 9. Testis enim mihi est deus, cui servio in spiritu meo in evangelio filii eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio **10.** semper 20 in orationibus meis. 1. ut suadeat caritatem, deum testem dat, cui servit, ad quem et precem pro his facit, non in lege [serviendō], sed in evangelio filii eius, hoc est non in eo, quod Moyses servus tradidit, sed in eo, quod filius dilectissimus docuit. quantum enim distat servus a domino, tantum 25 distat a lege evangelium, non quod displiceat lex, sed quia melius est evangelium. 2. itaque deo servit in evangelio filii eius, ut ostendat dei esse voluntatem, ut credatur in Christum. cui et servio. quomodo? in spiritu meo, inquit, non in

8 cf. Eph. 3, 15

2 Iudaeorum] secundum regulam ab auctore traditae veritatis tamen A
 3 est] erat A 6 et hortatur ad profectum om. FGO 15 facile om. A
 16 prompte] facile A 17 potiore] priore A 19 quod] quomodo W
 20 faciam W 23 serviendo A 24 servus dei FG 25 quantum enim]
 ut quanto A 26 displiceat] mala sit A

spiritu, id est in mente. quia deus spiritus est, spiritu vel animo debet illi servire; cui enim animo servitur, ex fide illi servitur. {2a. haec et dominus fatus est ad Samaritidem putantem, quod in monte adorari se velit deus, dicens: venit hora et nunc est, quod veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. etenim pater tales quaerit, qui adorent eum. spiritus est deus; adorantes ergo in spiritu et veritate oportet adorare, ut non locus orationem commendet, sed devotus animus. hoc est in veritate adorare in spiritu deum spiritum et Christum, unum ex quo omnia et unum per quem omnia. hos quaerit adoratores pater.} 3. memorem ergo se illorum in orationibus suis flagitat, ut seminet in illis caritatem; facit enim illis desiderium sui. quis enim non amet eum, quem audit memorem sui [esse]? si enim ab his, qui missi non erant, libenter acceperant doctrinam sub nomine Christi [adulteratis verbis], quanto magis ab eo, quem scirent esse apostolum et cuius verba comitaretur virtus, desiderarent audire.

Obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos. 4. orationis suae pro illis sensum ostendit; deum enim se dicit petere, ut veniret ad urbem ad profectum illorum cum dei voluntate, cuius praedicat donum. tunc {enim} profectus adest, si quod agendum est, cum dei voluntate agatur. 5. orat ergo, ut quacumque ex causa iam detur occasio qua veniret ad urbem, quia occupatus erat aliis praedicando, sic prosperum iter inputans, si deo volente veniret, quia provida est dei voluntas. prosperum ergo iter est, non in cassum

4 Ioh. 4, 23. 24 11 cf. I Cor. 8, 6

1 quia] quia enim IX 13 flagitat *i. q. dicit* 17 apostolum esse IX
 20 uoluntatem N¹S 21 censum Φ 22 ut om. SIX 25 ut om. SIX
 27 iter om. SIX inputans *i. q. putans, cf. Thes. VII 732, 50*

circumcisione manu facta neque in neomeniis et sabbato et discretionem escarum, sed in spiritu, id est in mente. quia deus spiritus est, spiritu vel animo [potius] debet illi servire; cui enim animo servitur, ex fide illi servitur. 2a. haec et dominus fatus est ad Samaritidem putantem, quod in monte 5 adorari se velit deus [dicens]: venit hora et nunc est, cum veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. etenim pater tales quaerit, qui adorent eum. spiritus est deus; adorantes ergo in spiritu et veritate adorare oportet, et non locus orationem commendat, sed devotus animus. hoc est in veritate 10 adorare in spiritu deum spiritum et Christum, unum ex quo omnia et unum per quem omnia. hos quaerit adoratores pater. 3. memorem ergo se eorum in orationibus suis flagitat, ut seminet in eis caritatem; facit enim illis desiderium sui. 15 quis enim non amet, quem audit memorem sui? si enim ab his, qui missi non erant, libenter audierant doctrinam sub nomine Christi, quanto magis ab eo, quem scirent esse apostolum et cuius verba comitaretur virtus, desiderarent audire!

Obsecrans, si quo modo tandem aliquando 20 prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos. 4. orationis suae pro illis sensum ostendit. deum enim se dicit petere, ut Romam veniret ad profectum illorum cum dei voluntate, cuius praedicat donum. tunc enim profectus adest, si quod agendum est cum dei voluntate agatur. 25 5. orat ergo, ut quaecumque ex causa iam daretur occasio, qua veniret ad urbem, quia occupatus erat aliis praedicando,

6 Ioh. 4, 23. 24 12sq. cf. I Cor. 8, 6

2 id est in mente *om.* *FG¹MBO* 3 potius *A* 6 dicens *WA*
 7 cum] cum quod *A¹*, quando *A²* 10sq. et (*alt.*) . . . commendat] *YDA*,
 ut . . . commendat *cett.* orationis *FGMBO* 12 ex] a *FG* 16 sui esse *DA*
 17 audierant] acceperant *DA* 18 christi adulteratis uerbis *DA* esse
om. *D¹W* 23 Roman] ad urbem *D* ueniret ad urbem *A* 24 dei
 tamen *WA* 26 daretur] iam detur *A*

laborem itineris subire. 6. hoc rogat, ut deus inpleat vocando illos ad suam gratiam. aviditate animi loquitur; desiderat enim illos sciens et illis et sibi prodesse, sicut alibi dicit: quod est gaudium nostrum et corona? nonne vos in
 5 adventu (adventum) domini? fructus enim apostoli est uberior, si lucretur multos. {praeterea quia maius gaudium est, si potentes mundi convertantur ad deum, quia quanto inimici graves sunt, tanto magis reconciliati necessarii et fructus uberior apostoli est, si lucretur multos.}

10 7. voluntati itaque {eius sic} est occasio data (occasio data est), ut coactus appellaret Caesarem et dirigeretur ex alia causa ad urbem {Romam} deo volente, ut inpleret propositum voluntatis suae. denique in naufragio posito adstetit (ad-
 15 stitit) dominus dicens: noli timere, Paule; sicut enim testificatus es de me Hierosolymis, ita et Romae.

1, 11. Desidero enim videre vos, ut gratiam vobis spiritalem administrem ad confirmandos vos. 1. confirmatio haec tres personas requirit: adnuentis dei, ministrantis apostoli, accipientis populi. nunc ergo desi-
 20 derii sui voluntatem ostendit, quonam esset voto erga (circa) illos. cum [hoc] enim dicit: 'ut gratiam vobis spiritalem ministrem', carnalem illos sensum adsecutos significat, quia sub nomine Christi non illa, quae Christus docuerat, fuerant adsecuti, sed ea quae fuerant a Iudaeis tradita. 2. se autem
 25 cupere citius venire, ut ab hac illos traditione abstraheret et spiritale illis traderet donum, ut adquirat illos deo, participes illos faciens gratiae spiritalis, ut in professione et fide sua essent perfecti. hinc datur intellegi superius non sensum fidei

3 sqq. I Thess. 2, 19 14 Act. 23, 11

5 aduentum βK 13 adstetit βIX 15 in Hierosolymis K , Hierus S
 22 eensum Φ quia] que S^1 , qui $NS^2 IX$ 26 spiritalem K 27 professione
 sua et fide IX

sic prosperum iter reputans, si deo volente veniret, quia provida est dei voluntas. prosperum ergo iter est, non in cassum laborem itineris subire. 6. hoc rogat ut deus inpleat vocando illos ad suam gratiam. aviditate animi loquitur; desiderat enim illos, sciens et illis et sibi prodesse [sicut alibi dicit: 5 quod est gaudium nostrum et corona? nonne vos in adventum domini? fructus enim apostoli est uberior, si lucretur multos]. praeterea quia maius gaudium est, si potentes mundi convertantur ad deum, quia quanto inimiei graves sunt, tanto magis reconciliati necessarii et fructus 10 uberior apostoli est, si lucretur multos.

7. itaque voluntati eius occasio data est, ut coactus appellaret Caesarem et dirigeretur [ex alia causa ad urbem] Romam deo volente et inpleret propositum voluntatis suae. denique in naufragio posito adstitit dominus dicens: noli timere, 15 Paule; sicut enim testificatus es de me Hierosolymis, ita et Romae.

1, 11. Desidero enim videre vos, ut gratiam vobis spiritalem administrem ad confirmandos vos. 1. confirmatio haec tres personas requirit, adiuvantis 20 dei, ministrantis apostoli, accipientis populi. nunc ergo desiderii sui voluntatem ostendit, quonam voto esset circa illos. cum enim dicit: 'ut gratiam vobis spiritalem ministrem', carnalem illos sensum adsecutos significat, quia sub nomine Christi non illa, quae Christus docuit, fuerant adsecuti, sed 25 ea quae a Iudaeis fuerant tradita. 2. se autem cupere citius

6 sqq. I Thess. 2, 19 15 Act. 23, 11

1 reputans] inputans *A* cf. *Thes. VII 732, 50* deo] domino *FGYDO*
 5 sqq. sicut alibi—multos *DA* 10 sq. et fructus—multos *om. DA*
 11 apostolo *W* 13 Romam ex alia causa *Y* ex alia causa ad urbem *A*
 16 in Hierosolymis *G²W* 19 ministrem *FGM BYDOWA* 20 adiu-
 vantis] annuentis *DWA* 22 ostendit—illos] ostendit uotum suum circa
 illos esse *W* quonam] quoniam *FO* esset uoto *A* 25 docuerat *A*
 26 a *om. FG¹BD¹*

(non fidem) illorum laudasse, sed facilitatem et votum circa Christum. Christianos enim se profitentes sub lege agebant simpliciter, sicut illis fuerat traditum. nam misericordia dei ad hoc data est, ut lex cessaret, quod saepe iam dixi, quia
 5 deus consulens infirmitati humanae sola fide, addita lege naturali, hominum genus salvari decrevit.

3. quid est, ut, cum scriptis illos corrigat et a carnali sensu abstrahat. praesentiam suam necessariam dicit, ut gratiam illis spiritalem ministraret, cum quae scribit spiritualia sint,
 10 nisi quia aliter dicta ad aliud solent rapi, sicut ab hereticis fit? ideo desiderat, ut praesens doctrinam evangelicam sensu quo scribit et (eis) tradat, {ne sub auctoritate litterarum eius non auferretur error, sed firmaretur, quippe cum praesens quae verbis suadere non poterat, suadebat virtute,} ut magis
 15 illis proficiat additis.

1, 12. Id est, ut consolemur vobiscum per eam quae invicem est fidem vestram atque meam. consolari se dicit cum illis, si adprehendant spiritualia, quia quamvis gaudeat fidei illorum, dolet tamen, quia non rectam (recte)
 20 acceperant (accipiebant) fidem. hoc affectu fuit apostolus, ut aliena vitia quasi sua doleret, ac per hoc consolemur, inquit, per unam atque eandem fidem, ut tunc consolatio una sit, si unius fidei efficerentur in Christo, ut administratio gratiae spiritualis evangelizante apostolo hunc praestaret effectum.

4 data est] datur *K* 7 quid est quod *IX* ut *om. X* illos] modo illos *IX* 9 ministret *IX* 12 et etiam *S²IX* 14 magis] magis auditis *IX* 15 proficiant *S²IX* additis *om. IX* 16 ut—vobiscum] simul consolari in vobis Φ (*Vulg.*) 17 fides uestra adque mea *K* 19 congaudeat *S²IX¹* fidei *cf. Thes. s. v. gaudeo VI 1707, 26*

venire, ut ab hac illos traditione abstrahens spiritale eis traderet donum, ut adquireret illos deo, participes hos faciens gratiae spiritalis, ut in fide et professione sua essent perfecti. hinc datur intellegi superius non sensum fidei illorum laudasse, sed facilitatem et votum circa Christum. Christianos enim se profitentes sub lege agebant simpliciter, sicut illis fuerat traditum. nam ad hoc data est misericordia dei, ut cessarent onera legis, quod saepe iam dixi, quia consulens deus infirmitati humanae fide sola, addita lege naturali, hominum genus salvari decrevit.

3. quid est tamen, ut, cum scriptis illos corrigat et a carnali sensu abstrahat, praesentiam sui necessariam dicat, ut gratiam illis spiritalem ministret, cum quae scribat spiritalia sint, nisi propter hoc: aliter enim dicta solent ad aliud referri, sicut fit ab hereticis? ideo desiderat, ut praesens doctrinam evangelicam sensu quo scribit et tradat, ne sub auctoritate litterarum eius non auferretur error, sed firmaretur, quippe cum praesens quae verbis suadere non poterat, suadebat virtute [ut magis illis proficiat additis].

1, 12. Id est, ut consolemur vobiscum per eam quae invicem est fidem vestram atque meam. consolari se dicit cum illis, si adprehendant spiritalia, quia quamvis gaudeat fidei illorum, dolet tamen, quia non recte acceperant fidem. hoc affectu fuit apostolus, ut aliena vitia doleret quasi sua. Ac per hoc consolemur, inquit, per unam atque eandem fidem, ut tunc consolatio esset una, si unius fidei efficerentur in Christo, ut administratio gratiae spiritalis evangelizante apostolo hunc praestaret effectum.

1 abstraheret et A 2 adquirat A hos] illos A², illis A¹, eos Y
 4 sensum fidei] fidem A 8 cessarent—dixi] lex cessaret quod saepe iam
 dixi A 10 saluare A 11 tamen om. A 12 suam A dicit YA
 13 scribit FGYWA 14 nisi—dicta] nisi quia aliter dicta YA referri]
 rapi AY 18 suadebat] suaderet DA 20 simul consolari W
 23 fide OA acceperunt W, accipiebant A 26 esset una] una sit A
 27 efficerentur] consolentur W¹ administratio i. q. ministratio

1, 13. Non autem arbitror ignorare vos, fratres,
 quia saepe proposui venire ad vos et prohibitus
 sum usque adhuc. 1. propositum et votum suum ostendit,
 quod quidem scire illos non ambigit per eos fratres, qui
 5 ab Hierusalem vel confinibus civitatibus causa aliqua sive
 religionis ad urbem veniebant, sicut Aquila et Priscilla, votum
 eius insinuantes Romanis. cum enim saepe vellet venire et
 prohiberetur, sic factum est, ut scriberet epistolam, ne diu in
 mala exercitatione detenti non facile corrigerentur; et fratres
 10 eos vocat non solum quia renati erant, sed quia erant inter
 eos, licet pauci, qui recte sentirent. 2. unde dicit vocatis
 sanctis. quid tamen ait vocatis sanctis? si enim iam
 sancti sunt, quomodo vocantur, ut sanctificentur? sed hoc
 dicit (sed hoc ad dei pertinet praescientiam), quia quos scit
 15 deus futuros sanctos, iam apud illum sancti sunt et vocati per-
 manent. prohibitum se tamen dicit usque ad tempus datae
 epistolae, a deo utique, qui sciens adhuc inparatos illos ad
 alteros direxerat (ad alias urbes direxit) apostolum, qui (quae)
 iam ad recipiendam veritatem essent capaces. 3. quamvis sub
 20 nomine agerent salvatoris, sed vitiis prohibebantur carnalibus,
 ne digni iam essent addiscere spiritualia. denique volentes ali-
 quando in Bithyniam ire, prohibiti sunt a sancto spiritu Pau-
 lus et Sileas. cur, nisi sciret adhuc effectum deesse? apud
 Corinthios autem commonetur apostolus dicente domino:
 25 loquere, ne tacueris, quia populus mihi multus est
 in hac civitate. 4. non ergo otiose prohibitum se dicit, sed
 et causas morarum discrevit et hos ut se praeparent adhor-
 tatus est, ut audientes gratiam sibi spiritalem ministrandam

11sq. Rom. 1, 7 22 cf. Act. 16, 7 25 Act. 18, 9. 10

3 usque adhuc] venire ad vos *K* 5 confinibus] finitimis *IX* 5sq. ali-
 qua (alia) sive religionis *sc. christianae?* *Bulhart* 9 detenti] deineti *IX*
 14 ad dei portinet praescientiam *βK* 16 tamen se *K* 17 quia *S²IX*
 18 ad alias urbes direxit *βK* qui] que *βK* 23 silas *S²IX*

1, 13. Non autem arbitror ignorare vos, fratres,
quia saepe proposui venire ad vos et prohibitus
sum usque adhuc. 1. propositum et votum suum ostendit,
quod quidem illos scire non ambigit per eos fratres, qui ab
Hierusalem vel confinibus civitatibus causa aliqua sive religi- 5
onis Romam veniebant, sicut legimus Aquilam et Priscillam,
votum eius insinuantes Romanis. cum enim saepe vellet
venire et prohiberetur, sic factum est, ut scriberet epistolam,
ne diu in malo exercitati non facile corrigerentur; fratres
autem eos vocat non solum quia renati erant, sed et quia 10
erant inter illos qui recte sentirent licet pauci. 2. unde dicit:
vocatis sanctis. quid tamen est vocatis sanctis? si
enim iam sancti sunt, quomodo vocantur, ut sanctificentur?
sed hoc ad dei pertinet praescientiam, quia quos scit deus
futuros sanctos, iam apud illum sancti sunt et vocati per- 15
manent. prohibitum tamen se dicit usque ad tempus datae
epistolae, a deo utique, qui sciens adhuc inparatos Romanos
ad alias urbes direxit apostolum, quae iam ad recipiendam
veritatem essent capaces. 3. quamvis sub nomine agerent
salvatoris, sed negligentia prohibebantur, ne digni iam essent 20
addiscere spiritalia. denique volentes aliquando Paulus et
Sileas in Bithyniam ire, prohibiti sunt a sancto spiritu. cur,
nisi sciret adhuc effectum deesse? apud Corinthios autem
commonetur apostolus dicente domino: loquere, ne tacu-
eris, quia populus mihi multus est in hac civitate. 25
4. non ergo otiose prohibitum se dicit, sed et causas morarum
intellegi vult, et hos ut se praeparent hortatur, ut audientes

12 Rom. 1, 7 21sq. cf. Act. 16, 7 24 Act. 18, 9, 10

1 fratres uos *G*¹ uos *om.* *W* 5 aliqua *om.* *A* 6 Romam] ad
urbem *A* legimus *om.* *A* 7 uellit *W A*¹ 9 mala exercitatione detenti *DA*
9sq. et fratres eos *A* 10 et *om.* *A* 11 licet pauci qui recte sentirent *A*
17 inparatas illos ad *A* 18 quae] qui *FGMWA*¹ 20 negligentia
prohibebantur] utiis prohibebantur carnalibus *A* 22 silas *GYW*, sylas *F*
23 chorinteos *A*¹ 26 otiose ergo *FG* 27 intellegi vult] uult intellegi
FG, discreuit *A* hoc *FGMW* hortatur] adortatus est *A*

fore, dignos se efficerent a vitiis carnalibus abstinentes {ad excipiendam eam}.

Ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in ceteris gentibus. 5. pro utilitate communi cupidum se veniendi ad hos declarat, ut et hi salutem spiritalis gratiae consequantur, ratam habentes fidei suae professionem, ut hinc (hic) fructum habeat apud deum ministerii sui, per quod lacessit illos ad fidem rectam exemplo ceterarum gentium. promptior enim fit quis ad rem sibi traditam, si illi multos videat adsentire.

1, 14. Graecis et barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum. 1. debitorem se dicit {horum quos memorat}, quia ad hoc missus est {ut omnibus praedicaret}. per quod etiam omnes significat debitores; confiteri enim creatorem deum ex quo omnia et per quem omnia, debitus et honor est et salus confitentis. 2. Graecos enim gentiles posuit, sed eos qui Romani dicantur, sive natura (natione) sive adoptione, barbaros vero {eos}, qui Romani non sunt, quorum genus adversum est et non sunt gentiles. sapientes autem illos dixit, qui mundanis rationibus eruditi sapientes vocantur in saeculo, dum aut siderum speculatores sunt aut mensuris aut numeris aut arti grammaticae student aut rhetoricae aut musicae.

3. stultos vero hos dixit, qui simplicitatem sequentes harum rerum inperiti sunt. his omnibus missum se praedicare testatur. de Iudaeis autem tacuit, quia magister gentium est. ac per hoc debitorem se profitetur, quia ad hoc accepit doctrinam, ut tradat, et cum tradit, adquirat.

7 hic βS¹K

15sq. debitum S²IX

gratiam sibi spiritalem ministrandam ad excipiendam eam dignos se efficerent.

Ut aliquem fructum habeam et in vobis, sicut et in ceteris gentibus. 5. pro utilitate communi cupidum se veniendi ad hos declarat, ut et isti salutem spiritualis gratiae consequerentur, ratam habentes fidei suae professionem, et hic fructum habeat apud deum ministerii sui, propter quod lacessit illos ad fidem rectam exemplo ceterarum gentium. promptior enim fit quis ad rem sibi traditam, si illi multos videat adsentire.

1, 14. Graecis et barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum. 1. debitorem se dicit horum quos memorat, quia ad hoc missus est, ut omnibus praedicaret. per quod etiam omnes significat debitores; confiteri enim creatorem deum, ex quo [omnia] et per quem omnia, debitus et honor est cum salute confitentis. 2. Graecos enim gentiles posuit, sed eos qui Romani dicantur sive natura sive adoptione, barbaros vero eos, qui Romani non sunt, quorum genus adversum est et non sunt gentiles. sapientes autem illos dixit, qui mundanis rationibus eruditi sapientes vocantur in saeculo, dum aut siderum speculatores sunt aut mensuris aut numeris aut arti grammaticae student aut oratoriae vel musicae. [his omnibus ostendit nihil haec prodesse nec vere sapientes esse, nisi credant in Christum.] 3. stultos vero hos dixit, qui simplicitatem sequentes harum rerum imperiti sunt. his omnibus missum se praedicare testatur. de Iudaeis autem tacuit, quia magister gentium est. [ac

1 ministrandam fore *DA* ad excipiendam *om. A* eam *om. FGMBYO*
 2 post efficerent *add. a* utiis carnalibus abstinentes *DA* 5 isti] hi *DA*
 6 consequantur *DA* et] ut *W* 7 hic quoque *A*³ propter] per *ODA* 10 ad-
 sentiri *FG²BD* 11 et *pr.*] ac *GFMBYDOWA* 15 enim *om. GFB¹*
DO omnia *pr. OYDA* 16 cum salute] et salus *A* 17 dicuntur *A*² na-
 tura] natione *A* 22 oratoriae] rethoricae *A* 23 sq. his omnibus—
 Christum *G²DA* 25 stultos] insipientes *WA* 27 ac—p. 35, 2 ad-
 quirat *DA*

1, 15. Itaque quod in me est, promptus sum et vobis, qui estis Romae, evangelizare. quamvis missum se praedicare omnibus dicat gentibus, promptum tamen se Romanis adserit tradere evangelium gratiae dei, apud quos
 5 regni Romani caput et sedes est. ad membrorum enim utilitatem pertinet vel requiem, si caput inquietum non fuerit. ideo Romanorum pacem optat, ut non multum se iactet satanas, et uberiores fructus habeat operis sui.

1, 16. Non enim erubesco evangelium, virtus
 10 enim dei est in salutem omni credenti. 1. hoc dicto illos tangit, a quibus acceperant non rectam fidem. apostolorum tamen doctrinam virtus commendabat, ut quia incredibile videbatur quod praedicabatur, signa ac prodigia ab apostolis facta testimonio essent non diffidendum de his, quae ab
 15 illis dicebantur, in quibus tanta virtus incisset. nulli enim dubium verba virtuti cedere. 2. ac per hoc quoniam illorum nulla visa erant portenta, praedicatio illorum sine virtute dei erat. ideoque non se dicit erubescere de evangelio (evangelium) dei, illos autem erubescere, quia quod illis tradiderant,
 20 in reprehensionem veniebat {nec quoquam testimonio firmabatur et discordabat a doctrina apostolica}. virtus igitur dei est, quae invitat ad fidem et dat salutem omni credenti, dum peccata donat et iustificat, ut a secunda morte detineri non possit signatus mysterio crucis. 3. praedicatio enim crucis
 25 Christi indicium est mortis evictae dicente apostolo Iohanne: ad hoc enim venit filius dei, ut solveret opera dia-

26 I Ioh. 3, 8

1 promptum est *SIX* 2 romae estis Φ 4 se] se dicit *KIX*
 adserit *om. \Phi* 5 sedis *K* 6 requiem] quietem *IX* 10 salute *K*
 14 testimonium *S²IX* (*cf. CSEL vol. 76, praef. p. XIII 14*) 19 eru-
 bescere *sc. debere* 20 reprehensione *NK* 23 deteneri *NS¹K*
 26 soluat *KIX*

per hoc debitorem se profitetur, quia ad hoc accepit doctrinam, ut tradat, et cum tradit, adquirat.¹

1, 15. Itaque quod in me est, promptus sum et vobis, qui estis Romae, evangelizare. quamvis mis-
sum se dicat praedicare omnibus gentibus, promptum tamen 5
se Romanis adserit tradere evangelium gratiae dei, apud quos
regni Romani caput et sedes est. ad membrorum enim utilita-
tem pertinet vel requiem, si caput inquietum non fuerit. ideo
Romanorum pacem optat, ut non multum se iactet satanas,
fet uberiores fructus habeat operis sui. 10

1, 16. Non enim erubescō evangelium, virtus enim dei est in salutem omni credenti. 1. hoc dicto
illos tangit, a quibus acceperant non rectam fidem. apostolorum
autem doctrinam virtus commendabat, ut quia incredi-
bile videbatur quod praedicabatur, signa ac prodigia ab apos- 15
tolis facta testimonio essent non diffidendum de his, quae ab
eis dicebantur, in quibus tanta virtus inesset. nulli enim
dubium virtuti verba cedere. 2. ac per hoc quoniam illorum
nulla visa erant portenta, praedicatio illorum sine virtute dei
erat. ideoque non se dicit erubescere de evangelio dei, illos 20
autem erubescere, quia [quod illis tradiderant, in reprehensio-
nem veniebat,¹ nequaquam testimonio firmabatur et discor-
dabat a doctrina apostolica. igitur virtus dei est, quae invitat
ad fidem et dat salutem omni credenti, dum peccata remittit
et iustificat, ut a secunda morte detineri non possit signatus 25
mysterio crucis. 3. praedicatio enim crucis Christi indicium
est mortis evictae [dicente apostolo Iohanne: ad hoc enim
venit filius dei, ut solveret opera diaboli, ut omnis

27 I Ioh. 3, 8

3 itaque] ita *GFMDOW* 10 et—sui *DA* 16 testimonium *WA*,
testimonia *GF* essent] erant *GFDO W* 17 virtus *om. G¹FDO W* in-
essent *GFDO W*² 18 quoniam] quia *WA* 20 de evangelio] euan-
gelium *A* 21 sq. quod—veniebat *A* 22 nequaquam] nec quo-
quam *YD*, nec quicquam *M* 27 dicente—p. 37, 2 est *DA*

boli, ut omnis credens non teneatur a morte quia signum habet, quo (quod) victa mors est.

Iudaeo primum et Graeco. 4. id est huic, qui ex genere est Abrahae, et huic qui ex gentibus. {in Graeco enim gentilem significat et in Iudaeo vero eum, qui ex genere sit
5 Abrahae. nam Iudaei ex tempore Iudae Machabei dici coeperunt, qui in causa eladis restitit sacrilegiis gentium et fiducia dei conlegit populum et defendit genus suum. fuit autem ex filiis Aaron.} quamvis {ergo} praeponat Iudaeum causa
10 patrum, tamen similiter etiam ipsum indigere dicit dono evangelii Christi. si ergo et Iudaeus non iustificatur nisi per fidem Christi Iesu, quid opus est esse sub lege?

1, 17. Iustitia enim dei in eo revelatur ex fide in fidem. 1. hoc dicit, quia in illo {qui credit}, sive Iudaeus
15 sit sive Graecus, iustitia dei revelatur.

2. ostenditur enim in eo veritas et iustitia dei, dum eredit et profitetur. iustitia est dei, quia quod promisit, dedit. ideo credens hoc esse se consecutum quod promiserat deus per profetas suos, iustum deum probat et testis est iustitiae eius.
20 ex fide in fidem. quid aliud est ex fide in fidem, nisi quia fides dei est in eo, quod de se repromisit, et fides hominis qui eredit promittenti, ut ex fide dei promittentis in fide hominis credentis dei iustitia reveletur? 3. in credente enim iustus deus apparet; in eo autem qui non eredit, iniustus videtur.
25 negat enim veracem deum, qui non credit dedisse deum, quod

6sq. cf. I Macc. 3, 1sq.; II Macc. 8, 1sq.

2 quod β K 19 est om. Φ 20 quid aliud—fidem om. SIX
nisi om. S²IX 21 se] se esse K

credens non teneatur a morte, quia signum habet, quod victa mors est].

Iudaeo primum et Graeco. 4. id est huic, qui ex genere est Abrahae, et huic qui ex gentibus. in Graeco enim gentilem significat et in Iudaeo eum, qui ex semine fuerit 5 Abrahae. nam Iudaei ex tempore Iudae Machabei dici coeperunt, qui in causa cladis restitit sacrilegiis gentium et fiducia dei conlegit populum et defendit genus suum. fuit autem ex filiis Aaron. quamvis ergo praeponat Iudaeum causa patrum, tamen etiam ipsum simili modo indigere dicit dono evangelii 10 Christi. si itaque et Iudaeus non iustificabitur nisi ex fide Christi Iesu, quid opus est esse sub lege?

1, 17. Iustitia enim dei in eo revelatur ex fide in fidem. 1. [hoc dicit] quia in illo qui credit, sive Iudaeo sive Graeco iustitia dei manifestatur. [1a. iustitiam dei dicit, 15 quia gratis iustificat inpium per fidem sine operibus legis, sicut alibi dicit: ut inveniar in illo non habens meam iustitiam quae ex lege est, sed illam, quae ex fide est, quae ex deo est iustitia in fide, ipsam iustitiam dicit revelari in evangelio, dum donat homini fidem, per quam 20 iustificetur.]

2. ostenditur enim in ipso veritas et iustitia dei, dum credit et profitetur. iustitia est dei, quia quod promisit, dedit. ideo qui credit hoc se consecutum esse, quod promiserat deus per profetas suos, iustum deum probat et testis est iustitiae eius. 25 ex fide in fidem. quid est aliud ex fide in fidem, nisi quia fides dei est in eo, quod promisit et fides hominis credentis promittenti, ut ex fide dei promittentis in fide hominis credentis dei iustitia reveletur? 3. in credente enim iustus deus apparet; in eo autem qui non credit, iniustus videtur. 30

6sq. cf. I Macc. 3, 1sq.; II Macc. 8, 1sq. 17 Phil. 3, 9

4 est om. *GFMBO* 6 sq. ex—coeperunt] coeperunt ex iuda machabeo *WA*¹ 14 hoc dicit *G²DA* 15 iustitiam—21 iustificetur *A*
26 aliud est *A*

promisit. hoc contra Iudaeos loquitur, qui negant hunc esse Christum quem promisit {deus}.

Sicut scriptum est: iustus autem ex fide vivit. 4. propterea ad exemplum {profetae} Abacuc se convertit, ut
5 declaret (declararet) {olim ostensum} iustum ex fide, non ex lege vivere, hoc est non iustificari hominem apud deum per legem, sed per fidem. vita enim ex fide non haec praesens est, sed futura, quia iustus ex fide vivit, sed apud deum.

1, 18. Revelatur enim ira dei de caelo in omnem
10 impietatem et iniustitiam hominum eorum, qui veritatem dei in iniustitia detinent. 1. sicut in illo qui credit iustitia dei revelatur, sicut supra memoravi, ita et in eo qui non credit impietas et iniustitia revelatur. {1a. ex ipsa enim caeli fabrica iratus illi deus videtur. id-
15 eireo enim tam pulchra astra condidit, ut ex his quantus et quam admirabilis creator eorum est, possit agnosci et solus adorari. unde scriptum est in psalmo octavo decimo: caeli enarrant gloriam dei, et opera manuum eius annuntiat firmamentum.} 2. per naturalem ergo legem reum
20 facit genus hominum. potuerunt enim id per legem naturae adprehendere, fabrica mundi testificante auctorem deum {solum diligendum}, quod Moyses litteris tradidit; sed impii facti sunt non colendo creatorem et iniustitia in eis apparet, dum videntes dissimulant a veritate {non fatentes unum
25 deum}.

1, 19. Quia quod notum est dei, manifestum est
in illis. notitia dei manifestata est ex mundi fabrica. ut enim deus, qui natura invisibilis est, {etiam visibilibus} possit sciri, opus factum ab eo est, quod opificem visibilitate sua
30 manifestaret, ut per certum incertum possit sciri, ut per hoc,

3 Hab. 2, 4 17 Ps. 18, 2 21sq. cf. Deut. 6, 5

1 hunc om. SIX 3 fide mea NS¹ 4 abacuch IX 12 iustia S
22 moises KI, moyses X

negat enim veracem deum, qui non credit dedisse deum, quod promisit. hoc contra Iudaeos loquitur, qui negant hunc esse Christum quem promisit deus.

Sicut scriptum est: iustus autem ex fide vivit. 4. propterea ad exemplum profetae Abacuc se convertit, ut 5 declararet olim ostensum iustum non ex lege, sed ex fide vivere, hoc est non iustificari per legem hominem apud deum, sed per fidem. vita enim ex fide non haec praesens est, sed futura [quia iustus ex fide vivit, sed apud deum].

1, 18. Revelatur enim ira dei de caelo in omnem 10 impietatem et iniustitiam hominum eorum, qui veritatem dei in iniustitia detinent. 1. sicut in illo qui credit iustitia dei revelatur, sicut supra memoravi, ita et in eo qui non credit impietas et iniustitia revelatur. 1a. ex ipsa 15 enim caeli fabrica iratus illis deus videtur. idcirco enim tam pulchra astra condidit, ut ex his quantus et quam admirabilis creator eorum est, possit agnosci et solus adorari. unde scriptum est in psalmo octavo decimo: caeli enarrant gloriam 20 dei, et opera manuum eius adnuntiat firmamentum. 2. igitur per naturalem legem reum facit genus hominum. potuerunt enim id per legem naturae adprehendere, fabrica mundi testificante auctorem deum solum diligendum, quod Moyses litteris tradidit; sed impii facti sunt non colendo creatorem et iniustitia in eis apparet, dum videntes dissimulant a veritate non fatentes unum deum. 25

1, 19. Quia quod notum est dei, manifestum est illis. notitia dei manifestata est ex mundi fabrica. ut enim deus, qui natura invisibilis est, etiam a visibilibus possit sciri, opus factum ab eo est, quod opificem visibilitate sua mani-

4 Hab. 2, 4 18 Ps. 18, 2 22sq. cf. Deut. 6, 5

5 habacuc *A*, abbacuc *FGMDO* 9 quia—deum *DA* 12 dei
om. WA iniustitia] iniquitatem *WA* 15 illi *Y²A* enim] autem *A*
26 quia quod] propterea quia *WA* 27 enim] autem *G* 28 posset *DO*

quod ceteris impossibile est, ille esse deus omnium crederetur, qui hoc opus fecit.

Deus enim illis manifestavit. hoc est: opus fecit, per quod possit agnosci.

5 **1, 20.** Invisibilia enim eius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. 1. idem sensus est, quem repetit, ut absolutius doceat, quia cum per se potentia et maiestas dei {creaturae} oculis aspici non possit, opere mundi intellecta conspiciuntur. hoc igitur
10 genere reos facit eos, qui sine lege vixerunt et naturae et Moysi. consuetudine enim peccandi obruerunt legem naturae, obliti sunt memoriam eius. legem autem, quae ad reformationem data fuerat, recipere (percipere) noluerunt, ut duplici modo obnoxii fierent damnationi.

15 Sempiterna quoque virtus eius et (ac) divinitas, ut sint inexcusabiles. 2. ut {omnino} excusari impietas non possit, adicit etiam virtutem dei et divinitatem sempiternam cognitam esse ab hominibus et stupore quodam hebetasse ad honorandum deum, quem et esse et operari non
20 negarent (ad utilitatem suam non ignorarent); ea enim quae humanis usibus evoluta anno gignuntur ipsum decrevisse nulli in dubium venit. aeterna ergo virtus eius {Christus} est, qua instituit quae non erant et in eo manent {,cuius si dudum persona agnita non est, opera tamen manifestata sunt};
25 divinitas vero, qua in opere sibi decreto perseverant elementa rerum. ut sint inexcusabiles. multis enim modis qui reus convincitur, excusari non potest.

1, 21. Quoniam cum cognovissent deum, non sicut deum magnificaverunt aut gratias egerunt.
30 1. usque adeo non ignoraverunt, ut faterentur unum esse

9 intellecto conspiciatur IX 11 musī S¹, meisi K 13 data fuerat] dederat K 15 eius uirtus Φ 19 hebetasse] habitasse NS¹, inhabitasse sed K, habitam esse S²IX

festaret, ut per certum incertum possit sciri et ille esse deus omnium crederetur, qui hoc opus fecit, quod omnibus impossibile est.

Deus enim illis manifestavit. manifestavit se deus, dum opus fecit, per quod possit agnosci per fidem. 5

1, 20. Invisibilia enim eius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. 1. idem sensus est, quem repetit, ut absolutius doceat, quia cum per se potentia et maiestas dei creaturae oculis aspici non possit, opere mundanae fabricae intellecta videntur. hoc igitur genere reos facit illos, qui sine lege vixerunt et naturali et Moysi. consuetudine enim peccandi obruerunt legem naturae obliterando memoriam eius. legem autem, quae ad reformationem data fuerat, recipere noluerunt, ut duplici modo obnoxii fierent damnationi. 10 15

Sempiterna quoque virtus eius ac divinitas, ut sint inexcusabiles. 2. ut omnino excusari impietas non possit, adiecit etiam virtutem dei et sempiternam divinitatem cognitam esse ab hominibus et stupore quodam hebetasse ad honorandum deum, quem et esse et providere utilitati suae non ignorarent. ea enim quae evoluto anno humanis gignuntur usibus ipsum decrevisse nulli venit in dubium. aeterna ergo virtus dei Christus est, per quem instituit quae non erant et in eo manent, cuius si dudum persona agnita non est, opera tamen manifesta sunt; divinitas vero, qua in opere sibi decreto perdurant elementa rerum. ut sint inexcusabiles. multis enim modis qui reus convincitur, non potest excusari. 20 25

1, 21. Quoniam cum cognovissent deum, non sicut deum magnificaverunt aut gratias egerunt. 1. usque adeo non ignoraverunt, ut faterentur unum esse 30

1 posset *DO* 5 posset *GFBD* 9 maiestas] magestas *G* (*ubique*)
 10 possunt *GF*, possint *YD* opera *GFA* 16 eius uirtus *WA*
 23 erant] erant in eo *G*² 25 vero] quidem haec *W* 28 quia cum *WA*
 dominum *W* 29 magnificaverunt] glorificauerunt *W*¹

principium, a quo omnia initium sortita sunt caelestia et
terrestria et inferna, et hunc unum esse, qui omnibus decre-
vit proprietates et officia naturaliter. et haec scientes non
egerunt gratias. {de anterioribus loquitur, ut praesentes et
5 futuros corrigat.}

Sed evanuerunt in cogitationibus suis. 2. eva-
nuerunt. videntes enim mundum miro ornatu aptatum ab
eo, quem eius opificem agnoverant, dissimulaverunt.

Et obscuratum est insipiens cor eorum. 3. ne-
10 bula {erroris} textit cor illorum, quia cum creatorem ex his
quae fecit pulchra plus amplius honorificare debuerint, ob-
tusi sunt relicto illo haec sola sibi dicentes sufficere ad
salutem.

1, 22. Dicentes enim se esse sapientes stulti
15 facti sunt. 1. sapientes enim se arbitrantur, quia rationes
fysicas investigare putant, scrutantes cursus siderum et quali-
tates elementorum, deum autem horum spernentes. ideo
stulti sunt, cum si haec laudanda sint, quanto magis creator
illorum!

20 {1a. solent tamen pudorem passi neglecti dei misera uti ex-
cusatione dicentes per ipsos posse ire ad deum, sicut per comi-
tes pervenitur ad regem. age: numquid tam demens est ali-
quis aut salutis suae inmemor, ut honorificentiam regis vin-
dicet comiti, cum de hac re si qui etiam tractare fuerint in-
25 venti, iure ut rei damnentur maiestatis? et isti non se putant
reos, qui honorem nominis dei deferunt creaturae et relicto
domino conservos adorant, quasi sit aliquid plus quod ser-
vetur deo. 1b. nam ideo ad regem per tribunos aut comites
itur, quia homo utique est rex et nescit, quibus debeat rem
30 publicam credere. ad deum autem, quem utique nihil latet

1sq. cf. Phil. 2, 10

2sq. decreuerit SIX
tantur K, se putant IX

11sq. obtusi S²IX

16 putant] pu-

principium, a quo omnia initium sortita sint caelestia et terrestria et inferna, et hunc unum esse, qui decreverit omnibus proprietates et officia naturaliter. et haec scientes non egerunt gratias. de anterioribus loquitur, ut praesentes et futuros corrigat. 5

Sed evanuerunt in cogitationibus suis. 2. vere vanitas est hoc, ut cognoscentes veritatem cogitarent aliud colendum, quod nesciebant verum esse, ut dissimulantes a deo colerent idola.

Et obscuratum est insipiens cor eorum. 3. nebula erroris contexit cor illorum, quia cum creatorem ex his quae fecit pulchre plus amplius honorificare debuerint, obtunsi sunt relicto illo haec sola dicentes sibi sufficere ad culturam quae videntur. 10

1, 22. Dicentes enim se esse sapientes stulti 15
facti sunt. 1. sapientes enim se arbitrantur, quia rationem physicam investigasse se putant, perscrutantes cursus siderum et quantitates elementorum, deum autem horum spernentes. ideo stulti sunt, cum si haec laudi sunt, quanto magis creator illorum! 20

1a. solent tamen pudorem passi neglecti dei misera uti excusatione dicentes per istos posse ire ad deum, sicut per comites pervenitur ad regem. esto. numquid tam demens est aliquis aut salutis suae inmemor, ut honorificentiam regis vindicet comiti, cum de hac re si qui etiam tractare fuerint inventi, iure ut rei damnentur maiestatis? et isti non se cogitant reos, qui honorem nominis dei defendunt creaturae et relicto domino conservos adorant, quasi sit aliquid, quod plus reservetur deo. 1b. nam et ideo ad regem per tribunos aut 25

1 sq. cf. Phil. 2, 10

1 sunt *D* 8 sciebant verum non *G*² 10 obscuratum] contenebratum
WA 12 pulchra plus ampliusque *D* 15 esse *om.* *GFMBY* esse se *WA*
16 qui *WA* 17 inuestigare *DWA* 18 quantitates] qualitates *Y*²*A* 19 laudi sunt] laudanda sint *DA* 21 negligenti dei *W*, neglecto deo *G*²*A* 22 posse ire] enim itur *GFBY*, itur *DO* 23 pervenire *A* 29 aut] ac *GFMBYDOW*

— omnium enim merita novit —, ad promerendum suffragatore non opus est, sed mente devota. ubicumque enim talis loeutus ei fuerit, respondebit illi.}

1, 23. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis
 5 dei in similitudinem imaginis eorruptibilis homi-
 nis. 1. sic obcaecatum est eor illorum, ut maiestatem invi-
 sibilis dei, quem ex his faetis agnoverant, non hominibus, sed,
 quod peius est et inexcusabile crimen, in similitudinem homi-
 10 nocetur, hoc est simulacrum hominis, ut quos vivos hoc
 nomine donare non audent, mortuorum imagines in gloriam
 dei recipiant. 2. quanta aegritudo, quanta stultitia, hos se
 sapientes appellare ad suam damnationem, apud quos plus
 mortui possunt quam vivi {et mortui potiores sunt vivis}!
 15 a vivo enim deo reeedentes mortuis favent, in quorum numero
 sunt {sicut scriptum est}: mortalis mortuum fingit
 manibus iniquis. hoc de huiusmodi in Sapiencia Solomonis
 dietum est.

Et voluerum et quadrupedum et serpentium.
 20 3. his subiectis cumulavit ad poenam hebetudinis, ut ultra
 stultitiam et vanitatem sint huiusmodi. sic enim dei maiesta-
 tem et gloriam minuerunt, ut horum, quae minima et parva
 sunt, similitudini dei honorificentiam darent. primi enim
 25 Babylonii deum vocaverunt figmentum Beli {quondam} homi-
 nis mortui, qui principatum in eos dicitur egisse. 4. coluerunt
 et serpentem draeonem, quem oeeidit Danihel homo dei,
 cuius similitudinem habent. Aegyptii autem colebant quadru-

16 Sap. 15, 17 26 cf. Dan. 14, 21

8 et om. Φ inexcusabilem crimen K, inexcusabili crimine S²IX
 similitudine K 10 vivos] uiuor S², uiuorum I, uirorum X hoc] X
 solus, om. cctt. 11 audent per S²IX 17 salemonis IX 20 hebi-
 tudinis IX 21 stultitiam] tristitia K uanitate K 24 bel S¹, belis NK

comites itur, quia homo utique est rex et nescit, quibus debeat rem publicam credere. ad deum autem promerendum, quem nihil utique latet — omnium enim merita novit —, suffragatore non opus est, sed mente devota. ubicumque enim talis locutus ei fuerit, respondebit illi. 5

1, 23. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. 1. sic obcaecatum est cor illorum, ut maiestatem invisibilis dei, quem ex his factis agnoverant, non in homines, sed, quod peius est et inexcusabile crimen, in similitudinem 10 hominum inmutarent, ut forma corruptibilis hominis deus ab his vocetur, hoc est simulacrum hominis, ut quos vivos hoc nomine donare non audeant, mortuorum imagines in gloriam dei recipiant. 2. quanta hebetudo, quanta stultitia, hos se sapientes appellare ad suam damnationem, apud quos plus 15 potest imago quam veritas et potiores sunt mortui quam vivi! a vivo enim deo recedentes mortuis favent, in quorum numero sunt, sicut scriptum est in Sapientia Solomonis: mortuus mortuum fingit manibus iniquis. hoc de huiusmodi in Sapientia Solomonis dictum est. 20

Et volucrum et quadrupedum et serpentium. 3. his subiectis cumulavit ad hebetudinis poenam, ut ultra stultitiam et vanitatem sint huiusmodi. sic enim dei maiestatem et gloriam minuerunt, ut horum, quae minima et parva sunt, similitudini dei honorificentiam darent. primi enim 25 Babylonii deum appellaverunt figmentum Belis quondam hominis mortui, qui dicitur principatum in eos egisse. 4. colucrunt et serpentem draconem, quem occidit Danihel homo dei, cuius similitudinem habent. Aegyptii autem cole-

18 Sap. 15, 17 28 cf. Dan. 14, 21

3 sq. suffragatione A 7 imaginis om. GFMBYO 9 agno-
uerunt DWA 11 sq. ab his deus A 14 hebitudo GFBDO WA quanta]
quantaue WA 18 salamonis W 21 serpentum 22 hebitudinis GYDW
26 quoddam GFDO 28 daniel FOA¹

pedem, quem dicebant Apem in similitudinem vaccae. quod malum imitatus est Hieroboam vaccas instruens in Samaria, quibus sacrificarent Iudaei, et volucres, quia Coracina sacra habent pagani. 5. harum tamen omnium rerum quas memoravi simulacra coluerunt Aegyptii, et alia, quae nunc dicere non est necesse. haec ab his facta sunt, qui se sapientes aestimaverunt in mundo. quia enim invisibilem deum non honoraverunt ista faciendo, nec in his quae visibilia sunt sapere potuerunt. difficile enim in maioribus prudens in minoribus non sapit.

1, 24. Propter quod {et} tradidit illos deus in desideria cordis illorum in inmunditiam, ut contumeliis adficiant corpora sua inter se. 1. quoniam ad iniuriam creatoris dei figmenta et similitudines rerum deificaverunt, traditi sunt in ludendum, et traditi non ut illa agerent quae volebant, sed ut illa perficerent quae desiderabant. et hic bonitas dei est. cum enim dignum fuisset subici illos, ut facerent quae volebant et cruciarentur — quia licet bonum si contra voluntatem fiat, amarum et malum est —, isti {autem} avertentes se a deo traditi sunt diabolo. 2. tradere autem est permittere, non incitare aut inmittere, ut ea quae in desideriis conceperant {adiuti a diabolo} explerent in opere. nec enim possunt huiusmodi {bonum} cogitatum habere. traditi ergo sunt in inmunditiam, ut contumeliis adficiant corpora sua in semetipsis. cum praeterita recolat, etiam praesentis temporis significat, quia traduntur {nunc usque}, ut contumeliis adficiant corpora sua. 3. originis enim illius nunc usque sunt homines, qui dicuntur corpora sua dehonore invicem. cum cogitatio animae sit in crimine, corpora dicuntur

2 cf. III Reg. 12, 28

1 ape *NSK* similitudine *K* 3sq. sacra habent coracina *I*¹
 8 in *om.* Φ his] ea *S*²*IX* 13 inter se] in semetipsis Φ 15 ad inludendum *K* 16sq. desiderant *K* 24 sunt ergo *IX* 29 cogitatio] contagio *I*²*X* animae *om.* *SKIX*

bant quadrupedem, quem dicebant Apem in similitudinem vaccae. quod malum imitatus Hieroboam vaccas instituit in Samaria, quibus sacrificarent Iudaei, et volucres, quia Coracina sacra habent pagani. 5. harum tamen omnium rerum quas memoravi simulacra colit Aegyptus, et alia, quae nunc dicere non est necesse. haec ab his facta sunt, qui se sapientes aestimaverunt in mundo. quia enim deum invisibilem agnoscentes non honoraverunt ista faciendo, nec in his quae visibilia sunt sapere potuerunt. difficile enim in maioribus prudens in minoribus non sapit.

1, 24. Propter quod et tradidit illos deus in desideria cordis illorum in inmunditiam, ut contumeliis adficiant corpora sua inter se. 1. quoniam, inquit, ad iniuriam creatoris dei figmenta et rerum similitudines deificaverunt, traditi sunt inludendi, et traditi, non ut illa gererent quae nolebant, sed ut ea perficerent quae desiderabant. et hic bonitas dei est. cum enim dignum fuisset subici illos, ut facerent quae nolebant et cruciarentur — quia licet bonum, si contra voluntatem fiat, amarum et malum est —, isti autem avertentes se a deo traditi sunt diabolo. 2. tradere autem est permittere, [non incitare aut inmittere,] ut ea quae in desideriiis conceperant adiuti a diabolo explerent operibus. nec enim possunt huiusmodi bonum cogitatum habere. traditi ergo sunt in inmunditiam, ut contumeliis adficiant corpora sua inter semetipsos. cum praeterita recenset, etiam praesentis temporis significat, quia traduntur nunc usque, ut contumeliis adficiant corpora sua. 3. originis enim

2 cf. III Reg. 12, 28

2 ieroboam *OW*¹ 2sq. in Samaria] in dan et in betel *W*¹, et in dan et in bethel *A* 3 sacrificauerunt *A* 4 habebant *WA* 5 coluerunt aegyptii *D* 8 honoraverunt] adorauerunt *WA* 10 prudens in minoribus *om. G¹FMB¹W* 12 eorum *GBWA* 13 se] semetipsos *DA* 14sq. similitudinem *A* 21 non incitare aut inmittere *A* 22 a *om. GFMB¹W* 23 possent *GFMBYD* 24 ergo] enim *WO* inmunditia *A* 25 in semetipsis *WA* 26 temporis mala *B*² 27 contumeliis *om. GFMB*

tur dehonore. quare, nisi quia macula corporis indicium est peccati animae? cum enim corpus contaminatur, nemo ambigit animae esse peccatum.

1, 25. Qui commutaverunt veritatem dei in
 5 mendacium et coluerunt et servierunt creaturae
 potius quam creatori, qui est benedictus in sae-
 cula. amen. 1. commutantes veritatem dei in mendacium,
 id est, nomen dei qui verus est dederunt his qui non sunt dii.
 lapidibus enim et lignis vel ceteris metallis auferentes quod
 10 sunt, dant illis quod non sunt {ut dei veritas sit mendacium,
 quando lapis dicitur deus. quod factum pulsat deum qui verus
 est, ut quia commune nomen arbitrantur falsi et veri, simili
 modo verus deus habeatur ut falsus}. et hoc est immutare
 verum in falsum. 2. non enim iam vocantur (vocatur) lapis
 15 aut lignum, sed deus. hoc est servire creaturae potius quam
 creatori. {sic servierunt creaturae potius quam creatori.} non
 negant enim deum, sed serviunt creaturae, quò non excusan-
 tur, sed magis accusantur, quia cognoscentes {deum} non
 honorant deum, qui est benedictus in saecula. amen,
 20 hoc est verum. 3. deo vero benedictio (deus vero benedictus),
 ait, in saecula, quia permanet deus; diis autem gentium ad
 tempus impietas dat honorem. ideo non est verum; in deo
 autem manet veritas. hanc benedictionem alio loco filio dei
 adsignat inter cetera dicens: {et} ex quibus Christus se-
 25 cundum carnem, qui est deus benedictus super
 omnia in saecula. amen. aut utrumque ad Christum
 pertinens aut eadem dixit de filio, quae et de patre.

24 Rom. 9, 5

9 vel—metallis *om. I* 14 uocatur β *K* 15 sed] sunt *NS¹*
 17 enim negant *X* 20 deo] deus β *NS¹K*, dei *S²IX* benedictio est
 quod *S²IX* 21 dis *NS* 22 dat honorem impietas *IX* 24 et β *K*
 25 deus *om. SIX*

illius nunc usque sunt homines, qui dicuntur corpora sua de-
honestare invicem. cum cogitatio [animae] sit in crimine, cor-
pora dicuntur dehonestari. quare, nisi quia macula corporis
indiciū est peccati animae? cum enim corpus contaminatur,
nemo ambigit animae esse peccatum. 5

1, 25. Qui commutaverunt veritatem dei in
mendacium et coluerunt et servierunt creaturae
potius quam creatori, qui est benedictus in sae-
cula. amen. 1. sic commutaverunt veritatem dei in men-
dacium, dum nomen dei qui verus est dederunt his qui falsi 10
sunt dii. lapidibus enim et lignis vel ceteris metallis auferen-
tes quod sunt, dant illis quod non sunt, ut dei veritas sit
mendacium, quando lapis dicitur deus. quod factum pulsat
deum qui verus est, ut quia commune nomen arbitrantur falsi
et veri, simili modo verus deus habeatur ut falsus. et hoc est 15
immutare verum in falsum. 2. non enim iam vocatur lapis
aut lignum, sed deus. hoc est servire creaturae potius quam
creatori. sic servierunt creaturae potius quam creatori. non
enim negant deum, sed serviunt creaturae. ut enim videren-
tur digne haec colere, dei honorem his imposuerunt, ut in- 20
iuria dei horum esset cultura. idcirco ad poenam eorum pro-
ficit, quia cognoscentes deum inhonorant eum, qui est
benedictus in saecula. amen, hoc est verum.
3. deo vero benedictio, ait, in saecula, quia permanet deus;
idolis autem ad tempus impietas tribuit honorem. ideo non 25
est verum; in deo autem manet veritas. hanc benedictionem
alio loco filio dei adsignat inter cetera dicens: et ex quibus
Christus secundum carnem, qui est deus super
omnia benedictus in saecula. amen. [aut utrumque
ad Christum pertinet aut eadem dixit de filio, quae et de 30
patre.]

27 Rom. 9, 5

2 in inuicem *G^FM^B* animae *G²O^D* 3 dehonestare *G^FD^WA*
19 negant] inuocant *A* 24 deo] dei *A* 28 sq. super omnia deus *A*
29 sqq. aut—patre *G²A*

1, 26. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiae. nam feminae eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam. haec irato deo propter idolatriam humano generi
 5 provenisse testatur, ut se viris feminae aliter quam natura dictavit offerrent (ut mulier mulierem turpi desiderio ad usum adpeteret). {quod quidam aliter interpretantur non perspicientes vim dicti. quid est enim immutare naturalem usum in eum usum qui est contra naturam, nisi sublato con-
 10 cesso usu aliter uti, ut una atque eadem pars corporis aliter se ad usum praebeat quam concessum est? nam si illa est pars corporis, quomodo immutaverunt usum naturae, cum non habeat huiusmodi usum datum a natura? superius iam traditos dixerat in inmunditiam, non tamen} qualitatem operis inmunditiae ipsius ostendit (ostenderat), pro quo nunc declarat:

1, 27. Similiter autem et masculi relicto naturali usu feminae exarserunt in desiderium sui invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes. {1a. nunc manifestavit, quomodo superius de mulieribus quod dixit, intellegi debeat. quando autem subiecit: similiter et masculi, dicens, exarserunt in desiderium sui, ostendit apertum peccatum mulierum. denique mulieres inter se accusat et viros similiter.}

25 1. manifestum {autem} est, ut, quia veritatem dei immutaverunt in mendacium, immutarent et naturalem usum in eum usum, per quem dehonestarentur, rei facti mortis {secundae}.

13 cf. Rom. 1,24

4 irato] in christo Φ 5 prouenisset NS¹ 14sq. operis et S²IX
 15 pro quo] pro NS¹, prout S²IX 18sq. desideriis suis in inuicem Φ

1, 26. Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiae. nam feminae eorum immutaverunt naturalem usum in eum usum, qui est contra naturam. haec irato deo propter idolatriam humano generi provenisse testatur, ut femina feminam turpi desiderio ad usum adpeteret. quod quidam aliter interpretantur non perspicientes vim dicti. quid est enim inmutare naturalem usum in eum usum qui est contra naturam, nisi sublato concessu usu aliter uti, ut una atque eadem pars corporis [unusquisque inter se invicem sexus] aliter se ad usum praebeat quam concessum est? si ergo illa est pars corporis [quam putant], quomodo immutaverunt usum naturalem, cum non habeat huiusmodi usum datum a natura? igitur superius iam traditos dixerat in inmunditiam, non tamen qualitatem inmunditiae ipsius operis ostenderat, quod nunc declarat:

1, 27. Similiter autem et masculi relicto naturali usu feminae exarserunt in desiderium sui invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes. 1a. nunc manifestavit, quomodo [superius] de mulieribus quod supra dixit, intellegi debeat. quando autem subiecit dicens: similiter autem et masculi exarserunt invicem in desiderium sui, ostendit aperte peccatum mulierum. denique non dixit de viris, quod immutaverint naturalem usum in invicem, quia huiusmodi usus huic parti concessus non est. quid mirum, cum hodieque tales mulieres reperiantur, ut sicut illud a viris, ita et hoc a mulieribus sit inventum? nam mulieres inter se accusat et viros similiter. 1. manifestum est ergo, ut, quia veritatem dei immutaverunt

13 cf. Rom. 1,24

3sq. est—naturam] extra naturam est *WA* 7 enim *om. FBODW*¹
 8sq. contra] extra *WA* 9sq. unusquisque—sexus *G*² 11 illa] alia *A*
 11sq. quam putant *DA* 12 inmutarunt *D* 13 habeant *DOA* 17 femineo *A* exarserunt] accensi sunt *WA* suum *A* 17sq. in invicem *GFA* 24 in *om. DO* 25 et quid *Y* 27 accusant *G¹BYDOWA*¹

quoniam enim aliam legem dare non potest satanas — nihil enim habet concessa et licita —, in alium ordinem versat, ut dum aliter fiunt quam concessa sunt, sint peccatum.

Et compensationem mercedis quam oportet
 5 erroris sui in semetipsos recipientes. 2. hanc dicit
 compensationem esse contempti dei, id est turpitudinem et
 contaminationem. haec est enim prima causa peccati. quid
 enim peius, quid deterius hoc peccato? quantum enim ido-
 latria perimpium et gravissimum delictum est, tantum et
 10 compensatio eius horrenda et persordida passio est.

1, 28. Et quoniam aestimaverunt deum non
 habere horum notitiam, tradidit illos deus in re-
 probum sensum, ut faciant quae non conveniunt.
 propter errorem simulacrorum traditi sunt ad turpia facienda
 15 invicem, sicut iam dictum est. et quia impunitatem horum
 aestimaverunt, incuriosum deum iudicantes et (ac) per hoc
 neglegendum, hinc additum est, ut magis ac magis hebetati
 ad omnia mala admittenda fierent promptiores, ut facta, quae
 hominibus non ambigerent displicere, deum crederent non vin-
 20 dicare. nunc enumerat omnia {mala}, quae illis superaddita
 sunt, ut vel sic conversi ad naturalem intellectum intellexerent
 irato deo haec {sibi} provenisse.

1, 29. Repletos {ait,} omni iniquitate. hic (hoc)
 summam locutus est et subiecit membra iniquitatis:
 25 {Malitia, inquit, inpudicitia, avaritia, nequitia, ple-

4 compensationem — oportet] mercedem quam oportuit Φ 11sq. et —
 notitiam] et sicut non probauerunt deum habere (videre K) in notitia (-am
 K) Φ 12 deus *om.* Φ 15 impunitatem] inanitatem S^1K 17 hic SIX
 18 admittenda S^1K 19 ambierent X displicere] definire S^1K 20sq. su-
 peraddita — naturalem *om.* Φ 21 intellectum darent quo S^2IX 22 ad-
 prouenisse K 24 consummatim SKI (*cf. Thes. IV 605, 67, Barnab. 10,*
 10 *edd. pro consummatam*)

in mendacium, immutarent et naturalem usum in eum usum, per quem dehonestarentur, rei facti mortis secundae. [quoniam enim aliam legem dare non potest satanas — nihil enim habet concessa et licita —, in alium ordinem versat, ut dum aliter fiunt quam concessa sunt, sint peccatum.] 5

Et compensationem mercedis quam oportet erroris sui in semetipsos recipientes. 2. hanc dicit compensationem esse contempti dei, id est turpitudinem et obscenitatem. haec est enim prima causa peccati. quid enim peius, quid deterius hoc peccato, quod et diabolus decipit 10 et hominem morti fecit obnoxium? [quantum enim idolatria perimpium et gravissimum delictum est, tantum et compensatio eius horrenda et persordida passio est.]

1, 28. Et quoniam aestimaverunt deum non habere horum notitiam, tradidit illos deus in re- 15 probum sensum, ut faciant quae non conveniunt. propter errorem simulacrorum traditi sunt ad turpia facienda invicem, sicut iam dictum est. et quia impunitatem horum aestimaverunt, incuriosum deum iudicantes ac per hoc neglegendum, hinc additum est, ut magis ac magis hebetati ad 20 omnia mala admittenda fierent promptiores, ut facta, quae hominibus non ambigerent displicere, crederent deum non vindicare. nunc enumerat omnia mala, quae illis superaddita sunt, ut vel sic conversi ad naturalem intellectum cognoscerent irato deo haec sibi provenisse. 25

1, 29. Repletos, ait, omni iniquitate. hoc summam locutus est et subiecit membra iniquitatis:

1 inmutauerunt *WA* 2 quoniam — 5 peccatum *G²A* 6 compensati-
onem mercedis] reciprocam mercedem *WA* oportuit *BYDWA* 7 semet-
ipsis *GFM BYD OA* 8 compensationem] reciprocam mercedem *WA*
10sq. quod — obnoxium *om. D* **10** et — obnoxium] diabolo decipiente
hominem mortificet obnoxium *A* **11sq.** quantum — est *D* **14sq.** et —
notitiam] et sicut non probauerunt deum habere in notitia *WA* **16** ea quae
WA **17** errores *GFM BYDO* **25** sibi *om. G¹FOW* prouenire *GBD*,
praeuenire *OW*

nos invidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurratores.

1, 30. Detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus
5 non obsequentes.

1, 31. Insipientes, incompositos, sine adfectione, sine misericordia.

1, 32. Qui cum iustitiam dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni sunt
10 morte, non solum qui faciunt illa, sed etiam qui consentiunt facientibus. 1a. caput iniquitatis malitiam dixit, cuius opus impudicitiam posuit atque avaritiam; deinde adiecit nequitiam, cuius affectus invidiam parit et homicidia, contentionem et dolum; post haec subiecit malignitatem, quae
15 generat susurrationses et detractones. et quoniam haec deo displicent, ait: deo odibiles, et quia nec hominibus placent, contumeliosos, inquit, superbos, elatos, inventores malorum, id est auctores; non ergo semper malum. isti autem imitatores facti patris sui diaboli malum invenerunt
20 idolatriae, per quod omnia vitia nata sunt in mundo et perditio maxima. 2a. nam diabolus, quem ab initio scriptura peccare testatur, quamquam tyrannicae praesumptioni studeat, non tamen hoc ausus est profiteri, ut dicat: ego sum deus. denique inter cetera dicit ad deum: haec omnia mihi
25 tradita sunt, non dicit: a me sunt, vel: mea sunt. et in libro Iob petit sibi dari potestatem et in profeta Zacharia contradicere se putat sacerdoti, non sibi vindicans potestatem. quamobrem peiores isti sunt, qui non tantum elementis, sed et figmentis vindicant deitatem. 3a. parentibus non ob-
30 sequentes. quanta insolentia arrepti sunt, ut nec parentes suos cognoscerent honorandos! ideo insipientes et

19 cf. Ioh. 8, 44 21 cf. I Ioh. 3, 8 24 Luc. 4, 6 26 cf. Iob 2, 6;
cf. Zach. 3, 1

Malitia, inquit, impudicitia, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurratores.

1, 30. Detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus 5 non obsequentes.

1, 31. Insipientes, incompositos, sine adfectione, sine misericordia.

1, 32. Qui cum iustitiam dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni sunt 10 morte, non solum qui faciunt illa, sed etiam qui consentiunt facientibus. 1a. caput iniquitatis malitiam dixit, cuius opus impudicitiam posuit atque avaritiam; deinde adiecit nequitiam, cuius affectus invidiam parit et homicidia, contentionem et dolum; post haec subiecit malignitatem, quae 15 generat susurrationses et detractationes. et quoniam haec deo displicent, ait: deo odibiles, et quia nec hominibus placent, contumeliosos, inquit, superbos, elatos, inventores malorum, id est auctores; non ergo semper malum. isti autem imitatores facti patris sui diaboli malum invenerunt 20 idolatriae, per quod omnia vitia nata sunt in mundo et perditio maxima. 2a. nam diabolus, quem ab initio scriptura peccare testatur, quamquam tyrannicae praesumptioni studeat, non tamen hoc ausus est profiteri, ut dicat: ego sum deus. denique inter cetera dicit ad deum: haec omnia mihi 25 tradita sunt, non dicit: a me sunt, vel: mea sunt. et in libro Iob petit sibi dari potestatem et in profeta Zacharia contradicere se putat sacerdoti, non sibi vindicans potesta-

20 cf. Ioh. 8, 44 22 cf. I Ioh. 3, 8 25 Luc. 4, 6 27 cf. Iob 2, 6; Zach. 3, 1

1 malitia inquit impudicitia] malitia (-am A) fornicatione (-em A) haec (om. D) fornicatio—quae manifesta videntur DOA ex recens. α β p. 56, 14 sqq. 6 obsequentes] oboedientes WA 7 adfectione] affectu WA 11 illa faciunt A illa] ea G, om. O¹W 15 contentionem emolationem W 16 detractationes A 27 sq. et in—potestatem om. GFMBYDO (cf. apparatus critic. ad p. 57, 11)

incompositos esse, nec dei nec hominum habentes affectum. hinc est, unde et in misericordes erant. qui enim in suos crudelis est, quanto magis in alienos! in his ergo omnibus contumaces effecti cognitam habentes dei iustitiam in animo
 5 ponere noluerunt haec morte digna et nec hos immunes a morte ista, qui cum non haec faciebant, consentiunt facientibus. 4a. istis enim non horrentibus neque arguentibus illi in peius proficiunt. cum enim videt honorari se ab his qui non sunt tales, crescit in malo et gloriatur forte se talem. idcirco
 10 dignum est una hos poena multandos. omnis tamen conscientia novit dei iustitiam creditam mundo; occulte enim quae punienda sunt operantur; quomodo ergo credunt ista impune futura, quae non audent publice gerere?}

1, 29. Malitia, fornicatione. haec fornicatio habet in
 15 se {et} adulterium. si enim dixisset adulterium, videbatur fornicationem excusasse (excusasse fornicationem) sicut leges Romanae. ideo quod minus est posuit, ut quod maius est inultum non possit credi, et cetera quae manifesta videntur:

Avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidiis,
 20 contentione, dolo, malignitate, susurratores, **30.** detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obsequentes. quanta {autem} insolentia arrepti sunt, ut nec parentes suos, quos auctores in nativitate habent, agnoscerent!
 25 qui (quique) se natos gauderent, illos per quos esse coeperant, contemnebant. hoc est esse sine intellectu, sine caritate, sed dei; nam {erat} inter illos caritas carnis.

20 susurratores Φ 22 obsequentes] obediētes Φ 26 est
 om. S¹K 27 carnis est IX

tem. quamobrem peiores isti sunt, qui non tantum elementis, sed et figmentis vindicant deitatem. 3a. parentibus non obsequentes. quanta insolentia arrepti sunt, ut nec parentes suos cognoscerent honorandos! ideo insipientes et in-compositos esse, nec dei nec hominum habentes affectum. hinc 5 est, unde et in-misericordes erant. qui enim in suos crudelis est, quanto magis in alienos! in his ergo omnibus contumaces effecti cognitam habentes dei iustitiam in animo ponere noluerunt haec morte digna et nec hos immunes a morte ista, qui cum non haec faciebant, consentiunt facientibus. 4a. istis 10 enim non horrentibus neque arguentibus illi in peius proficiunt. cum enim videt honorari se ab his qui non sunt tales, crescit in malo et gloriatur forte se talem. idcirco dignum est una hos poena multandos. omnis tamen conscientia novit dei iustitiam creditam mundo; occulte enim quae punienda sunt 15 operantur; quomodo ergo credunt ista inpune futura, quae non audent publice gerere?

¶ **1, 29.** Malitia fornicatione. haec fornicatio habet in se et adulterium. si enim dixisset adulterium, videbatur excusasse fornicationem sicut leges Romanae. ideo quod 20 minus est posuit, ut quod maius est inultum non possit credi, et cetera, quae manifesta videntur:

Avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurratores, 30. detractores, deo odibiles, contumeliosos, superbos, 25 elatos, inventores malorum, parentibus non obsequentes. quanta autem insolentia arrepti sunt, ut nec parentes suos, quos auctores in nativitate habent, agnoscerent! quique se natos gauderent, illos per quos esse coeperant, con-

3 obsequentes] oboedientes *WA* 4sq. incompositos et insipientes *GF* 9 hos permittat *A*² immunes esse *A* 11 proficiunt] proficiunt et in profeta zacharia contradicere se putat sacerdoti non sibi vindicans potestatem *GFMBDY O*, cf. p. 55, 26 sq. 12 cum] quando *WA*
 13 malo] malitia *A* fore *GMB¹Y²WA* 18—p. 61, 12 tantum in *D*

1, 31. Insipientes, incompositos, sine affectione, sine misericordia. usque adeo iustitiam dei cognoverunt, ut non negent haec omnia quae faciunt poena digna et morte (hi dei iustitiam cognoscentes per legem naturae seierunt enim haec deo displicere, sed hoc in animo ponere noluerunt, quoniam qui haec agunt digni sunt morte) et non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus; adsensus enim participatio est.

1, 32. Qui cum iustitiam dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui faciunt illa, sed etiam qui consentiunt facientibus. 1. haec omnia mala corpus est peccatorum, cui mancipati facti sunt potestatis eiusdem, ut faciant punienda. haec enim malorum causa a Sodomitis coepta est offensione dei, sicut supra dictum est, et in omnem prope partem mundi ramos suos extendit, iram dei idolatriae causa nuntians, quae prima pars est erroris et impietatis. quam primum condemnat, ut cum haec emendata fuerit (fuerint), facile corrigantur et morum vitia. sublato enim malitiae semine nequitiae fructus arescunt; non enim dat arbor fructus, cuius radices excisae sunt (excisae sunt radices). 2. nam idco {et} Moyses Sodomae et Gomorrae gesta memoravit et exitum (exitumque) non tacuit, ut timorem poneret huius rei vitandae. non ergo hoc vitium et contaminatio dehonestandae (dehonestatae) vitae ab hoc admittitur, qui in animo deum cogitat (cogitat deum). sunt quidam, qui se reos non putant, si non operentur quae mala sunt, adsentiunt autem facientibus. adsentire est autem, si

22 cf. Gen. 19, 24. 25

11 illa] ea Φ 14 sodomis Φ 16 deus idolatria K 17 causam I nuntiat S I X 18 primun quisque S¹ I X condomnat] caueat Φ 19 fuerint β N S¹ K 22 musos S¹ moises K gomorrae N S¹ 24 ob hoc Φ 25 ammittitur S K 26 qui] quia Φ

temnebant. hoc est esse sine intellectu, sine caritate, sed dei; nam erat inter illos caritas carnis.

1, 31. Insipientes, incompositos, sine affectione, sine misericordia. hi dei iustitiam cognoscentes per legem naturae scierunt enim haec deo displicere, sed hoc in animo 5
ponere noluerunt, quoniam qui haec agunt digni sunt morte, et non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus; adsensus enim participatio est.

⟨**1, 32.** Qui cum iustitiam dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni sunt 10
morte, non solum qui faciunt illa, sed etiam qui consentiunt facientibus.⟩ 1. haec omnia mala corpus est peccatorum, cui mancipati facti sunt potestatis eiusdem, ut faciant punienda. haec enim malorum causa a Sodomitis coepta est offensione dei, sicut supra dictum est, et in omnem 15
prope partem mundi ramos suos extendit, iram dei idolatriae causa nuntians, quae prima pars est erroris et impietatis. quam primum condemnat, ut cum haec emendata fuerint, facile corrigantur et morum vitia. sublato enim malitiae semine nequitiae fructus arescunt; non enim dat arbor fructus, cuius 20
excisae sunt radices. 2. nam ideo et Moyses Sodomae et Gomorrae gesta memoravit exitumque non tacuit, ut timorem poneret huius rei vitandae. non ergo hoc vitium et contaminatio dehonestatae vitae ab hoc admittitur, qui in animo cogitat deum. sunt quidam, qui se reos non putant, si non operentur 25
quae mala sunt, adsentiunt autem facientibus. adsentire est autem, si cum possit reprehendere, taceat aut audiens has fabulas aduletur. 3. sciens enim impurus et malignus non ignorari quae agit et minime se vitari, sed et honori esse,

21 sq. cf. Gen. 19, 24, 25

5 de enim v. *Thes.* V 277, 25 7sq. facientibus adsensus enim participatio est *D in ras.* 9sqq. qui—facientibus *om. D*

cum possit reprehendere, taceat aut audiens {has} fabulas aduletur. 3. sciens enim impurus et malignus non ignorari quae agit et minime super his vitari (minime se vitari), sed et honori esse, gloriatur forte se talem nec confundi potest
 5 in his, quando videt favori sibi et obsecundari ab his qui non sunt tales; et ita est, ut qui fomitem praebeant delictis illorum, ideoque dignum est, ut pari crimine rei habeantur. sunt iterum alii, qui non solum faciunt mala, sed etiam qui consentiunt facientibus, ut non solum faciant, sed et talibus
 10 consentiant. 4. duplex ergo horum est nequitia; non enim tam mali sunt qui faciunt et facientibus contradicunt; scientes enim haec nefaria non illa vindicant. illi enim iam nequissimi sunt, qui et faciunt et consentiunt facientibus, ut nec deum timeant increescere cupientes mala. ideo haec non
 15 vindicant, ut suadeant non illa esse vitanda.

2, 1. Quapropter inexcusabilis es, o homo, omnis qui iudicas. {in quo enim iudicas alterum} teipsum econdemnas. eadem enim agis quae iudicas. quoniam facientem maligna et consentientem facientibus morte dignos ostendit, ne forte hic qui facit et non consentit facientibus (et ostendit se non consentire facientibus), excusari se [posse] putaret, docet huiusmodi inexcusabilem esse (fore),

α propterea quia non consentiendo facientibus, sed magis
 25 iudicando illos se in his iudicat, quia haec ipsa agit quae damnat in illis.

β non enim iustum est, ut huic inpune cedat, quia per hypoerisin ostendit se non talem, cum peior esse deprehendatur; fallit enim, ut, dum puniendus sit, honore dignus appareat.

30

2 inpuris *S* et *om.* Φ 4 fore Φ nec ne *S* 6 sint *SK* ita . . . ut *i. q. talis . . . quales* ut qui] ac si *S²IX* illius *IX* 7 ut *om.* *NS¹K*
 10 consentiunt *K* 11 tam] tantum *S²IX* qui—contradicunt] quia faciunt sed et quia facientibus non contradicunt *S²IX* 12 enim *i. q. autem, cf. Thes. V 589, 65* iam] *om.* *X¹*, tam *K* 14 timent *NS¹* non] nec *S²IX* 15 illa *om.* *S*

gloriatur forte se talem nec confundi potest in his, quando videt faveri sibi et obsecundari ab his qui non sunt tales; et ita est, ut qui fomitem praebeant delictis illorum, ideoque dignum est, ut pari crimine rei habeantur. sunt iterum alii, qui non solum faciunt mala, sed etiam qui consentiunt facientibus, ut non solum faciant, sed et talibus consentiant. 4. duplex ergo horum est nequitia; non enim tam mali sunt qui faciunt et facientibus contradicunt; scientes enim haec nefaria non illa vindicant. illi enim iam nequissimi sunt, qui et faciunt et consentiunt facientibus, ut nec deum timeant, increescere cupientes mala. ideo haec non vindicant, ut suadeant non illa esse vitanda.¹

2, 1. Quapropter inexcusabilis es, o homo, omnis qui iudicas. in quo enim iudicas alterum teipsum condemnas. eadem enim agis quae iudicas. quoniam facientem maligna et consentientem facientibus morte dignos ostendit, ne forte hic qui facit et ostendit se non consentire facientibus, dum simulat foris horrere se hoc opus et condemnat intus eadem faciens, excusari se putaret, quia ad tempus latet, docet huiusmodi inexcusabilem fore. non enim iustum est, ut huic inpune cedat, quia per hypocrisin ostendit non se talem, cum peior esse deprehendatur; fallit enim, ut, dum puniendus sit, honore dignus appareat.

13 quapropter] propterea *WA* 14sq. in quo—iudicas *om. GFMBYW*
 16 maligne *A* 19 se] se posse *D* reputaret *A* 21 cedat] concedatur *DC*
 21sq. hypocrisim *FBYOW*

2, 2. Scimus autem, quoniam iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. hoc est, non ignoramus deum de his iudicaturum in veritate, quando nos ipsi de his iudicamus. si enim nobis displicet, quanto magis deo, qui magis iustus est et opus suum zelatur! in veritate ergo cum dicit iudicaturum deum de his, terrorem incutit, ut quem hi incuriosum dicunt, iste malos secundum veritatem dicat iudicaturum, hoc est severissime reddere secundum mensuram uniuscuiusque, non parcere.

10 2, 3. Existimas ergo, o homo, qui iudicas de his qui talia agunt et facis ea, quoniam tu effugies iudicium dei? 1. hoc est: numquid, quia tibi examen datum est potestatis iudicandi de malis {et stupris}, cum eadem agas et non est qui de te ad praesens iudicet, effugies
15 iudicium dei? non utique, quia si iudicium dei in mundo evasisti, quia omnis haec potestas et iudicium a deo est, in futuro (futurum) non evades. per se enim iudicaturus est deus, apud quem cessat adulatio (adulatio cessat) et personarum acceptio. 2. aut certe si iustum alicui videtur, ut hic
20 (huiusmodi) immunis a poena sit, dicat. quod si iustum est, ut non evadat, credat deum iudicaturum, ut et quod iustum esse iudicat, [et] verum sit [et impleatur], et deum conditorem mundi providenter curiosi operis sui merita requirere fateatur. 3. si enim fecit et negligit, malus opifex dicetur (dicitur),
25 quia per id quod negligit, non bona se fecisse quae fecit ostendit. sed quia {bona} fecisse negari non potest — indignum est enim et inprobabile bonum mala fecisse —, curam eorum necesse est dicatur agere, quia contumelia eius erit et accusatio, si bonorum a se factorum negligens inducatur,

9 uniuscuiusque] peccati S²IX, om. cett. 10 ergo] autem Φ, autem hoc SKI 11 quia Φ 12sq. examen . . . potestatis pro potestas examinis (cf. WSt 66, 1953, 155) 17 euadas SK 21 ut et om. Φ 23 curiosi i. q. curiositatem moventis, singularis, cf. Thes. IV 1494, 6] curiose S¹, curiosique S²IX 24 dicitur β IX 28 erat Φ 29 inducatur] insistatur SKFIX

2, 2. Scimus autem, quoniam iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. hoc est, non ignoramus deum de his iudicaturum in veritate, quando nos ipsi de his iudicamus. si enim nobis displicet, quanto magis deo, qui vere iustus est et opus suum zelatur! 5 in veritate ergo cum dicit, sine dubio iudicaturum de his deum significat; terrorem enim incutit, ut quem perfidi incuriosum dicunt, iste malos vere iudicaturum ostendat, id est severissime reddere secundum mensuram uniuscuiusque, non parcere.

2, 3. Existimas ergo, o homo, qui iudicas de 10 his qui talia agunt et facis ea, quoniam tu effugies iudicium dei? 1. non vult huius rei inpunitatem ab his sperari, quia iniustum est, quibus examen potestatis datum est de malis vel stupris huiusmodi iudicare, cum sint tales, [effugere]; quia si deest, inquit, ad praesens qui de te 15 iudicet, effugere tamen iudicium dei non poteris in futuro. per se enim iudicaturus est deus, apud quem adulatio cessat et personarum acceptio. 2. aut certe si iustum alicui videtur, ut huiusmodi immunis a poena sit, dicat. quod si iustum est, ut non evadat, credat deum iudicaturum, ut et quod iustum 20 [esse] iudicat, verum sit et deum conditorem mundi providenter et curiose operis sui merita requisiturum fateatur. 3. si enim fecit et negligit, malus opifex dicitur, quia per id quod negligit, non bona se fecisse quae fecit ostendit. sed quia bona fecisse negari non potest — indignum est enim et 25 impossibile bonum mala fecisse —, curam eorum necesse est agere dicatur, quia contumelia eius est et accusatio, si bonorum a se factorum negligens inducatur, quippe cum eius

1 autem] enim *A* quoniam] quia *WA* dei *om.* *GFMBYO* est dei *D* 6 cum *om.* *GFMBYWA* sine dubio *om.* *D* 7 significat *om.* *D* enim *om.* *D* 8 vere] secundum veritatem *D* 10 ergo] *om.* *A*, hoc autem *W*, ergo hoc *GFMBY* 10sq. de his] eos *WA* 11 ea] illa *WA* quia *WA* 12 non vult—16 futuro] hoc est—in futuro non evades *D* *ex recens. a β* 15 effugere] *A*², *om cett.* 21 esse *DA* sit] sit et inpleatur *D* 22 curiosi *WA*¹ 26 impossibile] improbable *D* male *WA*¹ 28 iudicatur *WA*

quippe cum eius nutu ac providentia vita ipsa sustineretur ministerio elementorum, sicut ipse dominus dicit: qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. qui ergo praestat, curam non
 5 agit conservare quod fecit, ut amantes se remuneret et spernentes condemnet?

2, 4. An divitias bonitatis eius et patientiae contemnis? Ignoras (ignorans) quoniam bonitas dei ad paenitentiam te adducit? 1. haec dixit, ut
 10 non se iam (iam se) putet evasisse, si illum bonitas dei patitur diu peccantem, nec patientiam eius putet contemnendam, quasi non curantem res humanas,

α sed sciat ad hoc se diu ser- β intellegat autem ideo a se
 vari, ut hic paeniteat illum dissimulari, quia non in hac
 15 iudicem deum non credidisse. vita iudicium dei promissum est. futurum est, ut in ventura vita paeniteat illum iudicem deum non credidisse.

2. in poena enim positus sine fructu paenitentiae paenitebit
 20 quia non credidit in iudicium dei, quod videt verum. necesse est enim ut acrius emendetur, immo poenis perennibus torqueatur, quem patientiae longanimitas non emendavit. severissime loquitur sciens malignam mentem non posse nisi timore a vitio (vitiis) {facile} revocari.

2, 5. Secundum autem duritiam tuam et cor
 25 inpaenitens thesaurizas tibi iram in diem (die) irae et revelationis iusti iudicii dei, 6. qui reddet unicuique secundum opera sua. 1. inpunitatem sperans peccatorum {non solum} durat inconvertibilis (in-

2 Matth. 5, 45

1 cum eius] equum est SIX nutu ac providentia] ac iusta
 prouidentia ut IX 2 in ministerio K 7 patientiae et longanimitatis Φ 11 contemnendam X 20 in om. K 21 ut om. Φ
 25 duritiam autem Φ 25sq. inpaenitens cor Φ 26 die KNIX

nutu ac providentia vita ipsa gubernetur ministris elementis, sicut ipse dominus dicit: qui solem suum oriri iubet super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. qui ergo ista praestat, curam non agit conservare quod fecit, ut amantes se remuneret spernentesque con- 5 demnet?

2, 4. An divitias bonitatis eius et patientiae contemnis? ignorans quoniam bonitas dei ad paenitentiam te adducit? 1. haec dicit, ut non iam evasisse se putet, si illum patitur dei bonitas diu peccantem, 10 nec patientiam eius putet contemnendam, quasi non curantem res humanas, intellegat autem ideo a se dissimulari, quia non in hac vita iudicium dei promissum est. futurum est, ut in ventura vita paeniteat illum iudicem deum non credidisse, qui ut terrorem futuri iudicii sui ostenderet et paenitentiam non 15 contemnendam, ait: tacui. numquid semper tacebo?

2. huiusmodi ergo in poena enim positus sine fructu paenitebit videns iudicium dei quod negavit futurum, ut nec pudorem habeat deprecandi, qui longanimitatem bonitatis dei ridendam putavit. 20

2, 5. Secundum autem duritiam tuam et cor inpaenitens thesaurizas tibi iram in die irae et

2 Matth. 5, 45 16 Is. 42, 14

1 ministerio elementorum *D* 2 iubet] facit *GFA* 5 ut conser-
vantes remuneret *GFM BYO* 7 patientiae] sustentationes patientiae *WA*,
patientiae et longanimitatis *D* 8 bonitas] benignitas *WA* 10 euanu-
isse *G¹FBYODW* 13 est *om. WA* 17 huiusmodi ergo in poena] in
poena enim *D*, ergo in iudicio *A²* 19 qui *om. GWA* 20 post putavit:
necesse est enim—facile reuocari *add. D ex. recens. β* 21 duritiam autem
GFMOWA 22 tibi ipsi (ipse *A*) *WA* diem *BY*

convertibilis) et intractabilis manens, {sed adhuc acerbius peccat,} securus quod {non} sit ultio futura; cor habet (habens) inpaenitens, ignorans, quia iram sibi congregat in diem (die) irae. {necesse est enim severiori poena ut plec-
 5 tatur, immo flammis perennibus torqueatur, qui longa dei patientia non solum emendare se noluit, sed adhuc addens ad contemptum exaggeravit peccata.} dies irae (irae dies) est, quo peccatores punientur (est peccatoribus, quo punientur). ideo ipsis est ira, qui sentient (sentiunt) poenam in die
 10 revelationis iusti iudicii dei. 2. revelabitur enim, id est agnosceretur, quod modo futurum negatur. ideoque cum ostenditur quod non esse creditur, revelatur. his enim ostenditur qui negant — quia credentibus manifestum est —, ut confiteantur etiam inviti iustum iudicium dei, cum unicuique
 15 reddet secundum opera sua. numquid non et fatebuntur iuste fieri, cum viderint mala invicem facta ulcisci?

2, 7. His {quidem} qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quaerentibus vitam aeternam.

20	1. α iudicium dei quia iustum [est] praedicat, quale bonum futurum est declaravit. hos dicit, qui patientiam dei scientes longam ad impunitatem	β quoniam iudicium dei iustum praedicat, quale autem bonis futurum est declarat. hos dicit qui patientiam dei
25	non se corrigentium protelari bene versantur deificis operibus enitentes, ne diu hic positi in illorum numero inveniantur.	videntes partim ad correptionem, partim ad maiorem ultionem non se corrigentium protelari priorum operum paenitentes bene versantur freti
30		fiducia fidci dei, ne diu hic positi damnum incurrant promissae vitae.

3 habens β K

4 die β K I X

21 est del. Bulhart

25 se] esse Φ

revelationis iusti iudicii dei, 6. qui reddet unicuique secundum opera sua. 1. inpunitatem sperans peccatorum non solum durat inconvertibilis et intractabilis manens, sed adhuc acerbius peccat, securus quod non sit ultio futura. cor habet inpaenitens, ignorans, quia iram 5 sibi congregat in diem irae. necesse est enim, [ut] severiore poena plectatur, immo flammis perennibus torqueatur, qui longa dilatione non tantum emendare se noluit, sed adhuc addens ad contemptum exaggeravit peccata. irae dies est peccatoribus, quo punientur. ideo ipsis est ira, qui sentient 10 poenam in die revelationis iusti iudicii dei. 2. manifestabitur enim, id est agnosceatur, quod modo futurum negatur. ideoque cum ostenditur quod non esse creditur, revelatur; his enim ostenditur qui negant — quia credentibus manifestum est —, ut confiteantur etiam inviti iustum iudicium 15 dei, videntes reddi unicuique secundum opera sua. numquid non et fatebuntur iuste fieri, cum viderint mala invicem facta ulcisci?

2, 7. His quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem 20 quaerentibus vitam aeternam. 1. quoniam iustum iudicium dei praedicat, quale [autem] bonis futurum est declaravit, his videlicet qui cognoscentes dei patientiam partim ad correptionem, partim ad maiorem ultionem non se corrigentium protelari priorum operum paenitentes bene versantur 25 freti fiducia fidei dei, ne diu hic positi damnum faciant promissae vitae. dabit ergo his gloriam et honorem. et ne non istud valde magnum ad comparationem vitae praesentis videretur, quia et hic gloriosi et honorati videntur, adiecit:

2 sua] eius *GFMBYODWA* 5 habens *Y* 6 die *DWA* est
*om. GFBYOD*¹ ut *M* seueriora *G*, saeuioire *MB* 8 sed *om. MWA*
10 quia *ODA*² sentiunt *G* 11 manifestabitur] reuelabitur *D* 15 ut
om. FGA 16 videntes—unicuique] cum unicuique reddet *D* 19 patien-
tiam] scientiam *O* 22 autem *D* 24 correctionem *WA* 26 faciant]
incurrant *D*

dabit {ergo} his (eis) gloriam et honorem. et ne non hoc
 valde magnum ad comparationem praesentis vitae videretur,
 quia et hic gloriosi videntur et cauti (honorati), adiecit: et
 incorruptionem, ut ex eo alia gloria et alter honor in-
 5 tellegeretur, quando incorruptio simul comitabitur. 2. in
 praesenti enim honor vel gloria frequenter amittitur, quia
 corruptibilis est et qui dat et quod dat (donat) et qui
 accipit; in die enim iudicii dei incorruptis iam dabitur
 honor et gloria, ut sint tota aeterna. ipsa enim glorifica-
 10 tur substantia (substantia glorificabitur) quadam inmutati-
 one meritorum. hi ergo quaerunt vitam aeternam, qui non
 solum bonae professionis, sed et vitae sunt.

2, 8. His vero qui ex contentione et qui dif-
 fidunt veritati, obaudiunt autem iniquitati, 9. ira
 15 et indignatio et angustiae. 1. hoc est iterata angustia.
 α diffidentes de dei iudicio β diffidentes de iudicio dei
 futuro per Christum et con- futuro per Christum ac per
 tendentes evacuare illud, hoc et patientiam eius con-
 temnentes contendunt evacua-
 20 are illud,

cum sit verum {et stabile}, credunt {enim} iniquitati. ini-
 quitas est enim negare quod deus futurum praedixit. tria
 ergo alia posuit incredulitati condigna dicens: ira et in-
 dignatio et angustiae. 2. ira est non ei qui indicat, sed
 25 illi qui iudicatur, dum fit reus. irasci enim dicitur deus, ut
 indicaturus credatur; nam dei natura ab his passionibus in-
 immunis est. et ut non solum irasci, sed et vindicare credatur,
 adiecit: et indignatio. indignatio est, quam addendo
 (addens) super iram iniuriam suam vindicaturum significat.

2 magnum] autem Φ uidetur Φ 3 cauti S^1 5sq. intellege-
 retur—honor *om.* Φ 7 corruptibilis est] corruptionem (-e K) Φ et
 quod dat *om.* Φ 8 accepit Φ 12 professionis] conuersationis $SKIX$
 13 qui *om.* $SI X$ 15 et angustiae] tribulatio et angustia Φ 24 angustia Φ

et incorruptionem, ut ex eo alia gloria et alter honor intellexeretur, quando incorruptio simul comitabitur. 2. in praesenti enim honor vel gloria frequenter amittitur, quia corruptibilis est et qui dat et quod donat et qui accipit; in die enim iudicii dei incorruptis iam dabitur honor et gloria, ut 5 sint tota aeterna. ipsa enim substantia glorificabitur quadam inmutatione meritorum. isti ergo quaerunt vitam aeternam, qui non solum bonae professionis sunt, sed et vitae.

2, 8. His vero qui ex contentione et qui diffidunt 10 veritati, obaudiunt autem iniquitati, 9. ira et indignatio et angustiae. 1. [hoc est iterata angustia.] diffidentes de iudicio dei futuro per Christum ac per hoc et patientiam eius contemnentes contendunt evacuare illud, cum sit verum et stabile; credunt enim iniquitati. iniquitas 15 est enim negare quod deus futurum praedixit. tria ergo alia posuit incredulitati condigna dicens: ira et indignatio et angustiae. 2. ira est non ei qui iudicat, sed illi qui iudicatur, dum fit reus. irasci enim deus dicitur, ut vindicaturus credatur; porro autem dei natura ab his passionibus immunis est. et ut non solum irasci, sed et vindicare credatur, 20 adiecit: et indignatio. [indignatio est], quam addens super iram iniuriam suam [deum] vindicaturum significat. angustiae vero sunt quibus constrictus sententia tribulabitur in poena.

6 tota] dona *G*², tota uita *D*, om. *W* 7 isti] hi *D* 9 his autem *WA*
 9sq. diffidunt quidem *WA* 10 obaudiunt] obtemperant *WA*
 11 post indignatio: tribulatio add. *W* angustia *ODWA* hoc—angustia *D*
 16 incredulitate *W* 17 angustia *D*² *WA* 21 indignatio est *G*²
 addens sermonem *W*² 22 deum *G*² *D*

angustiae vero sunt quibus sententia constrictus tribulatur (tribulabitur) in poena.

Super omnem animam hominis operantis malum. 3. in opere hoc (hoc opere) non solum facta significat, 5 sed et perfidiae professionem; de incredulo enim dicit et ideo super animam dixit, ut spiritalem poenam intellegas, non corporalem, quia anima invisibilibus poenis artatur (artabitur).

Iudaei primum et Graeci. 4. semper Iudaeum 10 anteponebat praerogativa patrum, ut aut coronetur primus aut damnetur, quia credens propter Abraham honorificatior (honorificentior) est, diffidens autem peius tractandus est, quia donum promissum patribus refutavit.

2, 10. Gloria autem et honor et pax omni 15 operanti bonum, Iudaeo primum et Graeco. quomodo incredulis ponit poenalia (poenalia posuit), sic {et} fidelibus tria magna (magnifica), ut honorem habeant genuinum quasi filii dei, gloria autem fit (sit) pro inmutatione, pax vero eo quod bene viventes quieti erunt in futurum 20 (futuro) nulla perturbatione commoti {quippe quia omnis homo a contrariis se abstinens apud iudicem habet pacem}.

2, 11. Non enim personarum acceptio est apud deum. quoniam ostendit Iudaeum sive Graecum non despici a deo, si tamen credat in Christo (Christum), sed accepto ferri 25 ambobus iustitiam fidei, sic iterum non credentes pariter reos esse, quia magis oberit circumcisio sine fide et proderit praeputium per fidem; ac per hoc docet deum personarum acceptorem (personarum acceptorem deum) non esse. nec enim praerogativam generis sequitur, ut suscipiat patrum 30 causa (causa patrum) diffidentem aut abiciat a se propter

3sq. super—malum om. Φ 4 hic S²IX 5 dicit] dixit X 10 coronaretur N S¹ 11sq. honorificatior est] honorificiorem N, honorificatiorem S¹K 14 autem om. X 16 incredibilibus K, —is S¹ 17sq. genuinum] genitalem Φ 19 quieti erunt] quaesierunt Φ 22 non est enim Φ 23 quoniam ostendit om. Φ 24 a deo] ab eo Φ ferri] ferat Φ 26 reos] eos Φ

Super omnem animam hominis operantis malum. 3. in hoc opere non solum facta significat, sed et perfidiae professionem; de incredulo enim dicit et ideo super animam dixit, quia non corporalem poenam significat, sed spiritalem. anima enim invisibilibus poenis artabitur. 5

Iudaei primum et Graeci. 4. semper anteponit Iudaeum praerogativa patrum, ut aut coronetur primus aut damnetur, quia sicut credens honorificentior est propter Abraham, ita diffidens autem peius tractandus est, quia donum promissum patribus refutavit. 10

2, 10. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, Iudaeo primum et Graeco. sicut incredulis tria posuit lugubria, ita et fidelibus tria praeclara, ut honorificentiam habeant genuinam quasi filii dei, gloria autem sit in inmutatione, pax vero eo quod bene viventes 15 quieti erunt in futuro nulla perturbatione commoti, et quia omnis [homo] a contrariis se observans iudicem habet pacificum.

2, 11. Non enim personarum acceptio est apud deum. quoniam ostendit Iudaeum sive Graecum non despici 20 a deo, si tamen credat in Christum, sed accepto ferri ambobus iustitiam fidei, sic iterum non credentes pariter reos esse, quia magis oberit circumcisio sine fide et proderit praeputium per fidem; ac per hoc docet personarum acceptorem deum non esse. nec enim praerogativam generis sequitur, ut suscipiat causa patrum diffidentem et abiciat a se propter indignitatem parentum credentem, sed unumquemque proprio merito aut remunerat aut condemnat. 25

3 dicit enim *G¹FM YW* 13 et *om. WA* 15 in] pro *D, om. W¹*
 16 et] quippe *D* 17 homo *DA* 19 est enim *A* 21 sq. sed — fidei
 in *A del. corr.* 27 in proprio *A*

indignitatem parentum credentem, sed unumquemque proprio merito aut remunerat aut condemnat.

2, 12. Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt. 1. quomodo potest sine lege peccari, cum omnes {simul} subditi simus legi naturali? sed de Moysi lege dicit, cui Iudaei obnoxii sunt {, dum non credunt,} nec non et gentiles, sed {iam} dudum, quia iungere se illi noluerunt. non credentes ergo {gentiles} duplici genere rei fiunt (fiunt rei), α quia legi datae per Moysen β quia neque legi datae per non adsenserunt neque ex Moysen adsenserunt neque lege promissum Christum re- Christi gratiam receperunt. ceperunt.

ideo dignum est, ut pereant. {1a. igitur sicut qui sine lege peccat peribit, ita et qui sine lege legem servaverit, iustificabitur. iustitiam naturaliter servans custos legis est. si enim iusto non est lex posita, sed iniustis, qui non peccat amicus legis est. huic sola fides deest, per quam fiat perfectus, quia nihil illi proderit apud deum abstinere a contrariis, nisi fidem in deum acceperit, ut sit iustus per utraque, quia illa temporis iustitia est, haec aeternitatis.}

Et quicumque in lege peccaverunt, per legem iudicabuntur. 2. quoniam Iudaei legem habent, in qua salus illis promissa est, non credentes vel non recipientes promissum per legem iudicabuntur, sub qua vixerunt; ipsa enim accusante poenas exsolvent. nam prope gravior Iudaeorum causa est apud eos ipsos quam gentilium (gentium); sicut enim credentes praeferuntur, ita et cum diffidunt, peiores inveniuntur. plus enim displicet qui quod habuit amisit, quam qui quod non speravit, consequi non potuit. {iste enim non intravit in regiam, ille foras missus est.}

16 I Tim. 1, 9

5 sumus *K* musī *S*¹, moisi *K* 6 cui] cum *K* 7 illi *om.* *K*
 9 lege *S*¹*K* musen *S*¹, moisen *K* 24 legem per legem *I X*

2, 12. Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt. 1. quomodo potest sine lege peccari, cum constet omnes subditos esse legi naturali? sed de Moysi lege dicit, cui Iudaei obnoxii sunt, dum non credunt, nec non et gentiles, sed iamdudum, quia iungere se illi noluerunt. non 5 credentes ergo gentiles duplici genere fiunt rei, quia neque legi datae per Moysen adsenserunt neque Christi gratiam receperunt. ideo dignum est, ut pereant. 1a. igitur sicut qui sine lege peccat peribit, ita et qui sine lege legem servaverit, iustificabitur. iustitiam enim naturaliter servans custos legis 10 est. si enim iustis non est lex posita, sed iniustis, qui non peccat amicus legis est. huic sola fides opus est, per quam fiat perfectus, quia nihil illi proderit apud deum abstinere ab adversis, nisi suscipiat fidem in deum, ut sit iustus per utraque. illa enim temporalis iustitia est, haec aeterni- 15 tatis.

Et quicumque in lege peccaverunt, per legem iudicabuntur. 2. sicut gentiles acsi legem naturae custodiant, peribunt tamen, nisi acceperint fidem Christi — maior enim causa est solum dominum profiteri quod deus unus sit, 20 quam a ceteris abstinere peccatis; haec enim dei causa est, illa nostra —, ita et Iudaei sub lege agentes a lege accusati iudicabuntur, quia non recipiunt Christum in lege promissum. et si quaeras, maior dolor Iudaeis est quam gentilibus; peius est enim promissionem amisisse, quam quod desperavit non 25

11 I Tim. 1, 9

6 ergo] autem *A* 7sq. neque — receperunt *om.* *G¹FMB⁰* 9 peccat — lege *om.* *G¹FMB¹Y* 12 fide *GFM YOD* 15 per] *om.* *GFM B¹YOW¹*, in *B²W²* temporalis] temporis *D* 17 quicumque] quotquot *WA* 20 dominum] deum *GFA* 24 gentibus *WA* 25 desperavit *G¹FO¹A¹*, speravit *W*

2, 13. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. hoc dicit, quia non hi sunt iusti (iusti sunt), qui audiunt legem, sed qui credunt in Christo (Christum), quem {eadem} lex promisit, et hoc est facere legem. omnis autem non facit legem, qui non credit legi, dum non recipit, cui lex testimonium perhibet, ut qui (qui autem) in lege videtur non esse, quia in-circumcisisus est carne, credit autem in Christo (Christum), hic fecisse legem dicatur (dicitur), et ille, qui se dicit in lege esse, id est Iudaeus, auditor legis {sit}, non factor, quia non credit {in} Christum scriptum in lege, sicut dicit Filippus ad Natanahel (Nathanahel): quem scripsit Moyses in lege et profetae, invenimus Iesum.

2, 14. Cum enim gentes, quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt. gentes Christianos dicit, qui incircumcisi neque neomenias neque sabbatum neque escarum legem servant et duce natura credunt in deum et Christum, id est in patrem et {in} filium. hoc enim est (est enim) legem servare, deum (dominum) legis agnoscere. prima enim sapientiae pars haec est: timere deum patrem, ex quo sunt omnia, et dominum Iesum filium eius, per quem sunt omnia. ipsa ergo natura proprio iudicio creatorem suum agnoscit, non per legem, sed per rationem facturae (naturae); opus enim opificem cernit in sese (se).

2, 15. Hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus

12 Ioh. 1, 45
20sq. cf. I Cor. 8, 6

16sq. cf. Col. 2, 16

19sq. cf. Sirach 1, 16

7 non uidetur IX 12 nathanael K, nathanahel IX muses NS¹, moises K 17 duce natura] dilexit natura NS¹K, diligunt legem naturae S²IX

accepisse. iste enim non intravit regiam, ille autem foras missus est.

2, 13. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. hoc dicit, quia non hi iusti sunt, qui audiunt legem, nisi credant in Christum, quem eadem lex promisit, [et] hoc est facere legem. nam quomodo facit legem, qui non credit legi, dum non recipit, cui lex testimonium perhibet? qui autem in lege videtur non esse, quia incircumcisisus est carne, credit autem in Christum, hic fecisse legem dicatur, et ille qui se dicit in lege esse, id est Iudaeus, quia quae dicuntur non transfundit ad mentem, non factor legis sit, sed auditor; non enim credit in Christum scriptum in lege, sicut dixit Filippus ad Nathanahel: quem scripsit Moyses in lege et profetae, invenimus Iesum.

2, 14. Cum enim gentes, quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt. gentes Christianos dicit, quia magister gentium est, sicut dicit alio loco: vobis enim dico gentibus, qui incircumcisi neque neomenias neque sabbatum neque escarum legem servant et duce natura credunt in deum et Christum, id est in patrem et in filium. hoc est enim legem servare, deum legis agnoscere. prima enim sapientiae pars haec est: timere deum patrem, ex quo sunt omnia, et dominum Iesum filium eius, per quem sunt omnia. ipsa ergo natura proprio iudicio creatorem suum agnoscit, non per legem, sed per rationem naturae; opus enim opificem cernit in sese.

2, 15. Hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus

14 Ioh. 1, 45 18 Rom. 11, 13 19sq. cf. Col. 2, 16 23 cf. Sirach 1, 16 24sq. cf. I Cor. 8, 6

6 et *D* 10 dicitur *ODA* in lege] ille *G¹FMB¹* esse in lege *A*
 15 Iesum *om.* *G¹FMBYO* 17 naturaliter] natura *G¹FMB* 19 neo-
 moeniis *GBO* 21 dominum *WA* 24 iesum christum *WA*

suis. 1. idem sensus est, quia dum natura duce credunt, opus legis ostendunt non per litteram, sed per conscientiam. opus autem legis est fides, quam cum dictis exhibet deo, naturali iudicio ostendit {semet}ipsum sibi legem esse (legem esse sibi), quia quod mandat lex, ultro facit, ut credat in Christo (Christum).

Testimonium reddente conscientia illorum.
 2. teste {interiori} conscientia sua credunt,
 α convenit enim creaturae β quia conscii sibi sunt con-
 10 credere et venerari suum cre- venire sibi quod credunt —
 atorem; nec absurdum, ut congruum est enim creaturae
 servus cognoscat suum do- credere et venerari suum con-
 minum. ditorem —, nec absurdum
 esse, ut dominum servus
 15 agnoscat.

Et inter se cogitationibus invicem accusan-
 tibus aut etiam defendentibus 16. in die, qua
 iudicabit deus occulta hominum secundum evan-
 gelium meum per Iesum Christum dominum nos-
 20 trum. 1. quoniam Iudaeos diffidentes per legem dixit iudi-
 cari fore — lex enim illos accusabit, quae Christum illis pro-
 misit, quem venientem recipere noluerunt —, gentes autem,
 quae legem utique non habent, per conscientiam iudicabun-
 tur, si credere noluerint (noluerunt), primum quidem accusa-
 25 tores sunt (erunt) {gentiles} credentes non credentium {gen-
 tilium} sicut [fuit] Iudaeis non credentibus dominus de disci-
 pulis suis: ipsi iudices erunt vestri, quia perfidia
 Iudaeorum iudicabitur fide apostolorum, qui cum ex ipsis

27 Matth. 12, 27

1 duce] dilexit *NS¹K*, diligunt legis scriptis *IX* 2 litteram—
 conscientiam] naturam Φ 3 exhibet] ex Φ 4 ipsam *X* esse
 facit *S²IX* 7 illis conscientia ipsorum Φ 16 et—cogitationibus]
 interrogationibus *SIX* 20sq. iudicare *SIX* 26 fuit *om. S²IX*
 27 suis ait *S²IX* uestri erunt *IX*

suis. 1. idem sensus est, quia dum natura duce credunt, opus legis ostendunt, non per litteram, sed per conscientiam. opus enim legis fides est, quam cum dictis dei exhibet, naturali iudicio ostendit semetipsum esse sibi legem, quia quod mandat lex, ultro facit, ut credat in Christum. 5

Testimonium reddente conscientia illorum. 2. teste interiori conscientia sua credunt, quia conscii sibi sunt convenire sibi quod credunt — non incongruum est enim creaturae credere et venerari suum conditorem —, nec absurdum esse, ut servus cognoscat dominum. 10

Et inter se cogitationibus invicem accusantibus aut etiam defendentibus 16. in die, qua iudicabit deus occulta hominum secundum evangelium meum per Iesum Christum dominum nostrum. 1. quoniam Iudaeos diffidentes per legem dixit iudicari fore 15 — lex enim illos accusabit, quae Christum illis promisit, quem venientem recipere noluerunt —, gentes autem, quae legem utique non habent, per conscientiam iudicabuntur, si noluerint credere, primum quidem accusatores erunt gentiles credentes non credentium gentilium sicut Iudaeis non credentibus do- 20 minus de discipulis suis: ipsi, inquit, iudices vestri erunt, quia perfidia [Iudaeorum] iudicabitur fide apostolorum, qui cum ex ipsis essent, illis diffidentibus crediderunt. 2. deinde

21 Matth. 12, 27

1 quia] qui *GFMBWA* 3 exhibet deo *D* 4 legem sibi esse *D*
 6 reddente eis (ipsis *D*) *WAD* illorum] ipsorum *D*, om. *W* 7 interiore
YODA 8 congruum *WA* 10 deum *FGMBOD* 11 invicem cogi-
 tationibus *DWA* 12 aut etiam defendentibus om. *G¹FMB* qua] quo *W*,
 in quo *A* 19 erunt om. *GFMB¹O* credentes gentilium *G¹FW¹*
 20 credentibus dicit *WA* 21 inquit om. *WA* 22 Iudaeorum *DA*

- essent, crediderunt illis diffidentibus (illis diffidentibus crediderunt). 2. deinde cogitationibus suis accusabuntur gentiles, si compuncti creatoris fide et virtute credere noluerunt (noluerint credere); aut si stupore quodam
- 5 α non compungantur, quis β non considerent, ut credant verbis dominicis defendet se verbis aut gestis dominicis, conscientia in die iudicii, quia defendet se conscientia in die non cogitavit, quia deberet iudicii, quia non cogitavit se credere, debere credere,
- 10 et iudicetur non quasi malignus (malivolus) sed quasi ignorans, non tamen sine poena futurus, quia non licet ignorare? {2a. gentes enim duplici genere significat tam credentes quam infidos. superius enim de gentibus credentibus dicit, post autem subiecit etiam de his gentibus, quae non credunt, ut
- 15 sicut per conscientiam suam laudantur credentes, ita per conscientiam suam accusentur diffidentes. quamvis enim sibi videatur minime reus qui non credidit, quia apud se tractare istud non potuit, ratione tamen convincitur, quia non sibi suasit verum hoc esse, quod et virtutum testimoniis
- 20 viderat confirmari et multos sequi. 2 b. puto etiam sic posse intellegi, si tota quaestio de gentibus credentibus dixisse credatur, quia quod ait: quid mihi de his qui foris sunt iudicare? et: qui non crediderit, inquit, iam iudicatus est, et: quia non resurgent inpii in iudicio.
- 25 sine lege enim peccantes sine lege et peribunt. ac per hoc ante tribunal Christi stare non poterunt et reddere causas, quia resurgentes ducentur ad gehennam. illi enim quos dicit invicem cogitationibus suis accusari aut defendi in die iudicii, Christiani sunt. hi qui discordant a catholica diverse sentientes de Christo aut de sensu legis in traditione ecclesiae,
- 30 sive Catafrygae sive Novatiani sive Donatiani aut ceteri

22 I Cor. 5, 12 23 Ioh. 3, 18 24 Ps. 1, 5 26 cf. Rom. 14, 10

3 noluerint *S²IX* 6 defendat *SIX*

cogitationibus suis accusabuntur gentiles, si conpuncti creatoris fide et virtute noluerint credere; aut si stupore quodam non consideret, ut credat verbis aut gestis dominicis, defendet se conscientia in die iudicii, quia non cogitavit credere se debere, et iudicetur non quasi malivolus, sed quasi ignorans, 5 non tamen sine poena futurus, quia non licet ignorare.

2a. gentes enim duplici genere significat tam credentes quam infidos. superius enim de gentibus credentibus dicit, post autem subiecit etiam de his gentibus, quae non credunt, ut sicut per conscientiam suam laudantur credentes, ita et per 10 conscientiam suam accusentur diffidentes. quamvis enim sibi videatur minime reus qui non credidit, quia apud se tractare istud non potuit, ratione tamen convincitur, quia non sibi suasit verum hoc esse, quod de virtutum testimoniis viderat firmari et multos sequi. [2b. puto etiam sic posse intellegi, 15 si tota quaestio de gentibus credentibus dixisse credatur, quia quod ait: quid mihi de his qui foris sunt iudicare? et: qui non crediderit, inquit, iam iudicatus est, et: quia non resurgent inpii in iudicio. sine lege enim peccantes sine lege et peribunt. ac per hoc ante 20 tribunal Christi stare non poterunt et reddere causas, quia resurgentes ducentur ad gehennam. illi enim quos dicit invicem cogitationibus suis accusari aut defendi in die iudicii, Christiani sunt. hi qui discordant a catholica diverse sen-

17 I Cor. 5, 12 18 Ioh. 3, 18 19 Ps. 1, 5 20sq. cf. Rom. 14, 10

2 fidem et uirtutem OYDA 3 considerant ODA, -ent B³ credant ODA defendente G²D 9 quae] qui W 10 et om. WA 14 de] et D 15 puto etiam—p. 81, 17 iudicii D solus 17 quia quod] de hoc pleonasmō cf. CSEL vol. 76, p. 48, 103

heretici, horum cogitationes invicem se accusabunt in die iudicii. si intellexit quis veram esse catholicam et, ne vidretur emendatus, sequi noluit, erubescens ab hoc quod diu tenuit recedere, in die iudicii cogitatione sua accusabitur. 2c. duae
 5 etenim cogitationes in homine invicem se accusabunt, bona et mala. bona accusat malam, quia contradixit veritati, mala iterum accusat bonam, quia non secuta est ut sensit. et per hoc constituetur reus qui cogitavit sentiens bonam et veram esse ecclesiam catholicam et permansit in herese vel scismate.
 10 eius autem cogitationes se invicem excusabunt, qui semper hoc cogitavit, putans utile quod secutus est. dicturus est enim: semper in cogitationibus meis hoc putavi utile quod secutus sum. haec fuit fides mea. hic leviolem habet causam, quamvis emendandus sit, quia conscientia sua non accusa-
 15 bitur in die iudicii.} 3. hoc modo iudicabuntur occulta hominum in die iudicii dei per Iesum Christum dominum nostrum.

2, 17. Si autem tu Iudaeus cognominaris. 1. cognomen Iudaei est, quia ex praerogativa patrum est, ut
 20 dicantur Istrahelitae. {1a. et tamen, si totum velimus quod ad causam pertinet comprehendere, cognomen Iudaeis triper-
 tito genere significatum debemus advertere. primum quia filii sunt Abrahae, qui fidei suae merito pater positus est cunctarum gentium. deinde propter Iacob, qui augmentandae
 25 fidei gratia Istrahel appellatus est; coepta enim patris dignitas nobilitatur in filiis. tertio non magis propter Iudam, sed propter Christum, quia ex Iuda ortus est secundum carnem, Iudaei cognominantur, quia in Iuda hoc significatum est, quod futurum erat in Christo. dictum est enim: Iudas erit

23sq. cf. Gen. 17, 4 24sq. cf. Gen. 32, 28 27 cf. Hebr. 7, 14
 29 Iudic. 20, 18

19 iudaeis S²IX quia] qui SIX est] sunt IX

tientes de Christo aut de sensu legis in traditione ecclesiae, sive Catafrygae sive Novatiani sive Donatiani aut ceteri heretici, horum cogitationes invicem se accusabunt in die iudicii. si intellexit quis veram esse catholicam et, ne videretur emendatus, sequi noluit, crubescens ab hoc quod diu tenuit recedere, in die iudicii cogitatione sua accusabitur. 2c. duae etenim cogitationes in homine invicem se accusabunt, bona et mala. bona accusat malam, quia contradixit veritati, mala iterum accusat bonam, qui non secuta est ut sensit. et per hoc constituetur reus qui cogitavit sentiens bonam et veram esse ecclesiam catholicam et permansit in herese vel scismate. eius autem cogitationes se <invicem> excusabunt, qui semper hoc cogitavit, putans utile quod secutus est. dicturus est enim: semper in cogitationibus meis hoc putavi utile quod secutus sum. haec fuit fides mea. hic leviozem habet causam, quamvis emendandus sit, quia conscientia sua non accusabitur in die iudicii.¹ 3. hoc modo iudicabuntur occulta hominum in die iudicii dei per Iesum Christum dominum nostrum.

2, 17. Si autem tu Iudaeus cognominaris. 1. cognomen Iudaci est, quia ex praerogativa patrum est, ut dicantur Istrahelitae. [1a. et tamen, si totum velimus quod ad causam pertinet comprehendere, cognomen Iudaeis tripartito genere significatum debemus advertere. primum quia filii sunt Abrahac, qui fidei suae merito pater positus est cunctarum gentium. deinde propter Iacob, qui augmentandae fidei gratia Istrahel appellatus est; coepta enim patris dignitas nobilitatur in filiis. tertio non magis propter Iudam, sed propter Christum, quia ex Iuda ortus est secundum carnem, Iudaei cognominantur, quia in Iuda hoc significatum

25 sq. cf. Gen. 17, 4

26 sq. cf. Gen. 32, 28

29 cf. Hebr. 7, 14

5 erubescens ergo ab id D 12 ea autem cogitatione D invicem om. D excusabunt] accusabit D 15 habebit D 16 emendandum D 22 et tamen—p. 83, 10 defendunt D

dux vester, et: Iuda, te conlaudant fratres tui. quae laus data Iudae non probatur, sed Christo, quem omnes cotidie laudant hi, quos fratres suos dignatus est appellare. ipse enim dixit mulieribus: ite et dicite fratribus meis, 5 quia praecedo vos in Galilaeam. quis enim non laudet eum, cuius beneficio vivit? apostolus ergo sub hac significatione, quae posterior numero, sed perfectior merito est, totum voluit comprehendere. quod Iudaei non intellegentes nomen sibi carnalis Iudae defendunt.}

10 **2, 18.** Et requiescis in lege et gloriaris in deo et nosti voluntatem eius et probas utiliora instructus per legem. non valde magnum videri vult, si Iudaeus credat, quippe cum sit instructus per legem, periculosum autem valde, si non credat; ducem enim habet legem. sed 15 ut praeponatur credens, meritum facit patrum, quia quamvis aliquis per se floreat, erubescit tamen in suis.

2, 19. Confidensque teipsum ducem esse caecorum, lumen eorum qui sunt in tenebris, **20.** eruditorem insipientium, magistrum infantium, ha- 20 bentem formam scientiae et veritatis in lege. vera sunt haec, quia legis documentum hoc est, erudire inperitos et deo subicere profanos, vel per idolatriae culturam inpios per promissionem (promissione), quae facta per legem est, ad melioris spei fiduciam provocare. recte igitur gloriatur 25 in his legis doctor, quia formam tradit veritatis. si autem non recipit eum, quem lex promisit, frustra gloriatur de lege, cui iniuriam facit, dum Christum spernit promissum in lege, et nec iam eruditor erit insipientium nec magister infantium

1 Gen. 49, 8 4 Matth. 28, 7

12 magnum *om.* Φ 18 in tenebris sunt Φ 21 haec sunt IX
22 culturas inpias Φ 28 et *om.* IX iam] etiam IX est eruditor S² IX

est, quod futurum erat in Christo. dictum est enim: Iudas erit dux vester, et: Iuda, te conlaudant fratres tui. quae laus data Iudae non probatur, sed Christo, quem omnes cotidie laudant hi, quos fratres suos dignatus est appellare. ipse enim dixit mulieribus: ite et dicite fratribus meis, 5 quia praecedo vos in Galilaeam. quis enim non laudet eum, cuius beneficio vivit? apostolus ergo sub hac significatione, quae posterior numero, sed perfectior merito est, totum voluit comprehendere. quod Iudaei non intellegentes nomen sibi carnalis Iudae defendunt.] 10

2, 18. Et requiescis in lege et gloriaris in deo et nosti voluntatem eius et probas utiliora instructus per legem. non valde magnum videri vult, si Iudaeus credat, quippe cum sit doctus per legem, periculosum autem [valde], si non credat; ducem enim habet legem. sed 15 ut praeponatur credens, meritum facit patrum, quia quamvis aliquis per se floreat, erubescit tamen in suis.

2, 19. Confidensque te ipsum ducem esse caecorum, lumen eorum qui sunt in tenebris, **20.** eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiae et veritatis in lege. vera sunt ista, quia hoc est legis documentum, erudire inperitos et deo subicere profanos vel per idolatriae culturam impios promissione, quae facta per legem est, ad meliores spei fiduciam provocare. recte igitur gloriatur in his legis doctor, 25 quia tradit formam veritatis. si autem non recipit eum, quem lex promisit, frustra gloriatur de lege, cui iniuriam facit, dum

1 Iudic. 20, 18 2 Gen. 49, 8 5 Matth. 28, 7

7 ergo] autem *D* 9 nomen sibi *om. D* 12 nosti] cognoscas *W*,
 cognoscis *A* 15 valde *D* 17 erubescat *W* 18 confidens *WA* 19 in
 tenebris sunt *WA* 20 infantum *A* 22 legis documentum hoc est *A*
 23 uel idolatriae cultura *GFMBYOD* 26 formam tradit *A*

nec lumen eorum qui in tenebris sunt, sed dux omnium horum ad perditionem.

2, 21. Qui ergo alterum doces, teipsum non doces? 1. hoc est: {tu} qui gentiles arguis, quod sine lege et
5 [sine] deo sint, teipsum non arguis? diffidens enim de Christo in lege promisso in eisdem quae arguis inveniris.

Qui praedicas non furandum, furaris? 2. facis enim quod praedicas fieri non debere. dum enim fidem Christi per malam interpretationem subripis, negas Christum
10 nostrum in lege promissum. [quod praedicas non fieri, facis.]

2, 22. Qui dicis non moechandum, moecharis? 1. adulteras autem legem, quando veritatem Christi tollis et mendacium ponis. unde alio loco dicit: adultratores
verbi dei.

15 Qui execraris idola, sacrilegium facis? 2. sacrilegus es, quando Christum,

α quem lex praedicat deum, β quem lex et profeticus sermo deum significat,

negas. dicit enim Esaias: quia in te est deus, et non
20 est {deus} praeter te. tu enim es deus et nesciebamus, deus Istrahel salvator [quod interpretatur Iesus]. numquid Iudaei de deo patre dicebant: tu enim es deus et nesciebamus, cum tota lex dei patris auctoritatem
praedicet, ex quo sunt omnia? sed quia filius dei semper
25 quidem apparuit, latebat autem quid esset, cum {post resurrectionem} cognoscitur, dicitur {ei in confessione}: tu es enim deus et nesciebamus. qui enim putabatur in lege tantum angelus et dux {exercitus domini, at} cum intelligitur esse filius dei, dicitur ei cum gratiarum actione: tu es
30 enim deus et nesciebamus. per hoc ergo significat, quia

13 II Cor. 2, 17 19 Is. 45, 14. 15

3 alium Φ 10 fieri, *id est: fieri debere* 19 isaias S 20 es enim IX

spernit Christum promissum in lege, et nec iam eruditor erit insipientium nec magister infantium nec lumen eorum qui in tenebris sunt, sed dux omnium horum ad perditionem.

2, 21. Qui ergo alterum doces, teipsum non doces? 1. hoc est: tu qui gentiles arguis, quod sine lege et deo sint, teipsum accusas; diffidens enim de Christo in lege promisso in eisdem quae arguis inveniris. 5

Qui praedicas non furandum furaris? 2. [facis enim quod praedicas fieri non debere.] dum enim fidem Christi per malam interpretationem subripit negans Christum nostrum in lege promissum, quod praedicat non fieri, facit. 10

2, 22. Qui dicis non moechandum, moecharis? 1. adulterat autem legem, quando veritatem Christi tollit et mendacium ponit. unde in alia epistola: adulteratores, ait, verbi dei. 15

Qui execraris idola, sacrilegium facis? 2. sacrilegus est, quando Christum, quem [lex et] profeticus sermo deum significat, negat. dicit enim Esaias: quia in te est deus et non est deus praeter te. tu enim es deus et nesciebamus. deus Istrahel salvator est. numquid Iudaei de deo patre dicebant: tu es enim deus et nesciebamus, cum tota lex dei patris auctoritatem praedicet, ex quo sunt omnia? sed quia filius dei semper quidem apparuit, latebat autem quid esset, cum post resurrectionem cognoscitur, dicitur ei in confessione: tu es enim deus et nesciebamus. putabatur enim in lege unus ex angelis 25

14 II Cor. 2, 17 18 Is. 45, 14. 15

1 christum spernit *A* 4 qui] quid *GF* doces alium *WA*²
 6 accusas] non arguis *DA*¹ enim *om.* *GFBOY* 8sq. facis—debere *DA*
 10 subripis negas *DA* 11 quod—facit *om.* *DA* 13sq. adulteras . . . tollis . . . ponis *DA* 14 in alia epistola] alio loco *A* 15 ait *om.* *W*¹*A* 17sq. es . . . negas *DA* lex et *YDA* 18sq. deum—praeter te *om.* *G*¹*FMB*
 20 est *om.* *OYDWA* 25 diciturque *A*¹ 26 putabatur—angelis] qui enim putabatur in lege tantum angelus *A*

ipse esset, qui apparuerat quidem {patriarchis in deum et post incarnatus est}, sed non fuerat intellectus {ab omnibus}.

2, 23. Qui in lege gloriaris, per praevaricationem legis deum inhonoras. praevaricator legis es,
 5 quando sensum legis, qui de incarnatione {et divinitate} Christi est, praeteris et deum non honoras, dum testimonium eius, quod dedit de filio suo, non recipis. ipse enim dixit: hic est filius meus dilectus.

2, 24. Nomen enim dei per vos blasphematur
 10 inter gentes, sicut scriptum est. hoc dixit Esaias profeta, quia [per vos] dei nomen blasphematur inter gentes, quando Iudaeos pro obnoxiiis (noxiiis) suis tradendos (traditos sibi) non advertabant, sed idolis suis dabant glorias, quasi [qui] Iudaeorum deum viderent in Iudaeis. ita et tem-
 15 pore apostolorum dei nomen blasphemabatur in Christo, quia Iudaei Christum deum negando blasphemabant et patrem, sicut dicit dominus: qui me recipit, non me recipit, sed eum qui me misit. {et} ideo inter gentes {blasphemabatur},
 α quia erudentibus gentibus β quia erudentibus gentibus
 20 suadere nitebantur Christum Iudaei suadere nitebantur non erendum, ut blasfemia Christum deum non erendum, ut blasfemium gentium a Iudaeis auctoribus sit profectum. a Iudaeis vel Fotini auctoribus sit profectum.

8 Matth. 3, 17 11 cf. Is. 52, 5 17 Luc. 9, 48

5 qui] quae *S²IX* 10 isaias *S* 16 deum] dominum *SIX* et patrem] et in patrem *NS¹K*, et in deum *IX* 22 a om. *S²IX*

et dux exercitus domini, at cum intellegitur esse filius dei, dicitur ei cum gratiarum actione: tu es enim deus et nesciebamus. per quod significat, quia ipse est, qui apparuit quidem patriarchis in deum, post autem incarnatus est, sed non fuerat intellectus ab omnibus. 5

2, 23. Qui in lege gloriaris, per praevaricationem legis deum inhonoras. praevaricator legis est, quando sensum legis, qui de incarnatione et divinitate Christi est, praeterit et inhonorat deum, dum testimonium eius, quod dedit de filio suo, non recipit. ipse enim dixit: hic 10 est filius meus dilectus.

2, 24. Nomen enim dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est. hoc dixit Esaias profeta, quia dei nomen blasphematur inter gentes, quando Iudaeos pro noxiis suis traditos sibi non animadvertent, 15 sed idolis suis dabant glorias, qui quasi Iudaeorum deum vicissent in Iudaeis. ita etiam tempore apostolorum dei nomen blasphemabatur in Christo, quia Iudaei Christum deum negando blasphemabant etiam patrem, sicut dicit dominus: qui me recipit, non me recipit, sed eum qui me 20 misit. et ideo inter gentes blasphemabatur, quia credentibus gentibus Iudaei suadere nitebantur Christum non dicendum deum, ut blasfemia gentium a Iudaeis vel Fotini auctoribus sit profecta.

10 Matth. 3, 17 14 cf. Is. 52, 5 20 Luc. 9, 48

3 quod] hoc ergo *A* esset *A* 3sq. apparuerat *WA* 4 post autem] et post *A* 7 es *DA* 9 praeteris *DA* inhonoras *D*, deum non honoras *A* 10 recepit *W*, recipis *DA* dicit *MW* 14 nomen dei *FGOD* 15 noxis *D* aduertebant *G¹W* 16 qui *om. A* 17 etiam] et *A* 18 blasphematur *GFM O* 19 etiam] et *A* 21 blasphematur (plas- *W*) *GFM BYW* 22 gentilibus *A* 22sq. non—deum] deum non credendum *A* 23 blasphemium *WA* 24 profectum *WA*

2, 25. Circumcisio quidem prodest, si legem observes. 1. potest dici e contra: si prodest circumcisio, cur praetermittitur? sed tunc prodest, si legem observes. tenenda ergo circumcisio est, et ut possit prodesse, servanda est lex.
 5 quid ergo prohibuit, quod prodesse, si lex servaretur (servetur), ostendit? {videtur enim male prohibitum, quod non per se displicet, sed per alterius neglegentiam frustrari dicitur.}

Si autem praevaricator legis sis, circumcisio tua praeputium facta est. 2. hoc est quod dicit, quia
 10 si lex servata non fuerit, Iudaeus gentilis effectus est (efficitur), sed circumcisionem pro genere posuit Abrahae, quia ex Abraham circumcisio. nec enim poterat aedificare quae destruxerat. hoc enim ait, ut doceat tunc prodesse ex genere esse Abrahae (Abrahae esse), si lex servetur, id est, {si} in
 15 Christum (Christo) credatur, qui promissus est Abrahae, quia et suum meritum habent iustificati per fidem et honore patrum sublimantur. omnis ergo (enim) salus in lege de Christo est. hic ergo servat legem, qui credit in Christo. 3. si autem non credit, transgressor legis est, quia non récepit (recipit)
 20 Christum, quem lex [promisit] {ad iustificationem venturum cecinit, quam ipsa dare non potuit},

α et [aut] illi proderit dici β et nihil illi proderit dici
 filium Abrahae, filium Abrahae, quia hic secundum meritum filius est
 25 Abrahae,

qui fidem sequitur, per quam deo dignus exstitit Abraham. unde ait: circumcisio tua praeputium facta est, id est gentili similis factus es, non credens in eum, qui circumcisionis filius promissus est Abrahae.

12 cf. Gal. 2, 18

14 si β IX 18 est—Christo om. Φ 22 aut Φ , del. *Vogels* 26 deo om. *K*

2, 25. Circumcisio quidem prodest, si legem observes. 1. potest dici e contra: si prodest circumcisio, cur praetermittitur? sed tunc prodest, si legem observes. tenenda ergo circumcisio est, et ut prosit, servanda lex est. quid ergo prohibuit, quod prodesse, si lex servetur, ostendit? 5 videtur enim male prohibitum, quod non per se displicet, sed per alterius negligentiam frustrari dicitur.

Si autem praevaricator legis sis, circumcisio tua praeputium facta est. 2. hoc est quod dicit, quia si lex servata non fuerit, Iudaeus gentilis efficitur, sed circum- 10 cisionem pro genere posuit Abrahae, quia ex Abraham circumcisio. nec enim poterat aedificare quae destruxerat. hoc enim ait, ut doceat tunc prodesse ex genere esse Abrahae, si lex servetur, id est, si credatur in Christum, qui promissus est Abrahae, quia et suum meritum habent iustificati per fidem 15 et honore patrum sublimantur. omnis enim salus in lege de Christo est. hic ergo servat legem, qui credit in Christum. 3. si autem non credit, transgressor legis est, quia non recipit Christum, quem lex ad iustificationem venturum cecinit, quam ipsa dare non potuit, et nihil illi proderit dici filium 20 Abrahae, quia iste secundum meritum filius est Abrahae, qui fidem sequitur, per quam deo dignus exstitit Abraham. unde ait: circumcisio tua praeputium facta est, id est gentili similis factus es, non credens in eum, qui [in signo] circumcisionis [filius] promissus est Abrahae. 25

12 cf. Gal. 2, 18

4 ut possit prodesse A 5 servatur GFMBYO 13 ait]
 agit GFMBYW abrahae esse A 14 in christo credatur A 21 iste]
 hic DA 24 in signo DA 25 filius A

2, 26. Si igitur praeputum iustitias legis custodiat, nonne praeputum illius in circumcissione reputabitur? iustitia legis fides est in Christo (Christiana), sicut alio loco dicit: finis legis Christus ad
 5 iustitiam omni credenti. ideo manifestum est, quia si gentilis credat in Christum, fit filius Abrahae, qui est pater (pater est) fidei.

2, 27. Et iudicabit, quod ex natura est praeputum legem perficiens, te, qui per litteram et
 10 circumcissionem praevaricator es legis. credens {gentilis} duce natura in Christum condemnat Iudaeum, cui lex promisit (promiserat) Christum [et non illum recepit]. quanta ergo gentilis dignus est gloria, qui per solam naturam intellexit auctorem, sicut dicit Petrus apostolus: auctorem vero
 15 vitae interfecistis, tanto magis puniendus Iudaeus est (est puniendus Iudaeus), qui neque per naturam neque per litteram (legem) Christum agnovit auctorem.

2, 28. Non enim qui in manifesto Iudaeus est neque palam in carne circumcisio, **29.** sed qui in
 20 occulto Iudaeus est circumcissione cordis, qui spiritu, non littera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est. 1. non est obscurum, quia circumcissionem carnis negat laudem habere apud deum — nec enim Abraham ideo iustificatus est, quia circumcisus est, sed quia credidit,
 25 iustificatus est; postea autem circumcisus est —, cordis autem circumcissionem laudabilem esse apud deum; circumcidere enim cor

α sublata nebula agnoscere est auctorem.

β amputato errore cognoscere est creatorem.

4 Rom. 10, 4

14 Act. 3, 15

2 circumcissionem SIX 11 duce] dilexit Φ in om. S²IX 19 et circumcisio cordis in spiritu Φ 24sq. sed—iustificatus est] om. SK, sed prius iustificatur IX 28 est sublata IX

2, 26. Si igitur praeputium iustitias legis custodiat, nonne praeputium illius in circumcissione reputabitur? iustitia legis fides est Christiana, sicut alio in loco dicit: finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. unde manifestum est, quia si gentilis credit in Christum, fit filius Abrahae, qui pater est fidei. 5

2, 27. Et iudicabit, quod ex natura est praeputium legem perficiens, te, qui per litteram et circumcissionem praevaricator es legis. gentilis credens duce natura in Christum condemnat Iudaeum, cui per legem promissus erat Christus et adveniēti ei credere noluit. quanto ergo gentilis dignus est gloria, qui per solam naturam intellexit auctorem, sicut dicit Petrus apostolus: auctorem vero vitae interfecistis, tanto magis est puniendus Iudaeus, qui neque per naturam neque per legem Christum agnovit auctorem. 10 15

2, 28. Non enim qui in manifesto Iudaeus est neque palam in carne circumcisio, **29.** sed qui in occulto Iudaeus est circumcissione cordis, qui spiritu, non littera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo est. 1. non est obscurum, quia circumcissionem carnis negat aliquam laudem habere apud deum — nec enim Abraham ideo iustificatus est, quia circumcisus est, sed quia credidit, iustificatus est; postea autem circumcisus est —, cordis autem circumcissionem laudabilem esse apud deum; circumcidere enim cor amputato errore cognoscere est creatorem. 20 25

4 Rom. 10, 4

13 Act. 3, 15

1 legis iustitias *GF* 2 circumcissionem *GFMB OY* 5 unde] ideo *A*
 9 legis sis *G¹FMB* 9sq. credens gentilis *A* 10sq. cui lex promiserat christum *A* 11 et— noluit *om. YOB* 11sq. et— quanto *om. G¹FMW*
 12 quanta *A* 14 interfecistis] interemistis *W* 14sq. puniendus iudeus est *A*, est puniendus iudeus *D* 17 non— qui] neque qui *G¹W*, neque quae *FMBY* 18 palam] in manifesto *W* 19 et circumcisio *ODWA*
 22 aliquam *om. A¹* 26 agnoscere *A*

et quia circumcisio cordis futura erat, primus Moyses ait: circumcidite (circumcidetis) duritiam cordis vestri, et Hieremias similiter: circumcidite praeputium cordis vestri. {hoc dixit Iudaeis idola sequentibus.} 2. velamen est enim circa cor, quod conversus ad deum circumcidit (circumcidet), quia fides aufert nebulam erroris et tribuit perfectam dei cognitionem in mysterio trinitatis, quod incognitum erat a saeculis. huius ergo circumcisionis laus ex deo est. occulta hominibus; cordis enim meritum est quod adspicit deus, non 10 carnis; {nam} Iudaeorum laus ex hominibus est; gloriantur enim in carnis circumcisione, quod ex patribus sit, unde alio loco (in alia epistola) inter cetera ait: et gloria in pudendis eorum, qui terrena sapiunt, hoc est qui circumcisionem carnis gloriam putant. terrena enim sapit, qui in 15 carne gloriatur, qui vero in spiritu gloriatur, huius laus ex deo est; spiritu enim, non carne creditur.

3, 1. Quid ergo amplius est Iudaeo aut quae utilitas circumcisionis? 2. multum per omnem modum. primum quidem quia credita sunt illis eloquia dei. 1. quamquam multa sint, quae ad honorem (honorificentiam) et meritum pertinent (pertineant) seminis Abrahae,

α apostolus tamen hic totum comprehendit, cum dicit: primum quidem, quoniam 25 credita sunt illis eloquia dei, ut post hoc primum cetera subintellegantur.

β hoc tamen solum aperte memorat, quia maximae laudis eorum est, ut legem, per quam addicerent rectum a perverso distinguere, digni iudicarentur accipere, ut post hoc primum cetera qualia sint possint intellegi.

30

2 Deut. 10, 16
16, 25; Col. 1, 26

3 Ier. 4, 4
12 Phil. 3, 19

4sq. cf. II Cor. 3, 14sq.

7 cf. Rom.

1 circumcisio — erat] circumciscus corde fuerat Φ moises K 6 auferet K

et quia circumcisio cordis futura erat, primus Moyses ait: circumcidetis duritiam cordis vestri, et Hieremias similiter: circumcidite praeputium cordis vestri. hoc dixit Iudaeis idola sequentibus. 2. velamen est enim circa cor, quod conversus ad deum circumcidet, quia fides aufert 5 nebulam erroris et tribuit perfectam dei cognitionem in mysterio trinitatis, quod erat ignotum a saeculis. huius ergo circumcisionis laus ex deo est, occulta hominibus; cordis enim meritum est quod adspicit deus, non carnis. nam Iudaeorum laus ex hominibus est; gloriantur enim in carnis circum- 10 cisione, quod ex patribus sit. unde in alia epistola inter cetera ait: et gloria in pudendis eorum, qui terrena sapiunt, hoc est qui circumcisionem carnis gloriam putant. terrena enim sapit, qui in carne gloriatur, qui vero in spiritu gloriatur, huius laus ex deo est; spiritu enim, non carne 15 creditur.

3, 1. Quid ergo amplius est Iudaeo aut quae utilitas circumcisionis? **2.** multum per omnem modum. primum quidem, quia credita sunt illis eloquia dei. 1. quamquam multa significet, quae ad hono- 20 rificentiam et meritum pertineant seminis Abrahae, hoc tamen solum aperte memorat, quia maximae laudis eorum est, ut legem, per quam addicerent rectum a perverso distinguere, digni iudicarentur accipere, ut post hoc primum cetera qualia sint possint intellegi. quoniam autem Iudaeis carnalibus, id 25 est incredulis, nihil proficere testimonium generis ostendit, ne omnes, id est et credentes, male tractasse videretur, docet multum utile esse Iudaeis credentibus, quia filii sunt Abrahae. 2. his enim eloquia dei sunt credita, dum legem, quae peccatis

2 Deut. 10, 16 3 Ier. 4, 4 4sq. cf. II Cor. 3, 14sq. 7 cf.
Rom. 16, 25; Col. 1, 26 12 Phil. 3, 19

2 circumcidete *A* 7 incognitum erat *A* 10sq. circumcisione
carnis *FGB* 11 in alia epistola *om. A* 20 significet] sint *DA*

quoniam autem Iudaeis carnalibus, id est incredulis, nihil proficere testimonium generis ostendit, ne omnes, id est et credentes, male tractasse videretur, docet multum utile esse Iudaeis credentibus, quia filii sunt Abrahae. 2. his enim eloquia dei sunt credita, dum legem, quae peccatis hominum obsoleverat, quasi inpune peccaretur apud deum, merito patrum reformatam accipiunt et populus dei vocantur. Aegyptus quoque propter iniurias illorum diversis plagis percutitur, caelesti pane cibantur, omnibus gentibus terrori sunt, testante hoc Raab ex meretrice; quibus etiam Christus salvator ad sanctificationem promissus est. ideo ait tantum (multum) utile Iudaeis per omnem modum, quia filii sunt Abrahae; anteponuntur enim gentibus {sed si credant}.

3, 3. Quid enim, si quidam eorum non crediderunt? numquid incredulitas eorum fidem dei evacuabit? absit. 1. non [enim] {inquit} quia aliqui Iudaeorum credere noluerunt quae deus promisit filiis Abrahae, ideo praeiudicabitur ceteris Iudaeis [credentibus], ne digni dicantur accipere, quod promisit deus credentibus (fidelibus); [absit,] quippe cum {sic} facta sit promissio, ut credentibus proficeret. {1a. igitur non indignatus deus propter illorum perfidiam, id est Iudaeorum, dabit reliquis credentibus vitam aeternam, quam promisit futuram per fidem Christi, quia qui non crediderunt, ipsi se indignos fecerunt sine praeiudicio ceterorum. his dictis commendat credentes Iudaeos, quia nihil obest eis, quia multi ex illis credere noluerunt.}

10 cf. Ios. 2, 9

5 peccata S² I X 6 obsoluerat N S¹, absoluerat S² I X K 10 hic S
ex om. I² X 15 eorum] illorum Φ 15sq. euacuauit Φ

hominum obsoleverat, quasi inpune peccaretur apud deum, merito patrum reformatam accipiunt et populus dei vocantur. Aegyptus quoque propter iniurias illorum diversis plagis percutitur, caelesti pane cibantur, omnibus gentibus terrori sunt, testante istud Raab [ex] meretrice; quibus etiam Christus 5 salvator ad sanctificationem promissus est. ideo ait multum utile Iudaeis per omnem modum, quia filii sunt Abrahae; anteponuntur enim gentibus [sed si credant].

3, 3. Quid enim, si quidam eorum non crediderunt? numquid incredulitas eorum fidem dei 10 evacuabit? absit. 1. hoc dicit, quia non praeiudicabitur Iudaeis credentibus, ne digni dicantur accipere quod promisit deus ceteris diffidentibus, quia sic facta promissio est, ut donum gratiae eius credentibus proficeret.

1a. igitur non indignatus deus propter illorum perfidiam, id 15 est Iudaeorum, dabit reliquis credentibus vitam aeternam, quam promisit futuram per fidem Christi, quia qui non crediderunt, ipsi se indignos fecerunt sine praeiudicio ceterorum. his dictis commendat credentes Iudaeos, quia nihil obest eis, quia multi ex illis credere noluerunt. 20

5 cf. Ios. 2, 9

1 deum] dominum *W* 5 istud] hoc *DA*, *om.* *F* ex *MW* 8 sed si credant *ODA* 9sq. eorum (*bis*)] illorum *WA* 11 euacuavit *FGBD YOW* predicabitur *FGMBYOW* hoc—20 noluerunt] non inquit quia—credere noluerunt *A* ex recens. *β* 11sq. hoc—credentibus] hoc dicit: numquid quia aliqui iudaeorum credere noluerunt quae deus promisit filiis abrahamae idcirco praeiudicabitur ceteris iudaeis *D* 13 deus—est] deus absit, quippe cum sic facta promissio sit *D* 16 iudaeorum non *A*

3, 4. Est enim deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est. 1. quoniam igitur (igitur quoniam) deus verax est, dat quod promisit. hominis est enim (autem est) fallere, quem tempora et causae (naturae
 5 inbecillitas) faciunt esse mutabilem per id quod praescientiam non habet. deus autem, apud quem
 α quod futurum est iam factum est, β nihil futurum est,
 tum est,
 inmutabilis perseverat, sicut dixit (dicit): ego sum et non
 10 mutator (mutabor). 2. omnem ergo hominem mendacem dicit (dicit mendacem), et verum est. natura enim quae fallitur, non absurde dicitur mendax. aliquando itaque (itaque aliquando) studio, aliquando errore mendax est; itaque non (non ergo) hoc de deo sperandum est, qui et perfectus {est}
 15 et benivolus [est],
 α ut non sit mendacium β ut non inpleat
 quod promisit. quod etiam profetico oraculo firmat dicens: scriptum est: ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas, cum iudicaris. [3. deum iustum in promissis et
 20 verbis suis profeticus sermo testatur, nec aliquorum perfidia fidem eius minui, sed dando vincere. quod perfidi non credentes negant eum daturum. dabit ergo quod iudicatur non daturus, ut vincat faciendo quod negatur facturus. tunc vincetur impietas, quae dum non credit, negat vera esse quae
 25 promisit deus. videbit enim factam resurrectionem, quam negavit, ut sciat victam esse perfidiam pollicitatione et veritate dei. hoc est quia deus verax est, omnis autem homo, qui negat quod futurum est, mendax.]
 {3a. ut firmaret quod supra dixit, quia deus in promissione
 30 sua fidelis est et omnis homo mendax, exemplum profeticum subdidit ex psalmo quinquagesimo, quo et deum verbis suis iustificari et hominem mendacem incredulitatis causa signa-

9 Mal. 3, 6 18 Ps. 50, 6

4 enim] autem β K 22 iudicatur] putatur IX

3, 4. Est enim deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est. 1. igitur quoniam deus verax est, dat quod promisit. hominis est enim fallere, quem tempora et naturae inbecillitas faciunt esse mutabilem per id quod praescientiam non habet. deus autem, apud quem nihil 5 futurum est, inmutabilis perseverat, sicut dicit: ego sum et non inmutor. 2. omnem ergo hominem dicit mendacem, et verum est. natura enim quae fallitur, non absurde dicitur mendax. itaque aliquando studio, aliquando errore mendax est; non ergo hoc de deo sperandum est, qui et perfectus est 10 et benivolus, ut non impleat quod promisit. quod etiam profetico oraculo confirmat dicens: scriptum est: ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas, cum iudicaris. 3. deum iustum in promissis et verbis suis profeticus sermo testatur, nec aliquorum perfidia fidem eius minui, sed dando 15 vincere. quod perfidi non credentes negant eum daturum. dabit ergo quod iudicatur non daturus, ut vincat faciendo quod negatur facturus. tunc vincetur impietas, quae dum non credit, negat vera esse quae promisit deus. videbit enim factam resurrectionem, quam negavit, et sciet victam esse 20 perfidiam pollicitatione et veritate dei. hoc est quia deus verax est, omnis autem homo mendax. inique enim occisus reum fecit diabolum, quem iam non peccando superaverat, ut secundo victus amitteret quos tenebat.

[3a. ut firmaret quod supra dixit, quia deus in promissione 25 sua fidelis est et omnis homo mendax, exemplum profeticum

6 Mal. 3, 6 12 Ps. 50, 6

3 est enim] autem est *A* 5 praescientiam *FGMB*. scientiam *W*
 5sq. apud—est] quem non latet id quod factum est *W* 7 inmutabor *W*, mutabor *DA* 12 confirmat] firmat *A*, signat *W* 13 cum] dum *ODA* 14 deum—
 24 tenebat *om. DA* 20 sciat *W* 25—p. 99, 24 *DA* 25 quia] quod *D*

vit. utrumque enim legitur in libro psalmodum, quia et deus iustus et verax est et omnis homo mendax. mendacem hominem dicit, dum non credit quod promisit deus; negans enim daturum deum quod promisit, mendax est. 4a. et dum ipse
 5 mendax est multis ex causis, deum mendacem pronuntiat, quando promissis eius non credit. igitur omnem hominem mendacem dicit, qui diffidens est de promissis dei. maxime tamen ad Iudaeos hoc pertinet, quorum causam tractat hoc loco apostolus, qui videntes Christum negaverunt hunc esse,
 10 quem promisit deus, ac per hoc mendaces pronuntiantur. deus autem verax est, quia misit Christum sicut promisit. et sic vincit, cum iudicatur, quia dabit quod daturus negatur. 5a. dum enim non ei creditur, mendax iudicatur. ille autem cum dat quod iudicatur non daturus, vincit ostendens se veracem, illum autem mendacem, qui non credit verbis eius. videbit enim dei filium in maiestate, quem negat, videbit et carnis resurrectionem, ut sciat victam esse perfidiam pollicitatione et veritate dei. nam et Christus cum iudicatus est vicit. ini-
 15 que enim occisus est et reum fecit diabolus, quem iam non peccando superaverat, ut secundo victus amitteret quos tenebat in inferis. hoc est quia omnis homo mendax, deus autem solus verax.}

3, 5. Si enim iniustitia nostra dei iustitiam commendat, quid dicemus? numquid iniquus deus
 25 qui infert iram? secundum hominem dico. absit. 1. hoc iuxta sensum profetae David dicit apostolus. David autem quando peccaverat causa Uriae Cethei, sciens, quia promissio peccatoribus dari non potest, exorat, ut iustificatio verborum dei vincat iudicium,

2sq. cf. Ps. 85, 15; 115, 11 27 cf. II Reg. 11, 4sqq.

23 enim] autem Φ 24 dicimus Φ 27 cethei S², ethei IX

subdidit ex psalmo quinquagesimo, quo et deum verbis suis iustificari et hominem mendacem incredulitatis causa signavit. utrumque enim legitur in libro psalmorem, quia et deus iustus et verax est et omnis homo mendax. mendacem hominem dicit, dum non credit quod promisit deus; negans enim daturum deum quod promisit, mendax est. 4a. et dum ipse mendax est multis ex causis, deum mendacem pronuntiat, quando promissis eius non credit. igitur omnem hominem mendacem dicit, qui diffidens est de promissis dei. maxime tamen ad Iudaeos hoc pertinet, quorum causam tractat hoc loco apostolus, qui videntes Christum negaverunt hunc esse, quem promisit deus, ac per hoc mendaces pronuntiantur. deus autem verax est, quia misit Christum sicut promisit. et sic vincit, cum iudicatur, quia dabit quod daturus negatur. 5a. dum enim non ei creditur, mendax iudicatur. ille autem cum dat quod iudicatur non daturus, vincit ostendens se veracem, illum autem mendacem, qui non credit verbis eius. videbit enim dei filium in maiestate, quem negat, videbit et carnis resurrectionem, ut sciat victam esse perfidiam pollicitatione et veritate dei. nam et Christus cum iudicatus est vicit. inique enim occisus est et reum fecit diabolum, quem iam non peccando superaverat, ut secundo victus amitteret quos tenebat in inferis. hoc est quia omnis homo mendax, deus autem solus verax.]

3, 5. Si enim iniustitia nostra dei iustitiam commendat, quid dicemus? numquid iniquus deus qui infert iram? secundum hominem dico. absit. 1. hoc iuxta sensum profetae David subiecit apostolus. David enim quia peccaverat causa Uriae Cethei, sciens autem, quia pro-

3sq. cf. Ps. 85, 15. 115, 11 29 cf. II Reg. 11, 4sqq.

21sq. non iam DA 25 si autem WA 28 subiecit] dicit A
enim] autem A 29 quia pr.] quando DA causa uxoris A² autem
om. DA

α quo iudicantur hi qui pec- β quod iudicatur non dari his
 cant, qui peccant,
 et paenitentem reformet sanctificans, ut det ei, quod iustis se
 daturum promisit. ac per hoc subiecit: si enim iniustitia
 5 nostra {iustitiam dei commendat} et cetera (reliqua),
 id (hoc) est, si quia nos peccatores sumus, deus iustificatur,
 iniquus erit, si vindicet. {1a. nam si iniustitia nostra ei pro-
 ficeret, sine dubio iniquus erat, si damnaret peccantes.}
 2. [absit, ait, secundum hominem dico. hoc est: hic
 10 sensus homini convenit, non deo, quia non cadit in deum, ut
 iniquus sit, sed in hominem;] quia iniustitia nostra deum facit
 iustum, si peccantibus nobis det quod promisit sanctis, [quia]
 quamvis {enim} peccatores simus, reformati tamen per paeni-
 tentiam, ut non iam peccatores, sed abluti promissionem
 15 mereamur accipere. 3. non ergo hic sensus est in verbis pro-
 fetae David, cum (dum) dicit: tibi soli peccavi et malum
 coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis et
 vincas, cum (dum) iudicaris, qui malorum hominum
 prava interpretatione adseritur, ut peccata hominum et mali
 20 actus dei iustificationi (ad dei iustificationem) proficiant et
 per mala nostra bonus adpareat et iniustitia nostra illum
 iustum ostendat. quoniam itaque iniquus non est deus, cum
 inrogat iram, iam non peccatis nostris iustificatur, quia si
 peccatis nostris iustificaretur, iniquus erit, si vindicet (vin-
 25 dicaret). sed absit;
 α non enim vult nos peccare. β quia non est iniquus, cum
 ideoque iustus est, si infert iram. vindicat. manifestum est quia
 iniustitia nostra dei iustitiam
 non commendat; si autem con-
 30 mendaret, non vindicaret,

16 Ps. 50, 6

3 performet *SIX* eis Φ 11 iustitia *K* 11sq. iustum facit *IX*
 13 sumus *K* reformari *SIX* 15 non] nam *SIX* 21 et] ut *IX*
 23sq. quia — iustificaretur *om.* Φ

missio peccatoribus dari non potest, exorat, ut iustificatio verborum dei vincat iudicium, quod iudicatur non dari his qui peccant, et paenitentem reformet sanctificans, ut det ei, quod iustis se daturum promisit. ac per hoc subiecit: si enim iniustitia nostra iustitiam dei commendat et cetera, 5 id est, si quia nos peccatores sumus, deus iustificatur, iniquus erit, si vindicet. 1a. et verum est, si tamen ei proficiat nostra iniquitas. sed quia periculosum est hoc dicere, non est iniquus deus si iudicet, quia non illi iniustitia nostra proficit, ut nobis peccantibus ille iustificetur, id est, ut gaudeat pec- 10 catis nostris, per quae ille solus iustus appareat. 2. sed absit, ait, secundum hominem dico. hoc est: sensus hic homini convenit, non deo, quia non cadit in deum, ut iniquus sit, sed in hominem; nec enim iniustitia nostra deum facit iustum, si peccantibus nobis det quod promisit sanctis; quamvis enim 15 peccatores simus, reformamur tamen per paenitentiam, ut non iam peccatores, sed abluti promissionem mereamur accipere. 3. non ergo hic sensus est in verbis profetae David cum dicit: tibi soli peccavi et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas, cum iudicaris, 20 qui malivolorum hominum prava interpretatione adseritur, ut peccata hominum et mali actus dei iustificationi proficiant et per mala nostra iustus appareat et iniustitia nostra iustum illum ostendat. itaque quoniam iniquus non est deus, cum inrogat iram, iam non peccatis nostris iustificatur, quia si pec- 25

18 Ps. 50, 6

1 peccatoribus promissio *FG*¹ dare *FGMBO* 2 quo iudicantur
 hi *D* 3 reformat *MBW* eis *A* 4 enim] autem *A* 6 si *om.* *G*¹ *BOA*
 7sq. et—iniquitas] nam si—peccantes *A* *ex recens.* β 13 quia] qui *W*
 15 quamvis enim] quia quamvis *DA* 16sq. iam non *W* 20 cum] dum *A*
 21 malorum *Y*² *A* 22 ad dei iustificationem *A* 23 iustus] bonus *YA*
 23sq. illum iustum *A* 24 quoniam itaque *A* 25 iustificatus *FG*,
 iustificaretur *YDA*¹

quia iustus est; ac per hoc subiecit: secundum hominem, inquit, dico. absit; hoc est: absit, ne deus iniquus dicatur, quia hoc homini competit, quem constat et errare et falli et fallere; nam deus immutabilis perseverat nec potest non amare quae fecit.

5

10

3, 6. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum? verum est, quia non erat iustum, ut iudicaret deus mundum, si peccata eius ipsi proficerent, ut nutu eius peccantes dum veniam consequuntur, deus bonus videretur (videatur) {, ut si isti non peccarent, non videretur iustus}. si enim non peccent, non habendo cui remittat, non erit bonus.

3, 7. Si enim veritas dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius, quid adhuc et ego tamquam peccator iudicor? manifestum est, quia, si ad gloriam dei proficit mendacium hominum, ut ille solus verus appareat, peccatores non sunt dicendi qui peccant, {quia non voluntate, sed} impulsu [enim] eius videbuntur peccare. quod absit.

3, 8. Et non sicut blasphemamur, et sicut aiunt nos quidam dicere: faciamus mala, ut veniant bona.

1. α hoc est unde sibi quaestionem fecit apostolus.

β nunc aperit, quorum causa haec sollicite et cum reverentia disputat.

30 a perversis {enim} hoc opponeretur, quasi hic esset sensus praedicantium remissionem peccatorum, ut facerent mala et venirent bona, hoc est, peccarent, ut remittendo illis deus

11 alioqui *NS*¹, alioquin *K*
17 enim] autem *Φ* 28 facit *K*

11sq. iudicabitur hic mundus *Φ*

catis nostris iustificatur, iniquus erit, si vindicet. sed absit; non enim vult nos peccare. ideo quia iustus est infert iram.

3, 6. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum? verum est, quia non erat iustum, ut iudicaret deus mundum, si peccata eius ipsi proficerent, ut nutu eius peccantes dum veniam consequuntur, deus bonus videatur, ut si isti non peccarent, non videretur iustus. si enim non peccent, non habendo cui remitteret, non esset bonus. sed absit.

3, 7. Si enim veritas dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius, quid adhuc et ego tamquam peccator iudicor? manifestum est, quia, si ad gloriam dei proficit mendacium hominum, ut ipse solus verus appareat, peccatores non sunt dicendi qui peccant, [quia non voluntate, sed¹ impulsu enim eius videbuntur peccare. quod absit.

3, 8. Et non sicut blasphemamur et sicut aiunt nos quidam dicere: faciamus mala, ut veniant bona. 1. hoc est unde sibi quaestionem fecit apostolus. a perversis enim hoc obponebatur, quasi hic esset sensus praedicantium remissionem peccatorum, ut facerent mala et venirent bona, hoc est, peccarent, ut remittendo illis deus videre-

1 post absit: quia non — quae fecit *add. D ex recens. β p. 100, 26—102, 10*
 6 uideretur *A*, uidetur *W* 7 isti] hi *GOD, om. YA* 8 remittat non
 erit *A* 10 gloria *A* 13 peccatores — peccant *om. FG¹O* 13sq. quia —
 sed *DA* 14 enim *om. FGYOD* 17 eueniant *W* 18 hoc — apo-
 stolus] nunc — disputat *A ex recens. β* 19 essent *A*

videretur bonus {secundum quae supra dicta sunt}. quod blasphemium appellat et abicit a sensu divinae doctrinae. nec enim peccari debere fides suadet (tradit) {,quippe cum deum iudicaturum praedicet}, sed delinquentibus dat medelam
 5 (consulit), ut recuperata sanitate (salute) {sub dei lege viventes} iam non peccent. ideoque subiunxit (subiecit):

Quorum damnatio iusta est. 2. {id est hominum} horum, qui aemulatione invidiae istud de nobis interpretantur, {quod supra dictum est,} damnatio iusta est. {2a. haec
 10 enim iactabant Iudaei, ut doctrinam apostolicam criminarentur dicentes, quod, cum remissionem peccatorum praedicant, peccandi fomitem praebeant, ut quasi securi homines de remissione prompte peccarent, cum constet post acceptam fidem periculosum esse peccare, et hoc praedici credentibus.}

15 **3, 9.** Quid ergo tenemus amplius? causati enim sumus Iudaeos et Graecos omnes sub peccato esse. hoc est:

α quid adhuc latius loquimur? β quid adhuc inmoramur latius loquentes?

20 ostendimus enim ratione reddita (redditis causis) tam Iudaeos quam Graecos, id est gentiles, omnes reos esse, ideoque frustra legem servari. primum enim Graecos ostendit reos iuxta legem naturae et quod neque legem Moysi receperint, quamobrem pessima eorum et pergravis causa {est}. deinde
 25 {etiam} Iudaeos ostendit reos, qui sub lege dei vivere videntur ac sibi [ex] merito patrum defenderent dignitatem, ex hoc (eo) [praecipue], quod promissionem patrum spreverint, dei gratiam in irritum deducentes. ad quam rem firmandam exemplum profeticum subdidit ex psalmo decimo tertio (ter-
 30 tio decimo) dicens [scriptum esse]:

15 quid — amplius] quid igitur praecellimus eos nequaquam Φ 23 mosi
 NS¹, moisi K 25 viderentur vivere IX 26 ex om. S 27 spreuerunt K

tur bonus [secundum quae supra dicta sunt]. quod blasphemium appellat et abiecit a sensu divinae doctrinae. nec enim peccari debere fides suadet, quippe cum dominum [iudicaturum] praedicet, sed delinquentibus dat medelam, ut recuperata salute [sub dei lege viventes] iam non peccent. ideoque 5 subiecit:

Quorum damnatio iusta est. 2. id est hominum horum, qui aemulatione invidiae istud de nobis interpretantur, [quod supra dictum est,] damnatio iusta est. 2a. haec enim iactabant Iudaei, ut doctrinam apostolicam criminarentur 10 dicentes, quod cum remissionem peccatorum praedicet, peccandi fomitem praebet, ut quasi securi homines de remissione prompte peccarent, cum constet post acceptam fidem periculosum esse peccare, et hoc praedici credentibus.

3, 9. Quid ergo tenemus amplius? causati enim 15 sumus Iudaeos et Graecos omnes sub peccato esse. hoc est: quid adhuc iam moramur latius loquentes? ostendimus enim redditis causis tam Iudaeos quam Graecos, [id est gentiles,] omnes reos esse, ideoque frustra legem servari. primum enim Graecos ostendit reos iuxta legem naturae, et 20 quod neque legem Moysi receperint, quamobrem pessima eorum et pergravis causa [est]. deinde etiam Iudaeos ostendit reos, qui sub lege dei vivere videntur, ac sibi merito patrum defenderent dignitatem, ex eo, quod promissionem patrum spreverint, gratiam dei in irritum deducentes. ad quam rem 25 firmandam exemplum profeticum subdidit ex psalmo tertio decimo dicens:

1 secundum—sunt *DA* 2 abiecit *O*, abscidit *W* 3 suadet] tradit *A* dominum] deum *A* iudicaturum *DA* 4 praedicat *W* dat medelam] consulit *A* 5 sub—viventes *G²ODA* peccent sub dei lege viventes *Y*
9 quod—est *DA* **11sq.** praedicant . . . praebent *DA* **15** quod *FGB¹*
tenemus amplius] praecellimus eos nequaquam *A* (*Vulg.*) enim] ergo *W*,
om. B **17** adhuc inmoramur *WA* **18sq.** id est gentiles *CA* **19** ser-
uare *W* **21** reciperent *A* **22** pergrauissima *A* est *WA* **23** viderentur *CA*
25 spreverunt *MDO* dei gratiam *CA* **26** psalmo *W¹*, salmo *O*

3, 10. {Sicut scriptum est:} quia non est iustus quisquam. ab iniustitia coepit mala opera numerare (enumerare) et partim peiora subiungere (subicere), ut manifestaret in his nullam spem videri, nisi implorent misericordiam Christi, qui peccata dimittit. deinde adiecit:

3, 11. Non est intellegens. verum est, quia si daret operam intellegere, iniustus non esset.

Non est qui requirat deum. nec istud occultum est, quia si intellegeret, quid prodesset, quaereret deum {et non sicut Asa rex Iuda, qui post multa dei beneficia sic depravatus est, ut infirmitatem pedum passus profeta praesente non quaereret deum}.

3, 12. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt. nemini dubium, quia omnes non quaerentes deum declinantur (inclinantur), ut auxilium requirant (quaerant) a vanitate;

α vanitas est autem idolum. β vanitas autem est idolum. {ideo inutiles sunt.}

Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. qui neglegunt deum (quia neglecto deo) inutiles facti sunt, bonum utique facere non possunt; iam enim depravati proficiunt in peius.

3, 13. Sepulchrum patens est guttur eorum. 1. iam malis mancipati bonos, si posset fieri, devorare volebant, ut sicut sepulchrum patet ad recipienda cadavera, ita et illorum guttur adversus bonos (adversus bonos guttur illorum).

1 Ps. 13, 1sq. 10sq. cf. II Par. 16, 12

2 coepit eorum K^2 3 partim] patribus SK , partibus IX 4 imploret NS^1K , imploretur S^2 , impleteretur IX 4sq. misericordia NS
 8 quaerat NS^1K 14sq. declinant IX 17 autem est βKIX
 24 male S , malo IX

3, 10. Sicut scriptum est: quia non est iustus quisquam. ab iniustitia coepit mala opera eorum enumerare et partim peiora subicere, ut manifestaret in his nullam spem videri, nisi inplorent misericordiam Christi, qui peccata remittit. deinde adiecit: 5

3, 11. Non est intellegens. verum est, quia si daret operam intellegere, iniustus non esset.

Non est qui requirat deum. nec istud occultum est, quia si intellegeret, quid prodesset, quaereret deum et non sicut Asa rex Iuda, qui post multa dei beneficia sic depravatus est, ut infirmitatem pedum passus profeta praesente non quaereret deum. 10

3, 12. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt. nemini dubium, quia omnes non quaerentes deum inclinantur, ut auxilium quaerant a vanitate; vanitas autem 15 idolum est. ideo inutiles fiunt.

Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. quia neglecto deo inutiles facti sunt, bonum utique facere non possunt; iam enim depravati proficiunt in peius.

3, 13. Sepulchrum patens est guttur eorum. 20
1. iam malis mancipati bonos, si posset fieri, devorare volebant, ut sicut sepulchrum patet ad recipienda cadavera, ita et adversus bonos guttur illorum.

1 Ps. 13, 1sqq. 10sqq. cf. II Par. 16, 12

3 subiacere *W* 4sq. dimittit *CA* 8 qui requirat] qui querat *M*
BYD, est requirens *W* 10 asaph *WAC* 15 requirant *CA* 16 est
 idolum *CA*

Linguis suis dolose agebant. 2. qui tam malis operibus adsueverant, quae (quaeque) loquebantur, in fallacia erant.

Venenum aspidum sub labiis eorum.

5 3. α hoc est: verba eorum β hoc dicit, quia verba huiusmodi hominum

muscipula sunt. ad hoc enim loquuntur, ut decipiant, ut sicut per labia serpentis venenum infunditur, ita et per labia horum (eorum dolus et) circumventiones.

10 **3, 14.** Quorum os maledictione et amaritudine plenum est.

α hoc dicit, quia contra bonos β manifestum est, quia contra bonos mali

semper maledicta et amara proponebant (proponunt) in conviciis illorum prorumpentes {et detractionem}.

3, 15. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. hoc de nece profetarum dixit, quos occiderunt in pigre, ad bonum segnes, ad parricidium celeres (veloces).

20 **3, 16.** Contritio et infelicitas in viis eorum. quoniam citati erant ad malefaciendum, iter ipsorum vel gressum tritum (tribulatum) et infelix pronuntiat.

3, 17. Et viam pacis non cognoverunt.

α via pacis est mens inturbata; β via pacis lenis est et inturbata;

25 omnis enim bona vita tranquilla et actus modesti ipsi sunt pacifici. {et per istos itur ad deum. illi ergo haec nolentes scire elegerunt viam tribulationum per quam itur in gehennam.}

2 in om. IX 14 maledici S 16 eorum] illorum S 18 in pigri S²
20 citati]om. NSK¹IX, citi K² 20 sq. vel gressum] uelox esse IX 21 tritum]
om. K¹, tribulatum β K² 25 omnes enim quorum bona S²IX 26 et
per istos itur ad deum β K²

Linguis suis dolose agebant. 2. qui tam malis operibus adsueverant, quae[que] loquebantur, in fallacia erant.

Venenum aspidum sub labiis eorum. 3. hoc dicit, quia huiusmodi hominum verba muscipula sunt. ad hoc enim loquuntur, ut decipiant, ut sicut per labia serpentis venenum 5
infunditur, ita et per labia eorum dolus et captio.

3, 14. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est. apertum est et manifestum, quia mali contra bonos maledicta semper et amara proponunt in convicium illorum prorumpentes et detractionem. 10

3, 15. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. hoc de nece profetarum dixit, quos occiderunt inpigre, ad bonum segnes, ad parricidium veloces.

3, 16. Contritio et infelicitas in viis eorum. quoniam properabant ad malefaciendum, iter ipsorum vel 15
gressum tribulatum et infelix pronuntiat.

3, 17. Et viam pacis non cognoverunt. inimicitarum viam eligentes, per quam itur ad mortem secundam, iter per quod pergitur ad aeternam vitam — quae idcirco pax dicitur, quia nullam perturbationem habebit, deum habens 20
propitium — spreverunt nolentes scire, quia bonae voluntatis homines hi requiem habebunt apud deum.

2 quaeque A 4 uerba huiusmodi hominum CA 6 captio] captio MW, circumventiones CA 8 apertum — manifestum] manifestum est CA 9 maledicta semper] mali semper maledicta CA 13 inpigri A²
15 properabant] citati erant CD 17 inimicitarum — 22 deum] via pacis lenis est — gehennam CD ex recens. β 19 per quod] quo WA 20 habentes A²

3, 18. Non est timor dei ante oculos eorum. 1. quoniam huiusmodi sine sensu sunt, dei timorem non habent. initium enim sapientiae timor domini {dicit Solomon}. et non dixit timorem dei hos non habere, sed: 5 non est, inquit, timor dei ante oculos eorum. videntes enim {tam} maligna opera sua et non horrentes timorem dei ante oculos dicuntur (dicuntur ante oculos) non habere. istos omnes et profeta Hieremias significat dicens {inter cetera}: tunc omnes insurrexerunt in profetam do- 10 mini volentes occidere eum, et sequitur: omnis autem populus non permisit. 2. istos ergo omnes dicit, sed malos, et hos omnes, sed bonos. neque enim quia dicit: omnes declinaverunt, totam penitus plebem significat, sed hanc partem plebis {sicut et memoratus profeta refert}, 15 in qua omnes mali se condiderunt. {semper enim duo populi sunt in una plebe.} hic enim (hic est ergo) populus, quem increpat dominus sub nomine Hierusalem dicens: Hierusalem, Hierusalem, quae occidis profetas [et cetera] et alio loco: generatio {ait,} mala et adultera et: natio 20 viperarum. 3. de his (huiusmodi) queritur {etiam} profeta Esaias dicens: vae genti peccatrici, semen pessimum. per malam {enim} voluntatem, dum fructus malos faciunt, semen pessimum sunt; et quia, si voluerint, possunt converti, vox probat apostoli {in alia epistola} dicentis: eramus et 25 nos aliquando natura filii irae sicut et ceteri.

3, 19. Scimus autem, quoniam quaecumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur. 1. manifestum est, quia hos increpat lex, qui et primum non credide-

3 Prov. 1, 7 9 cf. Ier. 26, 8 10 cf. Ier. 26, 16 17 Matth. 23, 37 19 Matth. 12, 39; 3, 7 21 Is. 1, 4 24 Eph. 2, 3

6 tam βK 8 ieremias X 16 hic est IX 17 sq. hierusalem, hierusalem om. SIX 21 isaias S, aesaias K, esayas IX 23 et—possunt om. SIX 24 in alia epistola β K²

3, 18. Non est timor dei ante oculos eorum.

1. quoniam huiusmodi sine sensu sunt, dei timorem non habent. initium enim sapientiae timor domini, dicit Solomon. et non dixit timorem dei istos non habere, sed: non est, inquit, timor dei ante oculos eorum. videntes 5 enim tam maligna opera sua et non horrentes timorem dei dicuntur ante oculos non habere. istos omnes et profeta Hieremias significat inter cetera dicens: tunc omnes insurrexerunt in profetam domini volentes occidere eum, et subiecit: omnis autem populus non permisit. 10

2. illos ergo omnes dixit, sed malos, et hos omnes, sed bonos. neque enim quia dicit: omnes declinaverunt, totam penitus plebem significat, sed hanc partem plebis, sicut et memoratus profeta refert, in qua omnes mali se condiderunt. semper enim duo populi sunt in una plebe. hic est ergo populus, 15 quem increpat dominus sub nomine Hierusalem dicens: Hierusalem, Hierusalem, quae occidis profetas, et alio loco: generatio, ait, mala et adultera, et: natio viperarum. 3. de huiusmodi queritur etiam profeta Esaias dicens: vae, gens peccatrix, semen pessimum. per 20 malam enim voluntatem, dum fructus malos faciunt, semen pessimum sunt; et quia, si voluerint, possunt converti, vox probat apostoli in alia epistola dicentis: eramus et nos aliquando natura filii irae sicut et ceteri.

3, 19. Scimus autem, quoniam quaecumque lex 25

loquitur, his qui in lege sunt loquitur. 1. manifestum est, quia hos increpat lex, qui et primum non crediderunt

3 Prov. 1, 7 8 cf. Ier. 26, 8 10 cf. Ier. 26, 16 17 Matth. 23, 37
18 Matth. 12, 39; 3, 7 20 Is. 1, 4 23 Eph. 2, 3

3 habentes *A* 3sq. dicit Solomon *om. OYD* 4 istos] hos *GCD*
6 maligna] magna *FG¹BOA* non *om. FG¹MBOWA* 7 oculos
eorum *A* 8 dicens inter cetera *C* 10 subiecit] sequitur *C* 11 dicit *C*
14 referet *C* 20 genti peccatrici *D* 27 est *om. A* increpabat *A*

runt duci ipso Moysi neque profetis parentibus suis, quos et
 persequentes occiderunt, neque apostolis cognatis suis secun-
 dum carnem, quorum sanguinem effuderunt, semper impii et
 in deum rebelles, ut per legem damnentur. sicut enim omnium
 5 malorum una est causa in malo, ita et cunctorum bonorum.
 in istis ergo {omnium} similium arguitur malum. haec ad
 Iudaeorum confusionem pertinent, qui sibi et parentibus suis
 testimonium ex lege ferebant.

Ut omne os obstruatur et subditus fiat omnis
 10 mundus deo. 2. hoc dicit, quia Iudaeis in peccatis constrictis
 omnis mundus subditus fit deo.

α de gentibus vero nulli du- bium est, quia obruti sunt de- lictis,	β nulli enim dubium est, quia pagani obruti sunt delictis et impietatibus,
15 ac per hoc totus mundus deo α indulgentiam pertinere, quia omnis mundus Iudaeo- rum et gentilium est.	prostratus est, ut possit ad β indulgentiam pervenire, quia omnis mundus Iudaei erant et gentiles, a quibus segregati sunt fideles.

20 quando ergo Iudaeos, qui legem acceperunt a deo et quibus
 facta promissio est, peccatis probat obnoxios, dubium non est
 omnes Graecos reos esse mortis, ac per hoc omne os ob-
 struatur, ait, et subditus fiat omnis mundus deo,
 {quia} dum omnes {rei adprobati} indigeant misericordiam
 25 dei, tam Iudaei quam gentiles (etiam Graeci).

3, 20. Quoniam quidem non iustificabitur ex
 operibus legis omnis caro coram deo. 1. non ideo
 minime iustificatos homines adserit apud deum, quia legem
 iustitiae non servaverunt in praeceptis, sed quia sacramentum

1 musī NS¹, moisi K 1sq. occiderunt et (et om. X) persequentes
 IX 5 malos Φ et om. Φ bonorum in bonos IX 7 pertinent confusi-
 onem IX 22 obstruitur X 24 misericordia IX 26 iustificatur Φ
 28 iustificatos] iustificari (-re K) os (hos K, omnes IX) Φ adserit om.
 NSK¹IX 29 servauerint K

duci suo Moysi neque profetis parentibus suis, quos et persequentes occiderunt, neque apostolis cognatis suis secundum carnem, quorum sanguinem effuderunt, semper impii et in deum rebelles, ut per legem damnentur, cuius auctoritatem contemnendam putaverunt. sicut enim omnium malorum 5 unum est nomen in malo, ita et cunctorum bonorum. in istis ergo omnium similium arguitur malum. haec ad confusionem Iudaeorum pertinent, qui sibi et parentibus suis testimonium ex lege ferebant.

Ut omne os obstruatur et subditus fiat omnis 10 mundus deo. 2. hoc dicit, quia Iudaeis in peccatis constrictis omnis mundus subditus fit deo. nulli enim dubium est, quia pagani obruti sunt delictis et impietatibus, ac per hoc totus mundus deo prostratus est, ut possit ad indulgentiam pertinere; omnis enim mundus Iudaei erant et gentiles, a quibus segregati sunt fideles. quando ergo Iudaeos, qui legem 15 acceperant a deo et quibus facta promissio est, peccatis probat obnoxios, dubium non est omnes Graecos reos esse mortis, quamobrem: omne os, ait, obstruatur et subditus fiat omnis mundus deo, quia omnes rei adprobati indigent 20 misericordia dei, tam Iudaei quam etiam Graeci.

3, 20. Quoniam quidem non iustificabitur ex operibus legis omnis caro coram deo. 1. non ideo minime iustificatos homines adserit apud deum, quia legem iustitiae non servaverunt in praeceptis, sed quia sacramentum 25 mysterii dei, quod in Christo est, credere noluerunt. per hoc

4sq. cuius—putaverunt *om. C* 6 unum est nomen] una est causa *C*
 7sq. iudaeorum confusionem *C* 15 quia omnis mundus *C* et gentiles erant *F¹G*
 17 acceperunt *C* 19 obstruatur ait *C* 20 quia] dum *C* probati *C* 21 misericordiam *F¹G¹MA* 22 quoniam] quia *A* (*Vulg.*) quidem *om. WA*

mysterii dei, quod in Christo est, credere noluerunt. per hoc enim decrevit deus iustificari homines, non per legem, quia lex ad tempus iustificat, non apud deum. ideo legem servantes in tempore iusti

5 α dicuntur, apud deum vero β sunt, non apud deum, iniusti,

quia fides, per quam iustificantur homines apud deum, non est in eis. {1 a. maior enim fides est quam lex, quia lex ad nos pertinet, fides ad deum. idcirco lex temporalem habet iustitiam, fides aeternam.}

10

2. α omnem carnem omnem hominem dicit, β nam omnem carnem dicens omnem hominem significavit,

sicut et profeta {Esaias} ait quia videbit omnis caro 15 salutare dei, id est videbit omnis homo Christum dei (domini), in quo salus omnium continetur. {2 a. et idcirco in carne significantur, quia peccatis obnoxii sunt. sicut enim iustitia spirituales facit, ita et delictum carnales, ut ex actu nomen accipiat homo.}

20 Per legem enim cognitio peccati. 3. per fidem autem abolitio; ideo sequenda fides est. quae est haec lex, per quam dicit cognitum esse peccatum? et cognitum quomodo? videtur enim nobis veteres non ignorasse peccatum, quia et Iosef in carcere missus est, licet per calumniam, et 25 pincerna et pistor Faraonis causa peccati. omnes (quomodo) ergo latebant peccata? 4. duplex (triplex) quidem lex est, ita ut prima pars de sacramento divinitatis sit dei, secunda autem quae congruit legi naturali [et] quae interdicit peccatum, tertia vero lex factorum, id est

30 α sabbati, neomeniae, circum- β sabbata, neomeniae, cir-

14 Is. 40, 5 24 cf. Gen. 39, 20 25 cf. Gen. 40, 1sqq.

15 dei *pr.*] deo *NS*¹ 24 carcerem *IX* 25 omnes *corruptum putat Bulhart* 26 duplex] triplex β *K*² 28 naturali] natura *NS*¹ *K*¹, naturae *S*² *IX* 30 sabbati] sabbata Φ neomenias *SK* 30sq. circumcisionis] circumcisio β *SIX*, *om. K*

enim decrevit deus iustificari homines, non per legem, quae ad tempus iustificat, non apud deum. ideo legem servantes in tempore iusti sunt, non apud deum, quia fides, per quam iustificantur homines apud deum, non est in eis. 1a. maior enim fides est quam lex, quia lex ad nos pertinet, fides ad 5 deum. idcirco lex temporalem iustitiam habet, fides aeternam. 2. nam omnem carnem dicens omnem hominem significavit, sicut et profeta Esaias ait quia videbit omnis caro salutare dei, id est videbit omnis caro Christum dei, in quo salus omnium continetur. 2a. et idcirco in carne signi- 10 ficantur, quia peccatis obnoxii sunt. sicut enim iustitia spirituales facit, ita et delicta carnales, ut ex actu nomen accipiat homo.

Per legem enim agnitio peccati. 3. per fidem autem abolitio; ideo sequenda fides est. quae est ista lex, 15 per quam cognitum dicit esse peccatum? et cognitum quomodo? videmus enim veteres non ignorasse peccatum, quia et Iosef in carcerem missus est, licet per calumniam, et pincerna et pistor Faraonis causa peccati. quomodo ergo latebant peccata? 4. triplex quidem lex est, ita ut prima pars de 20 sacramento sit divinitatis dei, secunda autem, quae congruit legi naturali, quae interdicit peccatum, tertia vero legis fac-

8 Is. 40, 5 18 cf. Gen. 39, 20 18sq. cf. Gen. 40, 1sq.

1 iustificare *WA* quae] quia lex *CDA* 6 habet iustitiam *C*
 9 salutarem *C* caro] homo *YCA* dei *alt.*] domini *C* 13 accipiat] accepit *WA*, *om.* *FGM* 14 agnitio] cognitio *AC* (*Vulg.*) 15 ista] haec *C*, autem talis *WA* 16 per] post *W* dicit cognitum *C* 18 carcere *MBW* 21 diuinitatis sit *C*

cisionis et cetera. haec ergo cumcisio et cetera. haec est
 lex naturalis, quae per Moy- ergo lex naturalis, quae per
 sen partim reformata est, par- Moysen partim reformata,
 tim auctoritatem accepit, partim auctoritate eius fir-
 5 mata
 in vitiis cohibendis cognitum fecit peccatum, non quod late-
 ret, sicut dixi, sed ostendit peccata quae fiunt non in pun-
 futura apud deum. {4a. et ostendit futurum dei iudicium, ut
 nullus peccator immunis a poena sit, ne forte quis ad tempus
 10 evadens legem inlusisse putaretur.} 5. hoc est quod lex osten-
 dit.

3, 21. Nunc vero sine lege iustitia dei manifes-
 tata est, testimonium habens a lege et profetis.
 1. apertum est, quia iustitia dei sine lege apparuit {; sed sine
 15 lege sabbati et circumcisionis et neomeniae et vindictae, non
 tamen sine sacramento divinitatis dei, quippe cum iustitia dei
 de sacramento dei sit}. quando enim quos lex reos tenebat,
 iustitia dei ignovit illis, sine lege {utique} hoc fecit, quia in
 quos lex vindicatura erat, donavit illis peccatum. et ne hoc
 20 forte contra legem factum putaretur, adiecit iustitiam dei
 testimonium habere ex lege et profetis, hoc est quia lex {ex
 alia parte} istud olim futurum dixerat, quia venturus erat,
 qui [quod lex facere non potuit, faceret, ut] homines salvaret;
 quod legi concessum non erat, ut peccata donaret. 2. ideo
 25 autem iustitia dei dicta est, quae videtur esse misericordia,
 quia de promissione originem habet,
 α et promissio dei cum red- β et cum promissum dei red-
 ditur, ditur,
 iustitia dei dicitur. iustitia est enim, qua redditum est quod
 30 promissum est. et cum suscepit confugientes ad se, iustitia
 [dei] dicitur, quia non suscipere [confugientem] iniquitas est.

2 musen *NS*¹, moisen *K*
 19 illa *S*¹*IX* 30 succipit *IX*

14 iustia *S*¹

18 utique *K*²

torum, id est sabbata, neomeniae, circumcisio et cetera. haec est ergo lex naturalis, quae per Moysen partim reformata, partim auctoritate eius firmata in vitiis cohibendis cognitum fecit peccatum, non quod lateret, sicut dixi, sed ostendit [peccata quae fiunt non inpune futura apud deum, 4 a. et ostendit] 5 futurum dei iudicium, ut nullus peccator immunis a poena sit, ne forte quis ad tempus evadens legem inlusisse putaretur. 5. hoc est quod lex ostendit, quia peccatum inputaretur apud deum.

3, 21. Nunc vero sine lege iustitia dei mani- 10
festata est, testimonium habens a lege et profetis.
1. apertum est, quia iustitia dei sine lege apparuit; sed sine lege sabbati et circumcisionis et neomeniae et vindictae, non [tamen] sine sacramento divinitatis dei, quippe cum iustitia dei de sacramento dei sit. nam quando quos reos lex tene- 15
bat, iustitia dei ignovit illis, sine lege utique hoc fecit, quia [in] quos lex vindicatura erat, donavit illis peccatum. et ne hoc factum contra legem forte putaretur, adiecit iustitiam dei testimonium habere ex lege et profetis, hoc est quia ipsa lex ex alia parte olim istud futurum dixerat, quia venturus erat 20
qui homines salvaret; quod legi concessum non erat, ut peccata donaret. 2. idcirco autem dei iustitia dicitur, quae videtur esse misericordia, quia de promissione originem habet, et cum promissum dei redditur, iustitia dei dicitur. iustitia est enim quia exsolutum est quod promissum est. et cum suscipit 25
confugientes ad se, iustitia dicitur, quia non suscipere iniquitas est.

1 numeniae *C* **4sq.** peccata—ostendit *C* **10** manifestata] testi-
ficata *WA* **13** numeniae *C*, neomoeniae *FGMB* **14** tamen *C*
15 reos quos *FGMBOYWA* lex reos *C* **16** sine] in *FGMBOY*
17 in *YCD* **18** forte contra legem factum *C* **22** idcirco] ideo *C* ius-
titia dei dicta est *C* **24sq.** iustitia—quia] iustitiam (iustiam *W*) esse
quia *WA* **25** exsolutum] redditum *C* suscepit *WA*¹

3, 22. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi.
 {1a. quid est aliud per fidem Iesu Christi, nisi quia ipsa
 dei iustitia manifestatio Christi est? per fidem enim prae-
 dicationis Iesu Christi agnoscitur donum dudum promissum
 5 a deo vel sumitur.}

{In omnes et} super omnes qui credunt. 2. hoc
 est super omnes Iudaeos et Graecos credentes videri dei
 iustitiam.

3, 23. Non est enim distinctio. omnes enim pec-
 10 caverunt et egent gloriam dei. 1. quia dixerat super
 omnes {Iudaeos et Graecos} dei esse iustitiam, ut hoc probaret,
 adiecit: omnes enim, ait, peccaverunt. hoc generaliter
 accipiendum, unde ait: non est distinctio. 2. omnes enim.
 hic comprehendit etiam et sanctos]. nemo enim sine peccato]
 15 {ut ostenderet nihil profuisse legem sine fide. sic enim lex
 data est, ut et fides esset in lege, quae futuram speraret salu-
 tem}. quamobrem mors Christi omnibus proficit, quia et hic
 in saeculo, quid credendum et observandum est, docuit et de
 inferno omnes eripuit.

3, 24. Iustificati gratis per gratiam ipsius.
 20 1. iustificati sunt gratis, quia nihil operantes neque vicem
 reddentes sola fide iustificati sunt dono dei.

Per redemptionem, quae est in Christo Iesu.
 2. gratiam dei in Christo esse testatur, quia dei voluntate a
 25 Christo redempti sumus {, ut manumissi iustificaremur}, sicut
 {et} ad Galatas dicit: Christus nos redemit offerrens se
 pro nobis. permisit enim se saevienti diabolo, sed inprae-
 scio. putans autem se Christum posse retinere veluti accepit
 eum, sed quia virtutem eius ferre non potuit, omnes quos
 30 tenebat simul cum illo amisit.

26 Gal. 3, 13

7 uidere S²IX 10 gloria S²IX 13 accipiendum est K 26 galathas
 KIX 27 se om. S I X saevienti] uolenti K 27 sq. inpraescio] inscio IX

3, 22. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi.
1a. quid est aliud per fidem Iesu Christi, nisi quia ipsa
dei iustitia manifestatio Christi est? per fidem enim mani-
festationis Iesu Christi agnoscitur donum dudum promissum
[a deo] vel sumitur. 5

In omnes et super omnes qui credunt. 2. hoc
est super omnes Iudaeos et Graecos credentes videri dei
iustitiam.

3, 23. Non est enim distinctio. omnes enim pec-
caverunt et egent gloriam dei. 1. quia dixerat super 10
omnes Iudaeos et Graecos dei esse iustitiam, id est gratiam,
ut hoc probaret, adiecit: omnes enim, ait, peccaverunt.
hoc generaliter accipiendum, unde ait: non est distinctio.
omnes enim, ait, peccaverunt, tam Iudaei quam Graeci.
2. omnes enim. hic comprehendit etiam et sanctos, ut osten- 15
deret nihil profuisse legem sine fide. sic enim lex data est,
ut et fides esset in lege, quae futuram speraret salutem. quam-
obrem Christi mors omnibus proficit, quia et hic in saeculo,
quid credendum et observandum est, docuit et de inferno
omnes eripuit. 20

3, 24. Iustificati gratis per gratiam ipsius.
1. iustificati sunt gratis, quia nihil operantes [neque vicem
reddentes] sola fide sanctificati sunt dono dei.

Per redemptionem, quae est in Christo Iesu.
2. gratiam dei in Christo esse testatur, quia voluntate dei 25
a Christo redempti sumus, ut manumissi iustificaremur, sicut
et ad Galatas dicit: Christus nos redemit offerens se

27 Gal. 3, 13

3 manifestatio] praedicatio *OC* 3sq. praedicationis *ODC* 5 a
deo *CA*², a deo promissum *OD* 7 videri] uidere *WA*, ueri *C* 10 gloria
GYD 11 id est gratiam] *om. C*, id est uel gratiam uel gloriam *W*
18 mors christi *C* proficit *C* 22 qui *A* 22sq. neque uicem reddentes *D*
23 sanctificati] iustificati *DC* 27 et *om. C* galathas *FBODA* offerens—
p. 121, 1 nobis] de maledicto legis (offerens se pro nobis *A*) factus pro nobis
maledictum (-us *A*) *WA*

3, 25. Quem proposuit deus propitiatorem fidei.

1. hoc dicit, quia in Christo proposuit deus, id est disposuit, propitium se futurum humano generi, si credant (credat).

In sanguine ipsius. 2. ideo in sanguine ipsius,
 5 quia morte eius liberati sumus, ut et manifestaret illum et mortem passione eius damnaret.

Ad ostensionem gratiae (iustitiae) suae. 3. hoc est, ut promissum suum palam faceret, quo nos a peccatis liberaret, sicut ante promiserat. quod cum implevit, iustum
 10 se ostendit.

3, 26. Propter propositum praecedentium delictorum {in} patientia dei. 1. sciens deus propositum voluntatis (benignitatis) suae {, quo} censuit peccatoribus subvenire, tam his qui sunt apud superos, quam his qui in in-
 15 ferno tenebantur, utrosque diutissime expectavit, evincens (evacuans) sententiam, qua iustum videtur omnes damnari, ut ostenderet nobis, quod olim decreverat liberare genus humanum per Christum, sicut promisit per Hieremiam profetam dicens: propitius ero iniquitatibus illorum et
 20 delictorum eorum non memorabor. et ne forte hoc donum solis Iudaeis promissum videretur, alio loco dicit (per Esaiam dicitur): domus mea domus orationis vocabitur {in} omnibus gentibus. {1a. quamvis enim Iudaismo facta promissio sit, sed praescius deus, eo quod
 25 donum eius reprobaturi essent inpii Iudaei, gentes se ad percipiendam gratiam suam promisit admittere, quorum aemulatione in iram missi cruciarentur inpii Iudaei.}

19 Ier. 31, 34 22 Is. 56, 7

5 ut et ut *NS*¹

12 patientiae *S²IX*

23 omnibus] cunctis *X*

pro nobis. permisit enim se saevienti diabolo, sed inpraescio. putans enim Christum se posse retinere veluti accepit eum, sed quia virtutem eius ferre non potuit, omnes quos tenebat simul cum illo amisit.

3, 25. Quem proposuit deus propitiatorem fidei. 5

1. hoc dicit, quia in Christo proposuit deus, id est disposuit, se propitium futurum humano generi, si credant.

In sanguine ipsius. 2. ideo in sanguine ipsius, quia morte eius liberati sumus, ut et manifestaret illum et mortem passione eius damnaret. 10

Ad ostensionem iustitiae suae. 3. hoc est, ut promissum suum palam faceret, quo nos a peccatis liberaret, sicut ante promiserat. quod cum inplevit, iustum se ostendit.

3, 26. Propter propositum praecedentium delictorum in patientia dei. 1. sciens deus propositum benignitatis suae, quo censuit peccatoribus subvenire, tam his qui sunt apud superos, quam his qui in inferno tenebantur, utrosque diutissime expectavit, evacuans sententiam, qua iustum videtur omnes damnari, ut ostenderet nobis, quod olim decreverat liberare genus hominum per Christum, sicut promisit per Hieremiam profetam dicens: propitius ero iniquitatibus illorum et delictorum eorum non memorabor. et ne forte donum hoc solis Iudaeis promississe videretur, per Esaiam dicit: domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus. 1a. quamvis enim Iudaismo facta promissio sit, sed praescius deus, eo quod donum eius reprobaturi essent 25

21 Ier. 31, 34 24 Is. 56, 7

1 saevienti] se uolenti *G¹YC*, se uolente *WA¹* 2 putavit *A²* enim] autem *C* uelut *WA* 2sq. accipit eum *W*, accipiter auem *A* 5 fidei per fidem *A*, fidei post fidem *W* 6 posuit *FG¹BY¹* 7 propitium se *C* credat *ODC* 11 in ostentatione *W*, in ostensione *A* 15 patientia] sustentatione *WA* 17 superiores *A* 23 forte *DC* hoc donum *C* solum *WA* 24sq. in omnibus *C*

Ad demonstrationem iustitiae eius] in hoc tempore. 2. id est tempore nostro, quo dedit deus quod olim proposuerat (promiserat) dandum tempore quo dedit.

Ut sit iustus iustificans eum, qui ex fide est
 5 Iesu Christi. 3. recte ait, quia ut sit iustus, dedit quod promiserat. hoc autem iustificare promisit (promisit iustificare) se credentes in Christo. dicit autem {in} Abacuc: iustus autem ex fide mea vivit, ut dum dei fidem habet et Christi, sit iustus.

10 **3, 27.** Ubi est autem (ergo) gloriatio tua? exclusa est. per quam legem? factorum? non, sed per legem fidei. reddita ratione ad eos loquitur, qui agunt sub lege, quod sine causa gloriantur, blandientes sibi de lege {et} propter quod genus sint Abrahae [aut quia praecepta
 15 dei acceperunt per Moysen], videntes non iustificari hominem apud deum nisi per fidem.

3, 28. Arbitramur enim iustificari per fidem hominem sine operibus legis. gentilem hominem dicit pro certo haberi quod iustificetur credens nulla faciens opera
 20 legis {id est sine circumcissione aut neomeniis aut veneratione sabbati}.

3, 29. An Iudaeorum deus tantum? nonne et gentium? immo et gentium. sine dubio omnium deus unus est. nec enim Iudaei soli sibi possunt vindicare, quod
 25 deus illorum non etiam gentium sit,

8 Hab. 2, 4

2 quod dedit *NS¹K* 6 autem est *S²IX* 7 abacuch *IX*
 8 mea *om. KX* 10 ergo β (*Vulg.*) gloriatio] gloria *K*, glorificatio *X¹*
 11 sed *om. NS¹K* 15 musen *NS¹*, moisen *K* 17sq. hominem per
 fidem *IX* 19 habere *S²IX* 24 soli iudei *IX* uendicare *IX* 25 etiam]
 enim *S*, omnium *IX*

[inpii] Iudaei, gentes se ad percipiendam gratiam suam promisit
admittere, quorum aemulatione in iram mitterentur inpii Iudaei.

In hoc tempore. 2. id est tempore nostro, quo dedit
deus quod olim promiserat dandum tempore quo dedit.

Ut sit iustus iustificans eum, qui ex fide est 5
Iesu Christi. 3. recte ait, quia ut sit iustus, dedit quod
promisit. [hoc autem promisit] iustificare se credentes in
Christum. dicit autem in Abacuc: iustus [autem] ex fide
mea vivet, ut dum fidem dei habet et Christi, sit iustus.

3, 27. Ubi est ergo gloriatio tua? exclusa est. 10
per quam legem? factorum? non, sed per legem
fidei. reddita ratione ad eos loquitur, qui agunt sub lege,
quod sine causa gloriantur, blandientes sibi de lege et propter
quod genus sint Abrahae, videntes non iustificari hominem
apud deum nisi per fidem. 15

3, 28. Arbitramur enim iustificari per fidem
hominem sine operibus legis. gentilem dicit hominem
pro certo haberi quod iustificetur credens nulla faciens opera
legis, id est sine circumcissione aut neomeniis aut veneratione
sabbati. 20

3, 29. An Iudaeorum deus tantum? nonne et
gentium? immo et gentium. sine dubio omnium deus
unus est. nec enim soli Iudaei possunt sibi vindicare, quod
deus illorum non etiam gentilium sit, cum relegant ab uno

8 Hab. 2, 4

1 inpii DC 2 ira FGA mitterentur] missi cruciarentur DC 5 ipse
iustus WA 6 Christi om. WA 7 hoc autem promisit G²C 8 christo C
autem pr.] om. D¹, enim A Abacuc] ambacum W¹C, ambacuc A¹, ab-
bacuc cett. autem alt. DC 9 uiuit ODW¹ dei fidem C 11 factorum]
operum A 16sq. hominem per fidem WAC 19 numeniis C, neomoe-
niis FG¹ 23 possint BC 24 gentium DWA

α cum videant nullum ad-
venam venientem ab lege
prohiberi.

β cum relegant ab uno Adam
omnium esse originem et nul-
lum advenam volentem ad
legem accedere prohiberi.

5 denique aliquanti exierunt cum illis {in heremum} de Aegypto
(Aegyptiis), quos suscipere iubentur, tantum ut circumcide-
rentur, ut pariter cum illis ederent azima vel pascha. necnon
et Cornelium donum dei accepisse gentilem non iudaizantem,
et quod iustificatus sit, divino testimonio comprobatum.

10 **3, 30.** Quoniam quidem unus deus, qui iustifi-
cavit circumcisionem ex fide et praeputium per
fidem. in circumcisione Iudaeos significat, eo quod ex fide
promissionis iustificati sunt credentes hunc esse Christum,
quem in lege promiserat deus; in praeputio vero gentes signi-
15 ficat per fidem Christi iustificatos apud deum. tam enim
gentiles quam Iudaeos non aliter quam credentes iustificavit.
{quia enim omnium unus est deus, una ratione omnes iustifi-
cavit.} quid ergo prodest carnis circumcisio? aut quid obest
praeputium, quando dignitatem et meritum non facit nisi
20 fides?

3, 31. Legem ergo evacuamus per fidem? ab-
sit, sed legem statuimus. 1. non utique lex inanitur
per fidem, sed adimpletur. firmatur enim status eius, quando
quod futurum dixit, fides {istud} advenisse testatur. hoc
25 propter Iudaeos, qui putant fidem Christi legis (legi) esse
inimicam, ignorantes sensum legis. non ergo evacuat legem,
cum illam cessare debere iam doceat, quia tempore suo recte
illam datam adserit, sed iam agere non debere, [quia] in ipsa
{enim} lege dictum est tempore exsolvendae promissionis
30 legem cessare debere. 2. angelus enim Gabrihel Daniheli pro-
fetae desiderium huius rei sciendae habenti ostendit inter

5sq. cf. Exod. 12, 48sq. 8sq. cf. Act. 10, 31 30sq. cf. Dan.
9, 21sq.

10sq. iustificat Φ 30 danihel *N*, danieli *X*, danihelo *K*

Adam omnium esse originem et nullum advenam volentem ad legem accedere prohiberi. denique aliquanti exierunt cum illis in heremum Aegyptii, quos suscipere iubentur, tantum ut circumciderentur et pariter cum illis ederent azyma vel pascha. necnon et Cornelium donum dei accepisse gentilem non iudaizantem, et quod iustificatus sit, divino testimonio conprobatum.

3, 30. Quoniam quidem unus deus, qui iustificavit circumcisionem ex fide et praeputium per fidem. in circumcisione Iudaeos significat, eo quod ex fide promissionis iustificati sunt credentes hunc esse Christum, quem in lege promiserat deus; in praeputio vero gentes significat per fidem Christi iustificatos apud deum. tam enim gentiles quam Iudaeos [non aliter quam credentes] iustificavit. quia enim omnium unus est deus, una ratione omnes iustificavit. quid ergo prodest carnis circumcisio? aut quid obest praeputium, quando dignitatem et meritum non facit nisi fides?

3, 31. Legem ergo evacuamus per fidem? absit, sed legem statuimus. 1. non utique legem inaniri dicit per fidem, sed impleri. firmatur enim status eius, quando quod futurum dixit, fides istud advenisse testatur. hoc propter Iudaeos, qui fidem Christi legis esse inimicam arbitrantur [ignorantes sensum legis]. non ergo evacuat legem, cum illam cessare debere iam docet, quia tempore suo datam illam recte

2sq. cf. Exod. 12, 48sq. **5sq.** cf. Act. 10, 31

3 egypti *BWA*, de aegyptiis *C* **8sq.** iustificat *FGW¹A* **9** ex fide] per fidem *F¹G¹MB* **14** non—credentes *G²C* **15sq.** quia—iustificavit *om. A¹* **19** evacuamus] euacuabimus *F¹G¹M*, -auimus *Y*, destruimus *W*, euacuabimus destruimus *A* **20** legem—dicit] lex inanitur *C* **21** adimpletur *C* **22** dicit *W* fide *A* istud *om. G¹F* **23** qui—arbitrantur] qui putant fidem christi legis esse inimicam *C* legi *D* **24** ignorant—legis *D* **25** qui *WA* recte illam datam *C*

cetera dicens adveniente Christo chrisma, id est unctionem regalem, cessare, quae potestas intellegitur, [quia iam reges cessaverunt,] et iudicium, ait, non erit amplius, quod est lex, et tolletur sacrificium meum. ideo meum
 5 dixit (inquit meum), ut sciatur oblationem veterem cessaturam. quem sensum aperiens salvator, lex, ait, et profetae usque ad Iohannem. 3. et quia lege Moysi cessante meliora praecepta daturus erat deus, Hieremias profeta cecinit dicens:

10 α ecce veniam ipse, β ecce dies veniunt, dicit dominus, et consummabo domui Istrahel et domui Iuda testamentum novum, non secundum quod dedi patribus illorum (eorum), his utique qui venientem Christum ex promissione receperunt. ideo salvator:
 15 non veni, ait, solvere legem aut profetas, sed adimplere. et quia domus dei non iam (tantum) in sola Hierosolyma {, sed et in ceteris locis} futura erat, ait {Zacharias} profeta: ponam Hierusalem in omnibus gentibus. quae est ecclesia.

20 **4, 1.** Quid ergo dicimus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? postquam ostendit non posse per opera legis quemquam iustificari apud deum, adiecit nec Abraham potuisse aliquid mereri secundum carnem. carnem {dicens} circumcisionem posuit, quia nihil crevit
 25 (quaesivit) Abraham per circumcisionem; ante enim iustificatus est, quam circumcideretur.

3 Dan. 9, 26 6 Luc. 16, 16 10 Ier. 31, 31sq. 15 Matth. 5, 17
 18 Zach. 12, 2

6 sensum] studium *SKI*¹, locum *I*²*X* 7 legem *NS*¹ musci *NS*¹,
 moisi *K* 13 eorum β *K* 24 carnem] carnis *S*²*IX*

adserit, sed iam agere non debere; in ipsa enim lege dictum est tempore exsolutae promissionis legem cessare debere. 2. angelus enim Gabrihel Danihelo profetae desiderium huius rei sciendae habenti ostendit inter cetera dicens adveniente Christo chrisma, id est unctionem regalem, cessare, quae potestas intellegitur, et iudicium, ait, non erit amplius, quod est lex, et tolletur sacrificium meum. ideo inquit meum, ut sciretur oblationem veterem cessaturam. quem sensum adaperiens salvator: lex, ait, et profetae usque ad Iohannem. 3. et quia cessante lege meliora praecepta datus erat deus, Hieremias profeta cecinit dicens: ecce dies veniunt, dicit dominus, et consummabo domui Istrahel et domui Iuda testamentum novum, non secundum quod dedi patribus illorum, his utique, qui venientem ex promissione Christum receperunt. ideo salvator: non veni, ait, solvere legem aut profetas, sed adimplere. et quia domus dei non iam in sola Hierosolyma, sed et in ceteris locis futura erat, ait Zacharias profeta: ponam Hierusalem in omnibus gentibus. quae est ecclesia.

4, 1. Quid ergo dicimus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? postquam ostendit non posse per opera legis quemquam iustificari apud deum, inducit nec Abraham potuisse aliquid mereri secundum carnem. carnem dicens circumcisionem significavit, quia nihil quaesivit Abraham per circumcisionem; ante enim iustificatus est, quam circumcideretur.

3sq. cf. Dan. 9, 21sq. 6 Dan. 9, 26 9 Luc. 16, 16 11 Ier. 31, 31sq. 16 Matth. 5, 17 19 Zach. 12, 2

1sq. in—debere *om. DO* 3 daniheli *O²Y* 5 crisma *W* 10 quia] que *W* lege moyses cessante *C* 14 illorum] *C*, eorum *cett.* (*Vulg.*)
 15 christum ex promissione *C* 17 implere *FGMBO* non] non solum *FGMBYOD* iam] tantum *C* in *om. FGMBO DC* 20 ecclesia] gloria *A*
 21 dicemus *AC* 26 adquisiuit *WA*

4, 2. Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum.

α hoc sibi proposuit.

β hoc proponentis est.

nam Abraham ex fide iustificatus est, quod nulli dubium est.
 5 {ideo habet gloriam apud deum.} sed quia qui legem servant,
 sive Moysi sive naturae (naturalem), iustificantur ad praesens,
 ne rei sint {in} praesenti iudicio, ideo ait: ex operibus
 legis si Abraham iustificatus est, non habet apud deum
 gloriam, quia qui fecerit, inquit, legem, vivet in ea, id
 10 est, non morietur ut reus, nec tamen meritum ex hoc habebit
 apud deum, sed fidei causa.

4, 3. Quid enim (ergo) dicit scriptura? credidit
 Abraham deo et reputatum est illi (ei) ad iusti-
 tiam. manifestavit Abraham non ideo (non ideo Abraham)
 15 gloriam apud deum habere, quia circumcisisus est aut quia
 abstinuit se ab iniquitate, sed quia deo credidit. hinc et
 iustificatus est,

α non praesenti, sed caelesti

β laudis suae praemium in
 futura iustitia. futuro consecuturus.

4, 4. Ei autem qui operatur, merces non inpu-
 20 tatur secundum gratiam, sed secundum debitum.
 absolutum est ei, qui legi factorum, id est Moysi, subiectus est
 aut naturali, non inputari meritum ad mercedem, ut gloriam
 habeat apud deum. debitor est enim facere legem, quia neces-
 25 sitas inposita est per legem, ut velit nolit faciat legem, ne
 damnetur, sicut alio loco dicit: qui autem contemnunt,
 ipsi sibi damnationem adquirunt {quia et ad praesens
 rei sunt}. credere autem aut non credere voluntatis est. neque
 enim quis cogi potest ad id quod manifestum non est, sed
 30 invitatur {quia non extorquetur, sed suadetur}. quamobrem

9 Lev. 18, 5; Rom. 10, 5; Gal. 3, 12 12 Gen. 15, 6 26 Rom. 13, 2

6 musⁱ NS¹, moysi KIX 11 fide NS¹K 16 et om. IX
 17 est om. S est iustificatus IX 22 musⁱ NS¹ 29 non om. SIX

4, 2. Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum. hoc proponentis est. nam Abraham habet quidem gloriam apud deum, sed ex fide, per quam iustificatus est, quia ex operibus legis nemo iustificatur, ut habeat gloriam apud deum. 5
et quia servantes legem iustificantur ad praesens, ait: si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud deum, sed apud mundum, ne praesenti legi obnoxius videatur. apud deum autem fideles habent gloriam. 10

4, 3. Quid ergo dicit scriptura? credidit Abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam. manifestavit non ideo Abraham gloriam habere apud deum, quia circumcisisus est aut quia abstinuit se ab iniquitate, sed quia deo credidit. hinc et iustificatus est, laudis suae praemium in 15
futuro consecuturus.

4, 4. Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. absolutum est ei, qui legi factorum, id est Moysi, subiectus est aut naturali, non inputari meritum ad mercedem, ut gloriam habeat apud deum. debitor est enim facere legem, quia 20
necessitas inposita est per legem, ut velit nolit faciat legem, ne reus sit, sicut alio loco dicit: qui autem contemnunt, ipsi sibi damnationem adquirunt [quia et ad praesens rei sunt]. credere autem et non credere voluntatis est. [neque 25

11 Gen. 15, 6 23 Rom. 13, 2

1 si ergo *A* 3 habet—10 gloriam] ex fide—causa *DC* ex recens *β*
9 sq. fidelis habet *A*, habet fidelis *W* 11 ergo] enim *DWAC* (*Vulg.*)
scriptura dicit *WA* 12 ei] illi *WA* 13 apud deum habere *C*
24 sq. quia—sunt *DC* 25 et] aut *DC* neque—p. 131, 2 invitatur *DC*

adsentiens praemiis adficiendus est, sicut {et} Abraham quod non vidit creditit.

4, 5. Ei vero qui non operatur. 1. id est ei, qui obnoxius est peccatis {, quia non operatur quod mandat lex}.

5 Credenti autem in eum, qui iustificat inpium, reputatur fides eius ad iustitiam. 2. hoc dicit, quia sine operibus legis credenti in pio, id est gentili, in Christo (Christum) reputatur fides eius ad iustitiam sicut et Abrahae. quomodo ergo Iudaei per opera legis iustificari se putant
10 iustificatione Abrahae, cum videant Abraham non opera legis, sed sola fide iustificatum? non ergo opus est lex, quando inpius per solam fidem iustificatur apud deum.

 Secundum propositum gratiae dei. 3. sic decretum a deo dicit (dicit a deo), ut cessante lege gratia dei
15 solam fidem (solam fidem gratia dei) posceret ad salutem.

4, 6. Sicut et David dicit. hoc ipsum munit exemplo profetae.

 Beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus. beatos dicit de quibus hoc san-
20 xit deus, ut sine labore et aliqua observatione sola fide iustificentur apud deum. temporis ergo beatitudinem praedicat, quo natus est Christus, sicut {etiam} ipse dominus ait: multi iusti et profetae cupierunt videre quae vos videtis et audire quae audistis (auditis) et non audi-
25 erunt.

4, 7. Beati quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. **8.** beatus vir, cui non inputavit dominus peccatum. 1. manifeste beati sunt, quibus sine labore vel opere aliquo remittuntur iniquitates et poenae (peccata) teguntur, nulla ab his requisita
30

22 Matth. 13, 17 26 Ps. 31, 1. 2

1 et β K 7 sine] si in Φ 10 opere S² I X 16 munit] monet Φ
23 sq. post videtis: et non uiderunt I X 24 auditis β K I X 28 manifesto K

enim quis cogi potest ad id quod manifestum non est, sed invitatur¹ quia non extorquetur, sed suadetur. ideo ad meritum proficit. credit enim quod non videt, sed sperat.

4, 5. Ei vero qui non operatur. 1. id est ei, qui obnoxius est peccatis, quia non operatur quae mandat lex. 5

Credenti autem in eum, qui iustificat inpium, reputatur fides eius ad iustitiam. 2. hoc dicit, quia sine operibus legis credenti inpio, id est gentili, in Christum reputatur fides eius ad iustitiam sicut et Abrahae. quomodo ergo Iudaei per opera legis iustificari se putant iustificatione 10 Abrahae, videntes Abraham non opera legis, sed sola fide iustificatum? non ergo opus est lege, quando inpius sola fide iustificatur apud deum.

Secundum propositum gratiae dei. 3. sic decretum dicit a deo, ut cessante lege solam fidem gratia dei posceret 15 ad salutem.

4, 6. Sicut et David dicit. hoc ipsum munit exemplo profetae.

Beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus. beatos dicit, de quibus hoc 20 sanxit deus, ut sine labore et aliqua observatione sola fide iustificentur apud deum. temporis ergo beatitudinem praedicat, quo natus est Christus, sicut etiam ipse dominus ait: multi iusti et profetae cupierunt videre quae videtis et audire quae auditis, et non audierunt. 25

4, 7. Beati quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. **8.** beatus vir, cui non inputavit dominus peccatum. 1. manifeste beati

24 Matth. 13, 17 26 Ps. 31, 1. 2

3 videt] nouit *A* post sperat: sicut et abraham quod non uidit credidit *add. D* 10 operam *FOD* 11 videntes] cum uideant *C* opere *DA*, per opera *W* 12 lex *D*, legem *B* per solam fidem *DC* 24 cupierunt] quesierunt *WA* 24sq. uidistis *OW²A* 25 audistis *WA*

paenitentiae opera, nisi tantum ut credant. beatus etiam hic vir est, cui non inputavit dominus peccatum. remittere et tegere et non inputare una ratio et unus est sensus. omnia enim uno modo obtinentur et donantur. 2. videtur
 5 autem quibusdam tripartita ratio esse in his dictis, quia diversis profeta abusus (usus) est verbis {et quia a plurali numero ad singularem descendit}.

α dum enim donum dei β cum enim verba dei
 in ubertate gratiae, quia peccati diversa sunt nomina, per
 10 delictorum vocabula enumerare vult, tardius (latius) locutus est; unius tamen significationis sunt verba, quia et cum tegit remittit, et cum remittit non inputat. ad laudem enim gratiae dei prolixius loquitur, ut amplificet gratiam. {2a. tres enim gradus fecit propter delictorum varietatem. quorum primus
 15 gradus iniquitas est vel impietas, dum non agnoscitur creator, secundus gradus gravium peccatorum operibus, tertius vero levium. hos tamen omnes in baptisate obliterari. tribus his gradibus totius peccati corpus significavit.} 3. quemadmodum enim (autem) ad paenitentium personam potest pertinere, cum
 20 dicit: beati quorum tecta sunt peccata, cum constet paenitentes labore et gemitu remissionem peccatorum adquirere? aut quomodo martyrio congruit, cum (quod) dicit: beatus vir, cui non inputavit dominus peccatum, cum sciamus martyria (gloriam martyrii) passionibus et pres-
 25 suris adquiri? profeta autem tempus felix praevidens in salvatoris adventu beatos nuncupat, quibus sine labore vel aliquo opere per lavacrum remittuntur et teguntur et non inputantur peccata. 4. apostolus tamen propter plenitudinem temporum, et quia plus gratiae in apostolis est quam fuit in
 30 profetis, maiora protestatur, quae ex dono baptismatis consequimur, quia non solum remissionem peccatorum accipere

8 dum—dei] IX, donum enim dei *cett.* 11 unus NK 20 constet] toties SI, totiens X, queis K 21 paenitentis SKI laborem et gemitum SK peccatorum exoptent IX 24sq. ex pressuris IX pressuris esse S² IX 25 adquiri *om.* Φ 26 nuncupat K 27 lauachrum X

sunt, quibus sine labore vel opere aliquo remittuntur iniquitates et teguntur peccata, nulla ab his requisita paenitentiae opera, nisi tantum ut credant. beatus etiam hic vir est, cui non inputavit dominus peccatum. remittere et tegere et non inputare una ratio et unus est sensus. omnia 5 enim uno modo obtinentur et donantur. 2. videtur autem quibusdam tripertita ratio in his dictis, quia diversis profeta usus est verbis, et quia a plurali numero ad singularem descendit. cum enim verba dei in ubertate gratiae, quia peccati diversa sunt nomina, per delictorum vocabula enumerare vult, 10 latius locutus est; unius tamen significationis sunt verba, quia et cum tegit remittit, et cum remittit non inputat. ad laudem enim gratiae dei prolixius loquitur, ut amplificet donum dei. 2a. tres enim gradus fecit propter delictorum varietatem. quorum primus gradus iniquitas est vel impietas, dum non 15 agnoscitur creator, secundus gradus gravium in operibus peccatorum, tertius vero levium. hos tamen omnes in baptisate obliterari. tribus his gradibus totius peccati corpus significavit. 3. quemadmodum autem ad paenitentium personam potest pertinere, cum dicit: beati quorum tecta sunt pec- 20 cata, cum constet paenitentes labore et gemitu remissionem peccatorum acquirere? quomodo autem martyrio congruit quod dicit: beatus vir, cui non inputavit dominus peccatum, cum sciamus gloriam martyrii passionibus et pressuris adquiri? profeta autem tempus felix praevidens in 25 salvatoris adventu beatos nuncupat, quibus sine labore vel aliquo opere lavacro remittuntur et teguntur et non inputantur peccata. 4. apostolus tamen propter plenitudinem temporum, et quia plus gratiae in apostolis est quam fuit in profetis, maiora protestatur, quae ex dono baptismatis consequimur, 30 quia non solum remissionem peccatorum accipere nos, sed et

2 peccata teguntur *C* 5 sensus est *FGMB* 8 a om. *MBD¹W*
 13 donum dei] gratiam *C* 16 gravium om. *FGMBOD* in operibus
 grauium *Y* 22 aut quomodo *C* 26 noncupat *A* 27 per lau-
 acrum *WAC*

nos, sed et iustificari et filios dei fieri profitetur, ut beatitudo haec perfectam habeat {et} securitatem et gloriam.

4, 9. Beatitudo ergo haec in circumcisione tantum manet an et in praeputio? 1. id est: {numquid
5 beatitudo ista} Abrahæ filiis tantum (tantum filiis) concessa est an et his qui incircumcisi sunt? {1a. si enim illo tempore non prohibita sunt gentes accedere ad legem et promissionem Abrahæ, qui[n] fieri poterat, ut tempore Christi prohiberentur venientes ad gratiam, quando deus plene invitavit?}

10 [Et:] dicimus enim. 2. hoc est, sensu legis loquimur, quia reputata est Abrahæ fides (fides Abraham) ad iustitiam. ab origine incipit, ut omnem tergiversationem cavillationis excludat, quia qui a capite excluditur, non habet unde incipiat facere quaestionem.

15 **4, 10.** Quomodo ergo reputata est? cum in circumcisione esset an in praeputio? non in circumcisione, sed in praeputio, **11.** et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ fidei, quæ est in praeputio, **12.** ut sit pater omnium credentium
20 per praeputium, ut reputetur [et] illis ad iustitiam. 1. Abraham in praeputio cum esset (cum esset in praeputio) credidit deo. quid credidit? semen se habiturum, id est filium, in quo omnes gentes iustificarentur per fidem in praeputio, sicut et Abraham iustificatus est. nam circumcisio-
25 nem signum accepit iustitiæ fidei. credens enim se filium habiturum (filium se habiturum) huius rei signum accepit quam credidit, ut quid credens iustificatus sit, cerneretur. 2. non ergo circumcisio aliquid habet dignitatis, sed signum est tantum. quod signum ideo accipiebant filii Istrahel (Abrahæ), ut
30 scirentur filii esse eius (eius filii esse), qui credens deo hoc

17sq. cf. Gen. 17, 10. 11

1 sed om. SK beatitudo] bono SK, bona IX 2 habeant IX
8 qui Migne 21sq. cum esset in praeputio β IX 25 iustitia Φ

iustificari et filios dei fieri profitetur, ut beatitudo haec gloriam perfectam habeat et securitatem.

4, 9. Beatitudo ergo haec in circumcissione tantum manet an in praeputio? 1. id est: numquid beatitudo ista Abrahae filiis solis concessa est, aut his qui ex gentibus sunt? 1 a. si enim illo tempore non prohibitae sunt gentes accedere ad legem et promissionem Abrahae, qui[n] fieri poterat, ut tempore Christi prohiberentur venientes ad gratiam, quando deus plene invitavit? 5

Dicimus enim. 2. hoc est: sensu legis loquimur, quia reputata est fides Abrahae ad iustitiam. ab origine incipit, ut omnem tergiversationem cavillationis excludat, quia qui a capite excluditur, non habet unde incipiat facere quaestionem. 10

4, 10. Quomodo ergo reputata est? cum in circumcissione esset an in praeputio? non in circumcissione, sed in praeputio. **11.** et signum accepit circumcissionis signaculum iustitiae fidei, quae est in praeputio, **12.** ut sit pater omnium credentium per praeputum, ut reputetur illis ad iustitiam. 15
1. Abraham cum esset in praeputio credidit deo. quid credidit? semen se habiturum, id est filium, in quo omnes gentes iustificarentur per fidem in praeputio, sicut iustificatus est et Abraham. nam circumcissionem signum accepit iustitiae fidei. credens enim filium se habiturum huius rei signum accepit quam 20
credidit, ut quid credens iustificatus sit, cerneretur. 2. non 25

17sq. cf. Gen. 17, 10. 11

1sq. perfectam habeat et securitatem et gloriam *WAC* **3** et beatitudo *FGMB^oYD* **3sq.** tantum *om.* *FGW* **4** an et *DC*, an etiam *A* **5** filiis solis] tantum filiis *C* aut] an et *DC* **5sq.** his—gentibus] iis qui incircumcisi *C* **7** quin] quid *D*, qui *Migne* **9** quando] quam *A* **11** abrahæ fides *WAC* **13sq.** quaestionem facere *A* **15** an cum *WA* **16sq.** non—praeputio *om.* *FGMBYA¹* **18** fidei iustitiae *D* **19** credentium omnium *D* **20** illis] *C*, et illis *YDWA*, illi *FGMBO* **23sq.** et abraham iustificatus est *C* **25** se filium *FGWA²* se *om.* *A¹* **26** quod *A²* sit] est *FGOY*, *om.* *B*

signum acceperat, ut aemuli essent paternae fidei et crederent in Iesum, qui promissus est Abrahae, cuius in figura natus est Isaae. nec enim in Isaac omnes gentes benedicentur (benedicuntur), sed in Christo, quia non est aliud datum nomen
 5 (nomen datum) sub caelo, in quo oporteat salvos fieri {dicit Petrus apostolus}.

Ut sit pater circumeisionis eorum, qui non solum ex circumeisione sunt, sed et eorum, qui sequuntur vestigia fidei, quae est in praeputio
 10 patris nostri Abrahae. 3. hoc dicit, quia credens {Abraham} primum (primus) pater factus est (factus est pater) circumeisionis, sed [et] cordis, non tantum eorum, qui ex eius sunt (sunt ex eius) origine, sed et eorum, qui similiter credunt ex gentibus. {3a. secundum carnem enim Iudaeorum pater
 15 est, secundum fidem vero omnium erudentium.}

4, 13. Non enim per legem promissio Abrahae aut semini eius, ut heres esset mundi, sed per iustitiam fidei. manifestum est, quia neque adhuc lex data erat neque iam erat circumeisio, quando promissio facta est
 20 Abrahae erudenti et semini eius, quod est Christus, qui omnium peccata ablucet.

α unde dicit in evangelio Io- β unde dicit Iohannis bap-
 hannis: tista:
 eeee agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. non
 25 ergo merito servatae legis heres factus est mundi, sed fidei.
 α heres factus β heres autem mundi heres
 est terrae, quam in filiis consecutus est. Christus autem heres
 est gentium {ut David canit: et dabo tibi gentes here-

4 Act. 4, 12 24 Ioh. 1, 29 28 Ps. 2, 8

1 aemul// S, aemulatores IX 2 in pr. om. SIX 9 quae est
 in praeputio om. Φ 22 dicitur IX 27 est pr. om. I

ergo circumcisio aliquid habet dignitatis, sed signum est tantum. quod signum ideo accipiebant filii Abrahae, ut scirentur eius filii esse, qui deo credens hoc signum acceperat, ut aemuli essent paternae fidei et crederent in Iesum, qui promissus est Abrahae, cuius in figura natus est Isaac. nec enim in Isaac omnes gentes benedicuntur, sed in Christo, quia non est aliud nomen datum sub caelo, in quo oporteat salvos fieri, dicit Petrus apostolus.

Ut sit pater circumcisionis eorum, qui non solum ex circumcisione sunt, sed et eorum, qui sequuntur vestigia fidei, quae est in praeputio patris nostri Abrahae. 3. hoc dicit, quia credens Abraham primus factus pater est circumcisionis, sed cordis, non tantum eorum, qui sunt ex eius origine, sed et eorum, qui similiter credunt ex gentibus. 3a. secundum carnem enim Iudaeorum pater est, secundum fidem vero omnium gentium.

4, 13. Non enim per legem promissio Abrahae aut semini eius, ut heres esset mundi, sed per iustitiam fidei. manifestum est, quia neque adhuc lex data erat neque iam erat circumcisio, quando promissio facta est Abrahae credenti et semini eius, quod est Christus, qui omnium peccata ablueret. unde dicit Iohannes baptista: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. non ergo merito servatae legis Abraham heres factus est mundi, sed fidei. heres autem mundi heres est terrae, quam in filiis consecutus est. Christus autem heres est gentium [ut David canit:

6 Act. 4, 12 23 Ioh. 1, 29

3 credens deo *C* 6 quia] cui *FGB* 8 sicut dicit *WA* 9 ut sit] et *WA*¹ 9sq. circumcisionis—sunt] circumcisionis non his tantum qui sunt in circumcisione *WA* 10 et *om. C* eorum] illis *WA* 13 est pater *FGMAC* est *om. D*¹ 14 origine eius *F'G* 14sq. sed—credunt *om. FG¹MB* et *om. YODW*¹ 20 post fidei: ut heres esset mundi *A* 21 promissio iam *C* 22sq. omnium] hominum *C* 23 iohannis *C* 24 peccatum *C* 25 Abraham *om. C* 27 ut—p. 139, 2 terrae *DC*

ditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae}. ipsi enim morimur (moriemur) {et vivimus cum eo}.

4, 14. Si enim qui ex lege, {hi} sunt heredes. id est, si hi

5 α qui ex lege sunt vel sub lege sunt, β qui ex lege vel sub lege sunt, sunt, heredes ex lege sunt, heredes ex lege sunt,

evacuata est fides, abolita est promissio. manifestum est, quoniam, si ex lege hereditas, promissio quae ex fide est facta (facta est) ad Abraham, in irritum venit, quando
10 (sed) non est per legem facta promissio, sed per iustitiam fidei hereditas. {ostendit enim apostolus, quid mali sit hereditatem sperare ex lege.}

4, 15. Lex enim iram operatur. 1. ut penitus ostendat non posse iustificari hominem per legem apud deum neque
15 promissionem per legem fieri potuisse, lex, ait, iram operatur.

α fides autem misericordiam et gaudium. β ad hoc enim data est, ut reos faceret delinquentes.

{fides autem donum est misericordiae dei, ut per legem rei
20 facti veniam consequantur. idcirco fides gaudium operatur.} non contra legem loquitur, sed anteposit illi fidem, quia qui per legem salvi esse non potuerunt (poterant), gratia dei per fidem salvantur (salvantur per fidem). non ergo lex ira est, sed iram operatur peccati (peccanti), id est poenam, dum non
25 ignoscit, sed vindicat. poena vero (enim) per iram generatur, ira autem nascitur ex peccato. ac per hoc relinqui vult legem α et confugiri ad fidem, β ut ad fidem confugiatur, quae delicta ignoscit, ut salvet.

2 cf. Rom. 14, 8

9 irritum] interitum Φ 27 confugire K, confugium fieri IX
28 ut] om. NS¹, et S²IX saluat IX

et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae¹. ipsi enim moriemur et vivimus [cum eo].

4, 14. Si enim qui ex lege, hi sunt heredes. id est, si hi qui ex lege [vel sub lege] sunt, heredes ex lege sunt, 5

evacuata est fides, abolita est promissio. manifestum est, quoniam, si ex lege hereditas, promissio quae ex fide facta est Abrahae, in irritum venit, sed non est per legem facta promissio, sed per iustitiam fidei [hereditas]. ostendit enim apostolus, quid mali sit hereditatem sperare ex lege. 10

4, 15. Lex enim iram operatur. 1. ut penitus ostendat non posse per legem apud deum hominem iustificari neque per legem promissionem fieri potuisse, lex, ait, iram operatur. ad hoc enim data est, ut reos faceret delinquentes. fides autem donum est misericordiae dei, ut per legem rei facti 15 veniam consequantur. idcirco fides gaudium operatur. non contra legem loquitur, sed anteponit illi fidem, quia qui per legem salvi esse non poterant, gratia dei salvantur per fidem. non ergo lex ira est, sed iram operatur peccanti, id est poenam, dum non ignoscit, sed vindicat. poena enim per iram genera- 20 tur, ira autem nascitur ex peccato. ac per hoc relinqui vult legem, ut confugiatur ad fidem, quae delicta ignoscit, ut salvet.

1 Ps. 2, 8 2 cf. Rom. 14, 8

2 morimur *ODW* 2sq. uiuemus *AC* 3 cum eo *C* 4 hi
om. FGYWAC heredes sunt *A* 5 vel sub lege *DC* 6 fides et *WA*
abolita] destructa *W*, abolita destructa *A* 9 hereditas *D* 12 iusti-
ficari hominem per legem apud deum *C* iustificare *A* 13 promissionem
per legem *C* fieri] *C*, fidei *cett.* 19 peccati *FGYW* 20 generatur]
operatur *W¹B²*

Ubi enim non est lex, nec praevaricatio. 2. hoc dicit, quia sublatis reis de potestate legis data venia praevaricatio nulla est. iustificati enim sunt, qui per praevaricationem legis fuerant peccatores. cessat enim factorum lex, id
 5 est observatio sabbatorum, neomeniarum, circumcisionis, escarum discretio, animalis mortui aut
 α mustelae observatio. β sanguis mustelae expiandus.

4, 16. Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini. 1. {firma esse non potest
 10 promissio omni semini,} id (hoc) est omni homini ex omni gente, nisi fuerit ex fide, quia origo promissionis ex fide est, non ex lege, quia qui ex (sub) lege sunt, rei sunt; promissio autem reis dari non potest. ac per hoc purificandi sunt prius,
 [sed] per fidem, ut digni fiant dici filii dei et sit firma pro-
 15 missio. 2. si enim filios dei se dicant, cum sint rei, hoc est sub lege, non est firmum, quia filii dei liberati sunt a peccato. si ergo qui sub lege sunt eruendi {de}sub lege sunt, ut promissionem mereantur accipere, quanto magis qui sub lege non est. non enim (ergo) expedit, ut se mittat sub lege, ut possit
 20 compendio medelam vulneris invenire.

Non ei quod ex lege est tantum, sed et ei qui ex fide est Abrahae. 3. hoc est, quod supra dixit omni semini, tam Iudaeorum, qui utique ex lege veniebant, quam gentilium qui fidem sequuntur Abrahae, quam gentilis creditur
 25 dit {, ut esset iustus}. sine lege enim creditur Abraham. ideoque magis gentilibus iungitur Abraham,
 α firmam esse promissionem β ut firma sit eis promissio
 ex fide Abrahae. credentibus ei, cui creditur
 Abraham.

1 neque SIX 5 neomeniorum NS¹K 15 est om. Φ
 16 liberi NK 19 legem SIX

Ubi enim non est lex, nec praevaricatio. 2. hoc dicit, quia sublatis reis de potestate legis data venia praevaricatio nulla est. iustificati enim sunt, qui per praevaricationem legis fuerant peccatores. cessat enim factorum lex, id est observatio sabbatorum, neomeniarum, circumcissionis, es- 5 carum discretio, animalis mortui aut sanguis mustelae expiandus.

4, 16. Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini. 1. firma esse promissio non potest omni semini, hoc est omni homini ex omni gente, nisi 10 fuerit ex fide, quia origo promissionis ex fide est, non ex lege, quia qui sub lege sunt, rei sunt; promissio autem reis dari non potest. ac per hoc purificandi sunt prius per fidem, ut digni fiant dici filii dei et sit firma promissio. 2. si enim filios dei 15 se dicant, cum sint rei, hoc est sub lege, non est firmum, quia filii dei liberati sunt a peccato. si ergo qui sub lege sunt, eruendi desub lege sunt, ut promissionem mereantur accipere, quanto magis qui sine lege est. non ergo expedit, ut se mittat sub lege, ut possit compendio medelam vulneris invenire.

Non ei quod ex lege est tantum, sed [et] ei 20 qui ex fide est Abrahae. 3. hoc est, quod supra dixit omni semini, tam Iudaeorum, qui utique ex lege veniebant, quam gentilium, qui fidem sequuntur Abrahae, quam gentilis habuit, ut esset iustus. sine lege enim credidit Abraham. ideoque magis gentilibus iungitur Abraham, ut firma sit eis 25 promissio credentibus ei, cui credidit Abraham.

1 enim] autem *WA* 3 iustificati gratis *W*¹ 4 factorum
om. FGMBOWA 5 sabbatorum et *A* numeniarum *C*, neu-
meniarum W 8 ideoque *W* 9sq. non potest promissio *C* 14 filii *C*
16 filii *C* 17 eruendi—sunt *om. FGMBWA* 18 sine lege est] sub
lege non est *WAC* 19 legem *C* 20 et *DW²AC* 21 qui]
quod *FMBY*¹ 23 sequuntur] requiruntur *A* 24 habuit] credidit *C*

4, 17. Qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est: quia patrem multarum gentium posuite. 1. confirmavit exemplo legis Abraham omnium patrem esse, sed eorum qui credunt, et sic firmam esse promissionem, 5 si fidei causa recedatur a lege, quia promissio regni caelorum iustis deputata est, non peccatoribus. et qui sub lege sunt, sub peccato sunt, quia omnes peccatores (peccaverunt), nec posse aliquem et sub lege esse et gratiam consequi, sicut ad Galatas ait: evacuati estis a Christo, qui in lege iustifica- 10 mini: a gratia excidistis.

Ante eum, cui credidisti deum. 2. ut unum deum omnium doceat,

α loquitur ad gentiles β adloquitur gentiles

Abraham ipsi deo credidisse et iustificatum esse

15 α ante quem et in quem gentes credunt, ut iustificarentur et non sit distantia β ante eum, in quem et gentes credunt, ut iustificentur, ut non sit distantia

Iudaei et Graeci in fide, quia sublata circumcissione et praeputio unum fiunt in Christo, quia et Abraham in praeputio 20 credit et iustificatus est.

Qui vivificat mortuos et vocat ea, quae non sunt, tamquam ea, quae sunt. 3. hoc dicto ad fidem Abrahae gentes invitat, quia cum esset in praeputio credens deo, cuius nunc fides praedicatur in Christo, vivificatus est 25 cum sua coniuge. cum

α essent enim senes, reviruerunt, β essent enim obsoleta aetate seniores reviruerunt,

ita ut non diffideret habiturum se ex Sarra filium, quam et sterilem sciebat et in qua iam cursus (fluxus muliebris) naturae defecerat, ut per haec non curent neque de praeputio neque 30

2 Gen. 17, 4 9 Gal. 5, 4

5 si *om.* Φ 8 galathas *KIX* 11 credit Φ 18 sublata] sabbata Φ 18sq. circumcissio et praeputum *S¹I^X* 22 ea *om.* *SIX* sunt *alt.*] sint *NS¹* 24 vivificatus] iustificatus *SIX*

4, 17. Qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est: quia patrem multarum gentium posuite. 1. confirmavit exemplo legis Abraham omnium patrem esse, sed eorum qui credunt, et sic firmam esse promissionem, si fidei causa recedatur a lege, quia promissio regni caelorum iustis est deputata, non peccatoribus. et qui sub lege sunt, sub peccato sunt, quia omnes peccaverunt, nec posse aliquem et sub lege esse et gratiam consequi, sicut ad Galatas ait: evacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini: a gratia excidistis. 5 10

Ante eum, cui credidisti deum. 2. ut unum deum omnium doceat, adloquitur gentiles Abraham ipsi deo credidisse et iustificatum esse ante eum, in quem et gentes credunt, ut iustificentur, ut non sit distantia Iudaei et Graeci in fide, quia sublata circumcissione et praeputio unum fiunt in Christo 15
[quia et Abraham in praeputio credidit et iustificatus est].

Qui vivificat mortuos et vocat ea, quae non sunt, tamquam ea, quae sunt. 3. hoc dicens ad fidem Abrahae gentes invitat, quia cum esset in praeputio credens deo, cuius nunc fides praedicatur in Christo, vivificatus est 20 cum sua coniuge. cum essent enim [obsoleta] aetate seniores reviruerunt, ita ut non diffideret habiturum se ex Sarra filium, quam sterilem sciebat et in qua iam fluxus muliebris naturae defecerat, ut per haec non curent neque de praeputio neque

2 Gen. 17, 4 9 Gal. 5, 4

4 sed *om.* *FGMBOY* 6 deputata est *C* 8 sicut idem *W*, sicut item *A* galathas *FBODA* 11 cui tum *F*, cui cum *BY* credidistis *FGMOYW*, credidit *DA* 12 loquitur ad *D* 13 ante] apud *WA* in quem *om.* *A* 16 quia—est *D* 18 dicens] dicto *C* 21 obsoleta] *C*, obsolita *A*, absolute *W* 22 reviruerunt (*reuer-A¹*)] reuiguerunt *W*, seruierunt *FG¹MB* 23 quam et *WAC* 24 praeputio] circumcissione *A*

de circumcissione, et prompti sint circa fidem, securi, quia cui credunt vivificat mortuos, nec alium esse, qui hanc habeat potestatem,

α et cum vult esse quae non sunt, statim eius voluntate succurrunt. β ut cum voluerit esse quae non sunt, statim eius voluntate subsistant.

4. ideo Abraham, cum pater adhuc non esset, vocatus est pater {multarum gentium} et credidit securus de dei potentia. {4a. ut autem pater Christi idem esse deus crederetur, cui creditur Abraham, tale signum datum est in Zacharia et Elisabeth, cum promissio redditur in mundo imminente Christo, quale datum fuerat in Abraham et Sarra, quando signata promissio est, ut simili genere emortua corpora senectute generarent sanctum Iohannem, sicut natus fuerat et Isaac.}

4, 18. Qui contra spem in spem credidit. 1. manifestum est, quia cum spem non haberet generandi {Abraham} credidit deo sperans (fidem habens) contra spem generare se, sciens omnia posse deum.

20 Ut fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est: sic erit semen tuum. {1a. hoc in Genesi.} 2. ostendens enim illi stellas caeli dixit: sic erit semen tuum, quod credens iustificatus est. credidit enim quod mundo impossibile videtur, dum in rerum natura
25 (naturam) non cadit, ut possint senes generare et {sciant} tanta copia multiplicari semen eorum, ut numerari non possit. ideo{que} pretiosa est fides, quia contra id quod scit aut videt, futurum credit, hac spe consolans se, quia deus est qui promittit. {2a. de quo plus sentiri par est, quam humana
30 inbecillitas capit.}

16sq. cf. Gen. 15, 5sq.

5 uoluntati *S²IX* 27 ideoque β *K* 28 quia] quod *K*

de circumcissione et prompti sint circa fidem, securi quia credunt ei, qui vivificat mortuos, nec alium esse, qui hanc habeat potestatem, ut cum voluerit esse quae non sunt, [statim] eius voluntate subsistant. 4. ideo Abraham, cum pater adhuc non esset, vocatus est pater multarum gentium et credidit securus 5 de dei potentia. 4a. ut autem pater Christi idem esse deus crederetur, cui credidit Abraham, tale signum datum est in Zacharia et Elisabeth, cum promissio redditur in mundo imminente Christo, quale datum fuerat de Abraham et Sarra, quando signata promissio est, ut simili genere emortua cor- 10 pora senectute generarent sanctum Iohannem, sicut natus fuerat et Isaac.

4, 18. Qui contra spem in spem credidit. 1. manifestum est, quia cum spem non haberet generandi Abraham, credidit deo fidem habens contra spem generare se, [sed] 15 sciens omnia posse deum.

Ut fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est: sic erit semen tuum. 1a. hoc in libro Geneseos dictum est. 2. ostendens enim illi stellas caeli dixit: sic erit semen tuum, quod credens iustificatus est. 20 credidit enim quod mundo impossibile videtur, dum in rerum naturam non cadit, ut possint senes generare et sciant tanta copia multiplicari semen eorum, ut numerari non possit. ideoque pretiosa est fides, quia contra id quod videt aut scit, credit futurum. hac enim spe se consolatur, quia deus est qui 25

13sq. cf. Gen. 15, 5sq.

1 circumcissione] praepitio *A* 1sq. quia—qui] quia cui credunt *C*
 3 statim *C* 4 subsistunt *C* 5 et om. *FGMBOYWA* 8 helisabeth *Y*,
 helisabet *W* mundum *WA* 9 de] in *C* sara *D* ubique 10 mortua *FG*
MBOYWA 11 iohannem *C* 12 isac *C* 15 sed *C* 18sq. in genesi *C*
 19 dictum est om. *C* 22 ut possint] ut possent *MBW*, ut possit *A*, posse *OD*
 sciant om. *WAC* 24 scit aut uidet *C* 25 enim om. *C* consolans se *C*

4, 19. Et non infirmatus in fide non considera-
 vit corpus suum emortuum, cum iam {fere} centum
 annorum esset, et emortuam vulvam Sarrae. **20.** in
 repromissione autem dei non haesitavit diffiden-
 5 tia, sed confirmatus est in fide dando gloriam deo,
21. certum habens quia qui promisit potens est et
 facere. **22.** ideoque aestimatum est illi ad iustitiam.
 1. hoc laude dignum praedicat Abrahae, quia cum {se} sciret
 non posse, infirmitatem suam fide firmavit, ut crederet se
 10 posse per deum, quod sciret fieri per mundi decreta non posse.
 magni ergo meriti est apud deum, qui contra scientiam suam
 deo credidit, non dubitans posse illum {utpote deum}, quod
 scit secundum mundi rationem fieri non posse. {1a. pro certo
 enim habet deum ultra rationem mundi esse; nemo enim
 15 intra id esse dicendus est quod creavit. ideo huiusmodi re-
 munerandus a deo est, quia auctori suo plus tribuit quam ipse
 sapit. quod quidem nullius pretii esset, si omnes aequa senti-
 rent, sed multorum diffidentia commendatur fides credentium
 apud deum.} 2. hortatur ergo gentes ad hanc fidei firmitatem,
 20 ut dei promissionem et gratiam sine aliqua ambiguitate sus-
 cipiant, securi exemplo Abrahae, quia inde credenti laus cres-
 cit, si quod incredibile est et mundo stultum videtur, creda-
 tur, quia quanto impossibile putatur quod creditur, tanto magis
 honorabilior erit credens. {et vere tamen stultum esset hoc
 25 credere, si sine deo fieri diceretur.} 3. et {ideo} tanto lauda-
 bilior est Abrahae fides ceterorum fide, quia nullis signorum
 prodigiis adtracta est. quoniam autem mundus certa lege et
 potestate gubernatur et regitur modo a deo definito (definito
 a deo), homines autem amore carnis circa rationem studiosi
 30 deum huius opificem neglexerunt, deus, ut errorem auferret

1 non *pr.*] non est *S²IX*
 aestimatum] reputatum *S²IX*

3 esset annorum *IX*
 8 abraham *S²IX*

7 ideo *SIX*

promittit, 2a. de quo plus sentiri par est, quam humana inbecillitas capit.

4, 19. Et non infirmatus in fide non consideravit corpus suum emortuum, cum iam fere centum annorum esset, et emortuam vulvam Sarrae. **20.** in repromissione autem dei non haesitavit diffidentia, sed confirmatus est in fide dando gloriam deo, **21.** certum habens quia qui promisit potens est et facere. **22.** ideoque aestimatum est illi ad iustitiam. 1. hoc laude dignum praedicat Abrahae, quia cum se sciret non posse, infirmitatem suam fide firmavit, ut crederet se posse per deum, quod sciret fieri per mundi decreta non posse. magni ergo meriti est apud deum, qui contra scientiam suam deo credidit, non dubitans posse illum utpote deum, quod scit secundum mundi rationem fieri non posse. 1a. [pro certo enim habet deum ultra rationem mundi esse; nemo enim intra id esse dicendus est quod creavit.] ideo huiusmodi remunerandus a deo est, quia auctori suo plus tribuit quam ipse sapit. quod quidem nullius pretii esset, si omnes aequa sentirent, sed multorum diffidentia commendatur fides credentium apud deum. 2. hortatur ergo gentes ad hanc fidei firmitatem, ut dei promissionem et gratiam sine aliqua ambiguitate suscipiant, securi exemplo Abrahae, quia inde credenti laus crescit, si quod incredibile est et mundo stultum videtur, credatur, quia quanto stultum putatur quod creditur, tanto magis honorabilior erit credens. et vere tamen stultum esset hoc credere, si sine deo fieri diceretur. 3. et ideo tanto laudabilior est

1 sentire *A* 3 infirmatur *FGMO* non] nec *FGMBOYDAC*,
om. W 4 iam *om. WA* 5 esset annorum *BWAC* mortuam *FGMY*
6 autem] etiam *WA* 7 confortatus *WA* in *om. FGM YODWA*
dans *WA* 8 certum habens] plenissime sciens *WA* quia] *om. FGMB*,
quoniam *W* qui] *Y*, quod *FGMBODC*, quaecumque *WA* 9 ideo *FGMBO*
aestimatum] reputatum *WA* 13 ergo] enim *W* 14sq. illum—posse
om. A 14 utpote *GMW* 15sq. pro—creavit *C* 18 est a deo *OC*
25 quantum *WA* stultum] impossibile *C* 27 et ideo—p. 149, 9 mancipati *D*

et deum se omnium demonstraret, hoc se posse et fecisse praedicari voluit, quod mundo impossibile est, ut qui hoc crederent damnatis his, qui ratione mundi inflati deum neglexerunt, discreti salvarentur dei dominio deputati (mancipati).

- 5 4, 23. Non autem scriptum est tantum propter illum solum, quia reputatum est illi, 24. sed etiam propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitavit Iesum Christum dominum nostrum ex mortuis, 25. qui traditus est propter
- 10 peccata nostra et resurrexit propter iustificationem nostram. 1. in Abraham formam dicit datam Iudaeis et gentibus, ut exemplo eius credamus in deum et Christum et {in} sanctum spiritum (spiritum sanctum), ut reputetur nobis iustitia. quamvis differat quod nunc creditur, unum
- 15 tamen donum habet fides. hoc ergo consequimur, quod credimus. credentes enim Christum dei
 α filium adoptamur filii; nihil β esse filium a deo adoptamur enim potuit ultra donari in filios; nihil enim ultra potuit donare
- 20 credentibus, quam ut filii dei dicantur perfidis abdicatis. nos enim filii dei vocamur, illi autem nec servi digni sunt nuncupari. 2. pro infinita enim magnificentia sua deus hoc donavit diligentibus se,
 α ut suae dignum est maiestate, β quod sua dignum est maiestate,
- 25 stati,
 non quod homines mereantur, quia in dono plus magis dantis quam accipientis consideratur sublimitas, et ex eo plus accipit laudis, cum parvis (parvulis) magna dona largitur per Chris-

Abrahamae fides ceterorum fide, quia nullis signorum prodigiis adtracta est. quoniam autem mundus certa lege et potestate gubernatur et regitur modo definito a deo, homines autem amore carnis circa rationem studiosi deum huius opificem neglexerunt, deus, ut errorem auferret et deum se omnium 5 demonstraret, hoc se posse et fecisse praedicari voluit, quod mundo impossibile est, ut qui hoc crederent damnatis his, qui ratione mundi inflati deum neglexerunt, discreti salvarentur dei dominio mancipati.1

4, 23. Non autem scriptum est tantum propter 10 illum solum, quia reputatum est illi, **24.** sed etiam propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitavit Iesum Christum dominum nostrum ex mortuis, **25.** qui traditus est propter peccata nostra et resurrexit propter iustificationem 15 nostram. 1. in Abraham formam dicit datam Iudaeis et gentibus, ut exemplo eius credamus in deum et Christum et in spiritum sanctum et reputetur nobis iustitia. quamvis differat quod nunc creditur, unum tamen donum habet fides. hoc ergo consequimur, quod credimus. credentes enim Christum dei esse 20 filium a deo adoptamur in filios; nihil enim ultra potuit donare credentibus, quam ut filii dei vocentur perfidis abdicatis. nos enim filii dei vocamur, illi autem nec servi digni sunt nuncupari. 2. pro infinita enim magnificentia sua deus hoc donavit diligentibus se, quod sua dignum est maiestate, non quod 25 homines mereantur, quia in dono plus magis dantis quam accipientis consideratur sublimitas, et ex eo plus consequitur laudis, cum humilibus magna dona largitur per Christum, qui

10 est autem scriptum *FGMBOYDWA* 10sq. propter—solum] propter ipsum tantum *WA*, tantum propter ipsum solum *cell.* 11 etiam] et *WA* 14 ex] a *WA* 14sq. peccata] delicta *WA* 15 surrexit *FG²ODC* 17 in christum *DC* 18 sanctum spiritum *WA* reputatur *FGM* ad iustitiam *OD* 19 tamen] tantum *A* 22 vocentur] dicantur *C* 25 suae *C* maiestati *WC* 27 consequitur] accipit *C* 28 humilibus] paruolis *C*

tum, qui nostri causa occidi se passus est, ut nos {data venia} a secunda morte erueret, id est a poena inferni, {2a. ut pro laetitia triumphis mortis evictae gratia nos iustificationis donaret, ut digni essemus dici filii dei. ante passionem enim qui baptizati sunt, solam remissionem acceperunt peccatorum, quorum zelo satanas occidit salvatorem. post resurrectionem vero tam hi qui prius quam isti qui postea baptizati sunt, omnes iustificati sunt per datam formam fidei trinitatis acceptoque spiritu sancto, qui signum est credentium, quod sint filii dei. et ut ad cumulum nobis iustificationis proficeret,} 3.

α et surrexit, β resurgens,
 ut praeceptis suis auctoritatem tribuens aemulos nos eorum hac fiducia faceret, per quam iustificemur {et meritis nos
 15 auferemus per quae gloriam adepti clari appareamus in regno dei, quia} iustificati [autem] a morte teneri non possumus,
 α quia morte β passione enim
 salvatoris victa mors, quae prius peccati causa dominabatur, iustificatos ab eo retinere non audet.

20 **5, 1.** Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum. pacem habere cum deo (cum deo habere) fides facit, non lex. haec enim nos deo reconciliat sublatis peccatis, quae nos deo fecerunt (fecerant) inimicos. et quia dominus Iesus huius gratiae minister est, per ipsum pacificati sumus deo. {maior enim
 25 fides quam lex est. lex enim nostra causa est, fides dei. et lex ad praesentem disciplinam pertinet, fides vero ad salutem pertinet perpetuam.} et (sed) qui de Christo non ita sentit ut debet, ad fidei praemia non poterit pervenire (pervenire non
 30 poterit), quia fidei non tenet veritatem.

nostri causa occidi se passus est, ut nos data venia a secunda morte erueret, id est a poena inferni, et surrexit, 2a. ut pro laetitia triumphi mortis evictae gratia nos iustificationis donaret, ut digni essemus dici filii dei. ante passionem enim qui baptizati sunt, solam remissionem acceperunt peccatorum, 5
 [quorum zelo satanas occidit salvatorem]. post resurrectionem vero tam hi qui prius quam isti qui postea baptizati sunt, omnes iustificati sunt per datam formam fidei trinitatis ac-ceptoque spiritu sancto, qui signum est credentium, quod sint filii dei. et ut ad cumulum nobis iustificationis proficeret, 10
 3. resurgens praeceptis suis auctoritatem tribuit, ut eorum aemuli meritis nos augeremus, per quae gloriam adepti clari appareamus in regno dei, hac fiducia, qua iustificati a morte teneri non possumus; passione enim salvatoris victa mors, quae prius peccati causa dominabatur, iustificatos ab eo retinere 15
 non audet.

5, 1. Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum. pacem cum deo habere fides facit, non lex. haec enim nos deo reconciliat sublatis peccatis, quae nos deo fecerant inimicos. 20
 et quia dominus Iesus huius gratiae minister est, per ipsum pacificati sumus deo. maior enim fides quam lex est. lex enim nostra causa est, fides dei. et lex ad praesentem disciplinam pertinet, fides vero ad salutem pertinet perpetuam. sed qui de Christo non ita sentit ut debet, ad fidei praemia pervenire 25
 non poterit, quia fidei non tenet veritatem.

1 nostra *GM* a *om. FG¹B¹O YD¹* 2 a *om. FG¹BY* 3 mortis triumphi *A* gratiam nobis *D* 4 enim] uero *W* 6 quorum—salvatore *C* 7 vero *om. A* 8sq. accepto *Y²A* 13 qua] quia *OC, om. D* 14 enim] uero *W* 18 a deo *A* 20 fecerunt *O¹A* 23 nostri *D* et *om. A* 25 debet] habet *WA* 25sq. non poterit peruenire *C*

5, 2. Per quem et accessum habemus ad gratiam istam, in qua stamus et gloriamur in spe gloriae dei. manifestum est per Christum nos aditum habere ad gratiam dei. ipse est enim arbiter dei et hominum, qui nos
 5 doctrina sua erigens sperare fecit donum gratiae dei stantes in fide eius. ideo [dixit] stantes, quia prius iacuimus, credentes autem erecti sumus gloriantes in spe
 α promissionis eius. β claritatis quam promisit nobis.

5, 3. Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus nostris. 1. quoniam per tribulationes oportet nos intrare in regnum dei, ideoque et in his gloriamur docet. spei autem addita tribulatio augmentum facit praemii. {index enim fixae spei tribulatio est, quae testimonium perhibet ad coronam.} hoc et (unde) dominus ait: beati
 15 eritis, cum vos persequentur et dicent omne malum adversum vos propter iustitiam dei. gaudete et exultate, ecce enim copiosa merces vestra in caelo. contemnere enim {praesentia et} quae oblectamento sunt et
 20 in pressura non cedere spe futurorum magnum meritum (magni meriti) est apud deum. ideoque in tribulatione gloriamur est, quia tanto plus accepturum se credit, quantum in tribulatione se viderit fortiolem.

Scientes quod tribulatio patientiam operatur.
 25 2. hoc est tribulationem patientiam operari, si tribulatio ipsa motum non patiat infirmitatis aut dubitationis.

11sq. cf. Act. 14, 22 15 Matth. 5, 11. 12

1 quam IX	2 istam om. Φ	6 in om. NS ¹ K	11 nostris
om. Φ	15 et] enim S ² IX	19 oblectamenta K	20 in om. SK
22 quanto IX			

5, 2. Per quem et accessum habemus ad gratiam istam, in qua stamus et gloriamur in spe gloriae dei. manifestum est per Christum nos aditum habere ad gratiam dei. ipse est enim arbiter dei et hominum, qui nos doctrina sua erigens sperare fecit donum gratiae dei stantes in fide eius. et ideo stantes, quia prius iacuimus, credentes autem erecti sumus gloriantes in spe claritatis quam promisit nobis.

5, 3. Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus nostris. 1. quoniam per tribulationes nos oportet intrare in regnum dei, [ideoque et] in his gloriamur docet. spei enim addita tribulatio augmentum facit praemii. index enim fixae spei tribulatio est, quae testimonium perhibet ad coronam. unde dominus ait: beati eritis, cum vos persequentur et dicent omne malum adversum vos propter iustitiam dei. gaudete et exultate, ecce enim copiosa merces vestra in caelo. contemnere enim praesentia et quae oblectamento sunt et spe futurorum in pressura non cedere magnum meritum est apud deum. ideoque in tribulatione gloriamur est, quia tanto plus accepturum se credit, quanto in tribulatione se viderit fortiorem.

Scientes quod tribulatio patientiam operatur. 2. hoc est tribulationem patientiam operari, si tribulatio ipsa motum non patiatur infirmitatis vel dubitationis.

10sq. cf. Act. 14, 22 14 Matth. 5, 11, 12

1 habemus per fidem *WA* ad] in *WAC* 1sq. gratia ista *A*
 2 gloriae filiorum *D* 4 enim est *C*, est *om.* *FG¹MBWA* 4sq. doctrina—erigens] doctrinae suae regium *FGMB* 5sq. stante fide *C* 6 et *om.* *C* prius] ipsi *A* 10 nostris *om.* *A* 10sq. oportet nos *C* 11 ideoque et *C* 14 estis *A* 15 persequuntur *A* adversus *FGMBOY* 17 copiosa est *C* 18 et *alt.* *om.* *A* 19 magnum meritum] spe futurorum magni meriti *C*
 20 tribulationibus *C* 21 quantum *A* 22 quod] quia *WA* 24 vel] aut *C*

5, 4. Patientia autem probationem. 1. manifestum est, quia patientia, si talis fuerit, qualem diximus, firma videtur (videbitur) probatio.

Probatio autem spem. 2. spes in eo, qui probatus
5 videtur, non inmerito dicitur. dignus enim scitur (scietur) accepturus remunerationem [a deo] in regno dei.

5, 5. Spes autem non confundit, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. 1. spes non confundit,
10 dum stulti et hebetes a perfidis iudicamur, credentes
 α quae mundana negarit ratio. β quae mundana carent ratione.

pignus enim caritatis dei in nobis habemus (habemus in nobis) per spiritum sanctum datum nobis. fidelibus (fidele) enim esse
15 promissum dei probat spiritus sanctus datus apostolis et nobis,
 α quo diversis linguis inperiti β qui ut inperiti loquerentur loquerentur prorsus ad confirmandam spem caritatem cum interpretationibus praestitit ad confirmandam spem, dei commendans in nobis, et ut et caritatem dei commendaret in nobis, ut quia caros
20 quia caros appellat, possibile est securos nos esse de promissione, nos faceret de promissione, quia et deus est qui promisit et his quos caros habere vult promisit. {1a. quia enim fidei nostrae rationem humana verba
25 adserere non valent, virtutum testimonio, quae cum tacent clamant, rationabilis adprobatur ad confusionem prudentium mundi, qui audacia verborum terrenis contra caelestia dimicant et carnalibus adversus spiritualia et prudentes se dicere non erubescunt. nam sicut peregrini hominis inprobabilis origo in terra aliena est, ita et fidei nostrae veritas peregrinatur in terris. et quia natura eius verbis explicari non potest, virtutis, quae maior res est, testimonio commendatur.}

16sq. cf. Act. 2, 4 25 Cic. Catil. 1, 21

10 et] om. SK, ac IX 13 in om. S²IX

5, 4. Patientia autem probationem. 1. manifestum est, quia patientia, si talis fuerit, qualem diximus, firma videbitur probatio.

Probatio autem spem. 2. spes in eo, qui probatus videtur, non inmerito dicitur. dignus enim sciatur accepturus remunerationem in regno dei. 5

5, 5. Spes autem non confundit, quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. 1. spes non confundit, dum stulti et hebetes a perfidis iudicamur, credentes impossibilia mundo. pignus enim caritatis dei habemus in nobis per spiritum sanctum datum nobis. fidele enim esse promissum dei probat spiritus sanctus datus apostolis et nobis, qui diversis linguis praestitit, ut inperiti loquerentur cum interpretationibus ad confirmandam spem, ut et caritatem dei commendaret in nobis, ut quia caros falli impossibile est, securos nos faceret de promissione, quia et deus est qui promisit et his quos caros habere vult promisit. 1a. quia enim fidei nostrae rationem humana verba adserere non valent, nisi virtutum testimonio, quae cum tacent clamant, rationalis adprobatur ad destructionem prudentium mundi, qui audacia verborum terrenis armis contra caelestia dimicant et carnalibus adversus spiritalia et prudentes se dicere non erubescunt. nam sicut peregrini hominis inprobabilis origo in terra aliena est, ita et fidei nostrae veritas peregrinatur in terris. et quia natura eius verbis explicari non potest, virtutis, quae maior res est, testimonio commendatur. 15 20 25

13sq. cf. Act. 2, 4 20 Cic. Catil. 1, 21

4 spes uero WA 7 autem] enim W, uero A 10sq. impossibilia mundo] quae mundi carent ratione DC 15 confirmandum FG¹
 20 rationalis WA 21 destructionem] confusionem WAC quia FGM¹B¹W
 22 caelestia] caelestibus W, ecclesiam B 26 res om. FG¹MB¹OYWA¹

- 5, 6. Ut quid enim Christus, cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? 7. vix enim pro iusto quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori. 1. si pro incredulis ac deo (dei) inimicis Christus ad tempus morti se dedit — ad tempus enim mortuus est, quia tertia die resurrexit — quanto magis, cum in illum credimus, auxiliis suis muniet nos. ad hoc enim pro nobis mortuus est, ut et vitam et gloriam nobis adquireret. si ergo (itaque si) pro inimicis mortuus est, quantum
- 10 praestet amicis debet intellegi. apud homines ergo, id est secundum tempus visus est mori (mori visus est),
- α cum apud inferos vivus inferni claustra confringeret potestate virtutis suae. β ille enim apud inferos pro salute animarum irreverentes et nequam spiritus iudicabat.
- 15 {1a. tempora in mundo sunt, ubi oritur et occidit sol et luna clementum et detrimentum facit et dies et nox in statu suo non perseverant. res enim, quae tempori et aetati subiecta est, mutabilis semper est. huic ergo tempori Christus mortuus est, dum excessit e corpore. ubi autem tempus non est et aetas,
- 20 ibi non solum vivus, sed et victor repertus est.} 2. hinc voluit affectum salvatoris erga nos commendare, cum dicit: vix pro iusto quis moritur. Christus autem pro impiis mortuus est. si enim pro iusto vix aliquis moritur,
- α pro impiis quomodo potest fieri, ut quis moriatur? pro uno bono forsitan audeat quis mori aut forte non audeat, quia ambigue dictum est. β quomodo potest fieri, ut pro impiis quis moriatur? et si pro bono uno forte audeat quis mori aut forte non audeat, quia utrumque difficile esse significat,
- 30 quemadmodum videri potest, ut {audeat} aliquis pro multorum impietatibus [audeat] mori? {2a. si quis enim pro iusto aut bono forte audeat mori, miseratione quadam inlectus aut affectu bonorum operum eius, pro impiis vero non solum quod

5, 6. Ut quid enim Christus, cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? 7. vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori. 1. si pro incredulis ac deo inimicis Christus ad tempus morti se dedit — ad 5 tempus enim mortuus est, quia tertia die resurrexit — quanto magis, cum in illum credimus, auxiliis suis muniet nos. ad hoc enim pro nobis mortuus est, ut et vitam et gloriam nobis acquireret. itaque si pro inimicis mortuus est, quantum praestet amicis debet intellegi. apud homines ergo, id est 10 secundum tempus, mori visus est; ille enim apud inferos pro salute animarum irreverentes et nequam spiritus iudicabat. 1a. tempora ex mundo sunt, ubi oritur et occidit sol et luna incrementum et detrimentum facit et dies et nox in statu suo non perseverant. res enim, quae tempori et aetati 15 subiecta est, mutabilis semper est. huic ergo tempori Christus mortuus est, dum excessit e corpore. ubi autem tempus non est et aetas, ibi non solum vivus, sed et victor repertus est. 2. hinc voluit affectum salvatoris erga nos commendare, cum dicit: vix pro iusto quis moritur. Christus autem pro 20 impiis mortuus est. si enim pro iusto vix aliquis moritur, quomodo potest fieri, ut pro impiis quis moriatur? et si pro uno bono forte audeat quis mori aut forte non audeat, quia utrumque difficile esse significat, quemadmodum videri potest, ut audeat aliquis pro multorum impietatibus mori? 2a. si quis 25 enim pro iusto aut bono forte audeat mori, miseratione quadam inlectus aut affectu bonorum operum eius, pro impiis vero non solum quod suadeat mori deest, sed et quod in lacrimas provocet. 3. Christus autem mortuus est pro im-

5 dei *WA* 7 in *om. FG¹MBYWA¹C* 9 inimicis] impiis *W*
10 prestat *FGMBY* 13 ex] in *ODC* 14 crementum *WC* 15 perse-
uerat *W¹C* quae et *WA* 18 et *alt. om. FG* 21 aliquis] quis *A*
22 fieri *om. WA* pro impiis quomodo potest fieri ut quis *C* 24 sig-
nificavit *A* 28 vero *om. A* in] ad *A, om. W* 29 autem] enim *W*

suadeat mori deest, sed et quod in lacrimas provocet.} 3. Christus autem mortuus est pro impietatibus populi adhuc non sui, ut omnia, quae mundus diffidit, faceret credibilia. {3a. duos ergo gradus fecit, iusti et boni. quamvis et iustus
 5 bonus dicendus sit, tamen genera ipsa posuit, iustum in exercitio significans, bonum vero natum, qui simplicitate innocens dicatur. unde quamvis melioris meriti sit, quantum ad locum istum pertinet, iustus quam bonus, tamen pro bono, inquit, forte aliquis audeat mori, ut, quia miserabilior causa
 10 innocentiae est, ad hoc cogi forte aliquem posse significat. denique optant parentes pro infantibus bonis mori, non dicam uxores pro bonis maritis. 4a. nam si velimus de bono et iusto proponere, aliquando meliorem iustum deprehendimus, aliquando proponendum bonum. si enim iuxta dei legem, qui
 15 iustus est, melior bono est, sed illo, qui necdum secum laboravit, ut amplificaret se bonis. exercitio enim bonum naturae suae iustus meliorabit. si autem iuxta mundum fuerit iustus, praeponitur illi bonus propter innocentiam, quia huiusmodi non est sine impietate iustitia. itaque omnis natura bona est.
 20 iustitia autem legis dei fructus est competens naturae. ideoque iustitia bonitas est. unde iusti semper appellantur et boni, non tamen semper boni iusti, quia non propter opera vocantur boni, sed propter innocentiam. iustitia enim perfecta est bonitas, dum explet opere naturae suae bonum.}

25 **5, 8.** Conmendat autem suam caritatem deus in nobis. sic conmendat caritatem

α suam: adhuc inimicis β suam, dum adhuc inimicis benivulus est et mittit qui salvet eos, cum utique non mereantur.

pietatibus populi et adhuc non sui, cum pro callosis debitoribus tarde aliquis fidem suam se obligare patiatur. 3a. duos ergo gradus facit, iusti et boni. quamvis et iustus bonus dicendus sit, tamen genera ipsa posuit, iustum in exercitio significans, bonum vero natum, qui propter simplicitatem innocens 5 dicatur. unde quamvis melioris meriti sit, quantum ad locum istum pertinet, iustus quam bonus, tamen pro bono, inquit, forte aliquis audeat mori, ut, quia miserabilior causa innocentiae est, ad hoc cogi forte aliquem posse significat. denique optant parentes pro bonis filiis mori, non dicam 10 uxores pro bonis maritis. 4a. nam si velimus de bono et iusto proponere, aliquando meliorem iustum deprehendimus, aliquando praeponendum bonum. si enim iuxta dei legem, qui iustus sit, melior bono est, sed illo, qui necdum secum laboravit, ut amplificaret se bonis. iustus enim bonum naturae suae 15 melioravit. si autem iuxta mundum fuerit iustus, praeponitur ei bonus propter innocentiam, quia huiusmodi non est sine severitate iustitia nec severitas immunis a malitia. itaque omnis natura bona est. iustitia autem [legis dei] fructus competens naturae est. ideoque iustitia bonitas est. unde iusti 20 semper appellantur et boni, non tamen semper boni iusti, quia vocantur boni non propter opera, sed propter innocentiam. iustitia enim perfecta est bonitas, dum explet naturae suae bonum opere.

5, 8. Conmendat autem suam caritatem deus in 25 nobis. sic commendat caritatem suam dum adhuc inimicis

1 cum] sicut *WA* 1sq. cum—patiatu] ut omnia—credibilia *D ex recens. a β, p. 158, 3* 2 fide sua *W* obligare se *C* patiatu] aut tardis quis fidem suam obligare patiatu] *A* 3 fecit *WAC* 5 qui simplicitate *C* 10 bonis filiis] infantibus *C* 14 sit] est *DC* 15 suae exercitio *D* 15sq. iustus—melioravit] exercitio enim bonum naturae suae iustus melioravit *C* 16 meliorabit *FGBMY* 17 ei] illi *C* 18 severitate] impietate *C* nec—malitia *om. C* 19 legis dei *DC* 19sq. est competens naturae *C* 22 non propter opera uocantur boni *C* 23sq. opere naturae suae bonum *C* 25sq. in nobis deus *Y*

Quoniam si, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, 9. multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum. 1. {hoc dicit quia} si pro peccatoribus
 5 filium suum deus mori (occidi) permisit, quid faciet pro iustificatis, nisi servet eos ab ira, id est tutos illos praestet ab inlusionem diaboli, ut securi sint in die iudicii, cum perfidos coeperit (coeperit perfidos) ultio devastare. 2. quoniam enim bonitas dei nullum perire vult, morte dignis misericordiam
 10 dedit, ut intellegendibus dei gratiam circa se adderet dignitatem et gloriam [ingratis cumularet ad poenam]. ingrati hi sunt qui deo vocante dissentiunt, dei gratiam abnuentes, ut in proposito erroris et malignitatis permaneant.

5, 10. Si enim, cum inimici essemus reconciliati
 15 sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. manifestum est, quia si, ut reconciliaret nos sibi, deus filium suum morti tradidit, quanto magis reconciliatos salvos faciet in vita ipsius. non enim poterit minime diligere amicos, qui prodest inimicis.
 20 si enim mors salvatoris profuit nobis adhuc impiis, quanto magis iustificatis vita ipsius, cum resurgit a mortuis? quia sicut mors eius a diabolo nos eruit, ita et vita eius de die iudicii {dei} nos liberabit.

5, 11. Non solum autem hoc, sed et gloriamur
 25 in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. non tantum pro accepta salute et securitate deo [per dominum nostrum Iesum Christum] gratias agendas docet, sed et gloriandum in deo per dominum nostrum Iesum Christum (per I. Chr. in
 30 deo), qui dignatus est ex impiis et inimicis dici nos sibi (suos)

2 multo igitur Φ 19 non—21 ipsius om. Φ 22 a om. SI
 23 liberavit K 25 iesum christum dominum nostrum IX

benivulus est et mittit qui salvet eos, cum utique non mereantur.

Quoniam si, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, 9. multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum. 1. hoc dicit, quia si pro peccatoribus filium suum deus occidi permisit, quid faciet pro iustificatis, nisi servet eos ab ira, id est tutos illos praestet ab inlusione diaboli, ut securi sint in die iudicii, cum coeperit perfidos ultio devastare. 2. quoniam enim bonitas dei nullum perire vult, morte dignis misericordiam dedit, ut intelligentibus dei gratiam circa se adderet dignitatem et gloriam. ingrati hi sunt qui deo vocante dissentiunt, dei gratiam abnuentes, ut in proposito erroris et malignitatis permaneant.

5, 10. Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. manifestum est, quia si, ut reconciliaret nos sibi, deus filium suum morti tradidit, quanto magis reconciliatos salvos faciet in vita ipsius. non enim poterit minime diligere amicos, qui prodest inimicis. si enim mors salvatoris profuit nobis adhuc impiis, quanto magis iustificatis vita ipsius, cum resurgit a mortuis? quia sicut mors eius a diabolo nos eruit, ita et vita eius de die iudicii dei nos liberabit.

5, 11. Non solum autem hoc, sed et gloriamur in deo per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconcilitationem accepimus. non tantum pro accepta salvatione et securitate deo gratias agendas docet, sed et gloriandum per Iesum Christum in deo, qui di-

3 essemus] simus *A* 4sq. magis orgo (*add. iam W*) nunc iustificati *WA* 7 occidi deus *FG* pro *om. M* 9 ultio perfidos *W* 18 sibi nos *A* 20 non—inimicis *om. C* 21 adhuc impiis *om. C* 22 iustificatis *om. C* 23sq. nos de die *W* 24 dei *om. WA* 25 hoc *om. WA*
28 salvatione] salute *WAC*

amicos, ut omnia beneficia per Christum nos consecutos
(consecutos nos) gaudeamus,

α in eodem honore habentes β ut quia per ipsum cognovi-
filium, in quo est pater, mus deum, gloriantes in eo
5 reddamus ei honorificentiam
parem deo patri,

ipso sibi idoneo teste praedicante: ut honorificent, inquit,
filium, sicut honorificant patrem. post dei ergo patris
providentiam et donum quod dedit per Christum, ut per-
10 sonam filii nobis gratam faceret, quia per unum Christum
redempti sumus ab uno deo patre, adiecit:

5, 12. Propterea sicut per unum hominem pec-
catum in hunc mundum intravit et per peccatum
mors et sic in omnes homines pertransiit, in quo
15 omnes peccaverunt. 1. {quoniam} superius dei gratiam
per Christum datam ostendit secundum ordinem veritatis,
nunc ipsum ordinem unius dei patris per unum Christum
filium eius declarat, ut quia Adam unus { — id est Eva, et ipsa
enim Adam est — } peccavit in omnibus, ita unus Christus filius
20 dei peccatum vicit in omnibus. et quia propositum gratiae dei
erga genus humanum ostendit, ut ipsa primordia peccati
ostenderet, ab Adam coepit, qui prius (primum) peccavit, ut
providentiam unius dei per unum reformasse doceret, quod
per unum fuerat lapsum et tractum in mortem. 2. hic ergo
25 unus est, per quem salvati hanc illi reverentiam quam deo
patri debemus, ipso volente. dicit enim {idem} alio loco: qui
in his servit Christo, placet deo,

α scriptum est enim:

β cum scriptum est:

dominum deum tuum adorabis et ipsi (illi) soli
30 servies. si ergo soli deo serviendum dicit, et Christo serviri
(servire) praecepit, in unitate dei est Christus nec dispar aut

7 Ioh. 5, 23

26 Rom. 14, 18

29 Deut. 6, 13; Matth. 4, 10

1 consecutos om. Φ 14 sic] ita Φ 15 superius] studiosius Φ
23 providentia Φ 26 volente agamus S² I X enim in I X

gnatus est filio suo arbitro ex impiis et inimicis dici nos suos
 amicos, ut omnia beneficia per Christum consecutos nos
 gaudeamus, ut quia per ipsum cognovimus deum, gloriantes
 in eo reddamus ei honorificentiam parem deo patri, ipso sibi
 idoneo teste praedicante: ut honorificent, inquit, filium, 5
 sicut honorificant patrem. post dei ergo patris provi-
 dentiam et donum quod dedit per Christum, ut personam filii
 gratam nobis faceret, quia per unum Christum redempti
 sumus ab uno deo patre, adiecit:

5, 12. Propterea sicut per unum hominem peccat- 10
 tum in hunc mundum intravit et per peccatum mors
 et sic in omnes homines pertransiit, in quo omnes
 peccaverunt. 1. quoniam superius dei gratiam per Christum
 datam ostendit secundum ordinem veritatis, nunc ipsum or- 15
 dinem unius dei patris per unum Christum filium eius de-
 clarat, ut quia unus Adam — id est Eva, quia et mulier Adam
 est — peccavit in omnibus, ita unus Christus filius dei pec-
 catum vicit in omnibus. et quia propositum gratiae dei erga
 genus humanum ostendit. ut ipsa primordia peccati mani-
 festaret, ab Adam coepit, qui primum peccavit, ut providen- 20
 tiam unius dei per unum reformasse doceret, quod per unum
 lapsum fuerat et tractum in mortem. 2. hic ergo unus est,
 per quem salvati hanc illi reverentiam quam deo patri debe-
 mus, ipso volente. dicit enim idem alio loco: qui in his
 servit Christo, placet deo, cum scriptum sit: dominum 25

5 Ioh. 5, 23 24 Rom. 14, 18 25 Deut. 6, 13; Matth. 4, 10

1 filii sui arbitrio *Y* 4sq. ipsi (ipso *FW*) soli idoneo *FGODW*
 8 nobis gratam *C* faceret et *WA* 10sq. in hunc mundum peccatum *A*
 12 homines mors *WA* 15 eius *om. C* 16 adam unus *C* eua et ipsa
 enim adam est *C* mulier] ipsa *D* 19sq. manifestaret] ostenderet *C*
 22 fuerat lapsum *DC* adtractum *A*, contractum *W* 25 sit] est *C*
 scriptum est enim *D*

alter deus, quando cum soli deo serviendum lex conminetur, Christo serviens deo placere dicatur. sicut igitur (igitur sicut) per unum {hominem} peccatum in hunc mundum intravit et per peccatum mors, ita et per unum Christum damnatio
5 peccati

α et vita aeterna,

β et mors peccati praestans vitam aeternam,

quod inferius declarat. 2a. in quo {—id est in Adam—} omnes peccaverunt. {ideo dixit in quo, cum de muliere loquatur,
10 quia non ad speciem retulit, sed ad genus.} 3. manifestum α est in Adam omnes peccasse. β itaque est in Adam omnes peccasse quasi in massa.

ipse enim per peccatum corruptus quos generavit (genuit), omnes nati sunt sub peccato. ex eo igitur cuncti peccatores, quia
15 ex ipso sumus omnes. hic enim beneficium dei perdidit, dum praevaricavit, indignus factus edere de arbore vitae, ut moretur. mors autem dissolutio corporis est, cum anima a corpore separatur. 4. est et alia mors, quae secunda dicitur in gehenna, quam non peccato Adae patimur,

20 α propriis enim peccatis ad- β sed eius occasione propriis
quiritur. peccatis acquiritur.

a qua boni immunes sunt, tantum quod in inferno erant, sed superiori (superiore) quasi in libera, quia ad caelos ascendere non poterant; sententia enim tenebantur data in Adam. quod
25 cirografum in decretis

α manentem a Christo eva- β morte Christi deletum est.
cuatum est.

{sententia autem decreti fuit, ut unius hominis corpus solveretur super terram, anima vero vinculis inferni detenta exitia
30 pateretur.}

25sq. cf. Col. 2, 14

16 praevaricatus est X 23 libera sc. custodia] libro Φ qui ad SIX
25 cyrographum (-f. in K) KIX 26 manentem] cf. CC vol. IX praef.
8, p. Xsq., Rönsch, Itala und Vulgata p. 277

deum tuum adorabis et ipsi soli servies. si ergo soli deo serviendum dicit, et Christo servire praecepit, in unitate enim dei est Christus nec dispar aut alter deus, quando cum soli deo serviendum lex conminetur, Christo serviens deo placere dicatur. igitur sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et per peccatum mors, ita et per unum Christum damnatio peccati et mors peccati praestans vitam aeternam, quod inferius declarat. 2a. in quo — id est in Adam — omnes peccaverunt. ideo dixit in quo, cum de muliere loquatur, quia non ad speciem retulit, sed ad genus. 3. manifestum est itaque omnes in Adam peccasse quasi in massa. ipse enim per peccatum corruptus quos genuit, omnes nati sunt sub peccato. ex eo igitur cuncti peccatores, quia ex ipso sumus omnes. hic enim beneficium dei perdidit, dum praevaricavit, indignus factus edere de arbore vitae, ut moreretur. mors autem separatio animae a corpore est. 4. est et alia mors, quae secunda dicitur in gehenna, quam non peccato Adae patimur, sed eius occasione propriis peccatis adquiritur. a qua boni immunes sunt, tantum quod in inferno erant, sed superiore quasi in libera, quia in caelos ascendi non poterat; sententia enim tenebantur data in Adam. quod cirografum in decretis morte Christi deletum est. sententia autem decreti haec fuit,

22sq. cf. Col. 2, 14

1 ipsi] illi *DW* 2 serui *Y²C* 3 enim *om. DC* aliter *FGMB*
 4 conminetur] dicat *comminatur C*, *commonet G²OD*, dicat *communiter*
 utique *WA* 9 in *alt. om. WAC* 10 loquitur *A²*, loquebatur *D* 12 in
 adam omnes *C* ipso *A²* 13 corrupto *A*, *om. W¹* 15 hinc *FGB* 16 ut
 non *G²* 17 separatio—est] *dissolutio—separatur DC* *ex recens. a β, p.*
164, 17 sq. a] de *G* 19 eius] *ei FG* occasione patimur *W¹* 21 libera
sc. custodia qui *FGD* ad caelum (-los *D*) *DWA* ascendere (-di *WA*) non
 poterant *ODWA* 22 tenebatur *D²W* cirografum *C*, cyrographum *FGOA*
 decreto *FGMBOD* 23 mortis *FGDA* sententiae *FGMBOD* autem]
 enim *A* decreta *FGBOD* haec *om. C* fuit] sunt *FG¹MBODWA¹*

5, 13. Usque ad legem enim peccatum erat in hoc mundo. peccatum autem non inputabatur, cum lex non esset. 1. in Adam omnes dicit peccasse, sicut supra memoravi, et usque ad legem datam non inputatum
 5 esse peccatum. putabant enim se homines apud deum inpune peccare, sed non apud homines. nec enim naturalis lex penitus obtorpuerat,

α non enim ignorabant, quia β quia non ignorabant, quia quod sibi fieri nolebant, quod pati nolebant,

10 aliis facere non debebant. nam usque adeo non ignotum fuit peccatum inter homines, ut Iacob, cum idola sua apud illum quaereret socer eius Laban, in quo inventum fuisset furtum, morte dignum iudicaret. et Iosef, quamvis per calumniam, tamen quasi reus clausus in carcere est. et pistor et pincerna
 15 Faraonis ob delictum similiter passi sunt, et Moyses occiso Aegyptio adterritus lege fugit. 2. quomodo ergo non inputabatur peccatum, cum lex non esset? aut quomodo vindicabatur, nisi lex sciretur? naturalis lex (lex naturalis) semper est nec ignorabatur aliquando, sed putabatur ad tempus tantum
 20 auctoritatem habere, non et apud deum reos facere.

α ignorabatur enim deus iudicaturus opus humanum β ignorabatur enim, quia iudicaturus est deus genus humanum,

ac per hoc non inputabatur peccatum, quasi peccatum esset
 25 apud deum, incuriosum deum adserentes. adubi autem lex data est per Moysen, manifestatum est deum curare (curare

8sq. cf. Quaest. 4, 1, p. 24, 20 11sq. cf. Gen. 31, 32sq. 13sq. cf. Gen. 39, 20 14sq. cf. Gen. 40, 1sq. 15sq. cf. Exod. 2, 12sq.

3 omnes *om.* Φ 6 naturalis lex] natura uel lex *K* 10 incognitum *K* 14 in carcerem *IX* 16 lege *om.* *IX* fugit] *om.* *SK*, fugerit *IX*², fuerit *X*¹ 18 naturalis lex] natura uel lex *K* 19 tantum] tamen Φ 25 adubi] at ubi Φ , corr. *Bulhart* cf. *Theis.* I 825, 7 26 musen *NS*¹

ut unius hominis corpus solveretur super terram, anima vero vinculis inferni detenta exitia pateretur.

5, 13. Usque ad legem enim peccatum erat in hoc mundo. peccatum autem non inputabatur, cum lex non esset. 1. in Adam omnes dicit peccasse, sicut 5 supra memoravi, et usque ad legem datam non inputatum esse peccatum. putabant enim se homines apud deum inpune peccare, [sed] non apud homines. nec enim naturalis lex penitus obtorpuerat, quia non ignorabant, quia quod pati nolebant, aliis facere non debebant. nam usque 10 adeo non fuit peccatum ignotum inter homines, ut Iacob, cum idola sua quaereret apud illum Laban socer eius, in quo inventum esset furtum, morte dignum iudicaret. [et Iosef, quamvis per calumniam, tamen quasi reus clausus in carcere est.] et pistor et pincerna Faraonis ob delictum missi in vin- 15 cula sunt et Moyses occiso Aegyptio adterritus lege fugit. 2. quomodo ergo non inputabatur peccatum, cum lex non esset? aut quomodo vindicatum legitur, si latebat lex? naturalis enim lex semper est nec ignorabatur aliquando, sed putabatur ad tempus [tantum] auctoritatem habere, non et 20 apud deum reos facere. ignorabatur enim, quia iudicaturus est deus genus humanum, ac per hoc non inputabatur peccatum, quasi peccatum non esset apud deum, incuriosum deum adserentes. adubi autem data est lex per Moysen, manifestatum est curare deum res humanas et non inpune 25

9sq. cf. Quaest. 4, 1, p. 24, 20 **11sqq.** cf. Gen. 31, 32sqq.
13sqq. cf. Gen. 39, 20 **15sq.** cf. Gen. 40, 1sqq. **16** cf. Exod. 2, 12sqq.

1 uniuscuiusque $G^2 A^2$ **3** erat] aderat *W, om. MC* **8** sed *C* **9** quia] qui *FGBWA^1* **10** alii *FG^1 B* **11** ignotum fuit peccatum *C* **12** apud illum quaereret socer laban *C* **13** esset] fuisset *DC* **13sqq.** et—est *D*
15sq. uinculo *OW* **18** uindicabatur nisi lex sciretur G^2 **19** enim lex *om. FGDC* **20** tantum *DC* et *om. A* **21** quia summi W^1 **22** est] esset *A* **23** esset cognitum *WA* **24** adubi] at ubi *codd., corr. Bulhart cf. Thes. I 825, 7* lex data est *C* lex est *A* **25** manifestum *FGMOA*
curare] curae habero *WA*

deum) res humanas et non impune futurum his, qui malefacientes in praesenti evadunt. 3. nam utique si inter se magistratura peccata non intermittenda (inulta) censebant, quanto magis deum {haec}, quem mundi sciebant opificem, requisitum non debuerant ignorare, quippe cum Sodoma et Gomorra per ignem adiudicata sint deperire, quod oblivio quidem texerat, Moyses autem, ut firmaret deum iudicem fore, scribendo manifestavit. sed cum praetermisso deo figmenta coeperunt in honorem dei recipere, depravati mente partem legis naturalis, quae prima est, calcaverunt. 4. quia lex naturalis tres habet partes, cuius prima haec est, ut agnitus honoretur creator nec eius claritas et maiestas alicui [de creaturis] deputetur. secunda autem pars est moralis, hoc est, ut bene vivatur modestia gubernante. congruit enim homini habenti notitiam creatoris vitam suam lege frenare {ne frustretur agnitio}. tertia vero pars est docibilis (docilis), ut notitia creatoris dei et exemplum morum ceteris tradatur, ut discant, quemadmodum apud creatorem meritum conservatur (conlocatur). haec est vera et Christiana prudentia.

5, 14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen. 1. quoniam non inputabatur peccatum, antequam lex daretur per Moysen, sicut dixi, ipsa usurpationis impunitate regnabat mors, sciens

α ad se illos pertinere.

β sibi illos devotos.

regnabat ergo mors securitate dominationis suae tam in hos, qui ad tempus evadebant, quam in illos (istos), qui etiam hic poenas dabant pro malis operibus suis. omnes enim suos esse videbat, quia qui facit peccatum servus est peccati. impune enim peccare (etenim cedere) putantes magis delin-

7sq. cf. Gen. 19, 24 28 Ioh. 8, 34

3 consebat Φ 4 sciebat SKX 5 debuerat Φ 6 sit NS^1K
 7 muses NS^1 10 partim SKI^1 11 lex naturalis] natura uel lex K
 17 notitiam Φ tradat KIX 21 musen NS^1 , moisen K putabatur Φ
 22 musen NS^1 , moisen K 26sq. quam — suis $om.$ Φ 29 peccare se I^2X

futurum his qui malefacientes quacumque ex causa evadunt ad praesens. 3. nam utique si inter se magistra iustitia vel natura peccata non inulta censebant, quanto magis deum haec, quem mundi sciebant opificem, requisitum non debuerant ignorare, quippe cum Sodoma et Gomorra per ignem adiudicata sint deperire, quod oblivio quidem texerat, Moyses autem, ut firmaret deum iudicem fore, scribendo revelavit. sed cum praetermisso deo coeperunt figmenta in honorem dei recipere, depravati mente partem legis naturalis, quae prima est, calcaverunt. 4. quia lex naturalis tres habet partes, cuius prima pars haec est, ut agnitus honoretur creator nec eius claritas et maiestas alicui praeter filio deputetur. secunda autem pars est moralis, id est, ut bene vivatur modestia gubernante. congruit enim homini habenti notitiam creatoris vitam suam lege frenare, ne frustretur agnitio. tertia vero pars est docilis, ut notitia creatoris dei et exemplum morum ceteris tradatur, ut discant, quemadmodum apud creatorem meritum conlocatur. haec est vera et Christiana prudentia.

5, 14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen. 1. quoniam non inputabatur peccatum, priusquam lex daretur per Moysen, sicut dixi, ipsa usurpationis impunitate regnabat mors, sciens sibi illos devotos. regnabat ergo mors securitate dominationis suae tam in hos, qui ad tempus evadebant, quam in istos, qui etiam hic poenas dabant

6sq. cf. Gen. 19, 24

1sq. in praesenti evadunt DC 2 iustitia vel om. C 4sq. debuerunt WA 6 sunt FGMWA 7 adfirmaret A fore] fuisse A revelavit] manifestavit C 8 figmenta coeperunt C 9 partem om. FGMBWA mente—legis] legem (-i W) mentis WA 11 pars om. C 12 praeter filio] de creaturis C 13 id] hoc C 14 creatoris apud se A 15 refrenare FGOD 16 docibilis D et] ad A, om. FGBO 20 mosen C, musen F, post moysen add. et (etiam D) in eos qui non peccauerunt FGMODWA antequam C 21 musen F

quebant {circa haec peccata promptiores, quae mundus quasi licita nutriebat}. quo facto gaudebat satanas securus, quod causa Adae relictum a deo hominem in possessione (possessionem) haberet. {regnabat ergo mors.}

5 In eos qui peccaverunt in similitudine (similitudinem) praevaricationis Adae, qui est forma futuri. 2. {qui est forma futuri,} quod in subiectis monstrabimus. itaque non in omnes mortem regnasse manifestum est, quia non peccaverunt omnes in similitudine
 10 (similitudinem) praevaricationis Adae, id est, non omnes contempto deo peccaverunt. qui autem sunt, qui contempto deo peccaverunt, nisi qui contempto (neglecto) creatore servierunt creaturae deos sibi constituentes, quos colerent ad iniuriam dei? nam et Thare (Thara) pater Abrahae et Nachor et Laban proprios deos sibi vindicabant, et peccatum Adae non longe est
 15 ab idolatria; praevaricavit enim putans se hominem futurum deum; aestimavit enim hoc magis profuturum quod diabolus suasit quam quod deus iussit, in loco dei diabolum statuens, unde et subiectus factus est diabolo. 3. similiter et hi transgresso deo, dum creaturae serviunt, peccant simili [modo], non eodem, quia similitudo ('simili modo') solet habere aliquid dissimile. nec enim potest dici, quia et hi praeceptum [a deo] acceperunt non edendi de arbore sicut Adam. fuerunt qui peccaverunt non praeterito deo, sed in lege naturali. qui enim
 20 intcllexit et veneratus est deum, nulli honorificentiam nominis ac maiestatis eius inertiens, si peccavit, {— quia impossibile est non peccare,—}

14sq. cf. Ios. 24, 2; Gen. 31, 30 23 cf. Gen. 2, 17

2 securus om. Φ 3qq. possessionem β K 5 in eos qui] etiam super eos qui non Φ 14 thare] hara NS¹, haram S² I¹ X 14sq. proprio NS¹ 17 magis] homini I X 19 hi] in K, om. S I X 22 hi om. Φ

pro malis operibus suis. omnes enim suos esse videbat, quia qui facit peccatum servus est peccati. inpune etenim cedere putantes magis delinquebant, circa haec peccata promptiores, quae mundus quasi licita nutriebat. quo facto gaudebat satanas securus, quod causa Adae relic- 5 tum a deo hominem possidebat. regnabat ergo mors.

In eos qui peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae, «qui est forma futuri. 2. qui Adam forma futuri est, quod in subiectis monstrabimus. itaque non in omnes regnasse mortem manifestum est, quia non omnes peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae, id est, non omnes contempto deo peccaverunt. qui autem sunt, qui contempto deo peccaverunt, nisi qui neglecto creatore servierunt creaturae deos sibi constituentes, quos colerent ad iniuriam dei? idcirco laetabatur in istis diabolus, quia videbat illos imitatores suos effectos. nam et Thara pater Abrahæ et Nachor et Laban proprios deos habebant, et peccatum Adae non longe est ab idolatria; praevaricavit enim putans se hominem futurum deum; aestimavit enim hoc magis profuturum quod diabolus suasit quam quod deus iussit, in 20 loco dei diabolum statuens, unde et subiectus factus est diabolo. 3. similiter et hi transgresso deo, dum serviunt creaturae, peccant simili, non eodem modo, «quia ‘simili modo’ solet habere aliquid dissimile. nec enim potest dici, quia et hi

2 Ioh. 8, 34 16sq. cf. Ios. 24, 2; Gen. 31, 30

3 enim *WAC* cedere] credere *BWA*, peccaro *D* 4sq. quae—facto *om. FG¹MBO* 5 quod] quo *FG¹MBW*, quoniam *A* 6 possideret *MC*, possiderit *W* regnavit *C* 7 et in eos *WA* similitudine *FGBC* 8 qui—futuri *D* qui *alt.*] quia *GBO* 8sq. qui—est *om. D* 10 mortem regnasse *WAC* 11 peccaverunt omnes *C* similitudine *FGC* 12sq. qui—peccaverunt *om. FG¹MBODWA* 15sq. idcirco—effectos *om. C* istis] his *FG* 16 tara *W*, thare *A* 17 habebant] sibi uindicabant *DC* 19 hominem] cum homo esset *WA* 21 factus *om. AC* 22 similiter et hi *om. C* 22sq. creaturae serviunt *C* 23 simili *pr.*] simili modo *C* quia—p. 173, 1 Adam *D*

α in lege peccavit, quia denegabat. ideoque in istos mors non regnavit, in eos autem in quos regnavit, ipso domino
5 abusi sunt.

β sub deo peccavit, non in deum, quem iudicem sensit. ideoque in huiusmodi mors non regnavit, in hos autem sicut dixi regnavit, qui sub specie idolorum servierunt diabolo.

{3a. propterea quod lex in auctoritate non erat promulgata, iudicem deum praesentire nequiverunt; maxima enim pars
10 mundi deum fore iudicem ignorabat. perpauci autem, in quos non regnavit mors; in quos autem regnavit, post istam mortem, quae prima dicitur, a secunda excepti sunt ad poenam et perditionem futuram; in quos autem non regnavit, quia non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Aadae, sub spe
15 reservati sunt adventui salvatoris in libera, sicut legitur de Abraham, quia quamvis apud inferos fuerit, discretus tamen longo intervallo, ita ut chaos esset ingens inter iustos et peccatores, quanto magis inpios, ut iustis esset refrigerium et peccatoribus aestus, inpiis vero ardor, ut ante iudicium quid
20 unusquisque dignus esset non lateret. ac per hoc regnabat in eos mors, quia videbat opera subtilitatis suae profecisse eis ad poenam quasi inimicis. non enim latuit illum ad hoc factum hominem in mundo, ut imperium unius dei praedicaret, quod praevaricatus est satanas.}

25 α sic habeat etiam in eos regnasse mortem qui non peccaverunt in similitudine praevaricationis Aadae

β non ita cautum dicatur—sic enim dicitur scriptum etiam in eos regnasse mortem qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Aadae—

30 totum enim hic complexus videtur, ut quia mors, id est dissolutio, per invidiam facta est diaboli, et in eos qui non pec-

praeceptum acceperunt non edendi de arbore sicut Adam. fuerunt etiam qui peccaverunt non praeterito deo, sed in lege naturali. qui enim intellexit, sive ex traduce sive iudicio naturali et veneratus est deum, nulli honorificentiam nominis et maiestatis eius impertiens, si peccavit, — quia impossibile 5 est non peccare, — sub deo peccavit, non in deum, quem iudicem sensit. ideoque in huiusmodi mors non regnavit, sed in hos regnavit, sicut dixi, qui sub specie idolorum servierunt diabolo. 3a. propterea quod lex in auctoritate non erat promulgata, iudicem deum praesentire nequiverunt; maxima 10 enim pars mundi deum fore iudicem ignorabat. perpauci autem erant, in quos non regnavit mors; in quos autem regnavit, post istam mortem, quae prima dicitur, a secunda excepti sunt ad poenam et perditionem futuram; in quos autem non regnavit, quia non peccaverunt in similitudinem 15 praevericationis Adae, sub spe reservati sunt adventui salvatoris in libera, sicut legitur de Abraham, quia quamvis apud inferos fuerit, discretus tamen longo intervallo, ita ut chaos esset ingens inter iustos et peccatores, quanto magis impios, ut iustis esset refrigerium et peccatoribus aestus, impiis vero 20 ardor, ut ante iudicium quid unusquisque dignus esset non lateret. ac per hoc ergo regnabat in eos mors, quia videbat opera subtilitatis suae profecisse eis ad poenam quasi inimicis. non enim latuit illum ad hoc factum hominem in mundo, ut imperium unius dei praedicaret, a quo praevericatus est satanas. 25 4. ac si in Graeco non ita cautum dicatur — sic enim dicitur scriptum etiam in eos regnasse mortem, qui non peccaverunt

1 cf. Gen. 2, 17 18sq. cf. Luc. 16, 26

3sq. intellexit iudicio naturali siue ex traduce C 5 et] ac DC eius om. D 6 quem om. FGMBWA 7 huiusmodi] hos D 7sq. sed—dixi] in hos autem sicut dixi regnavit C 9 praeterea F²MBWA 14 exempti A 15 similitudine FGMB 18 fuit C interuallo est D 19 magis inter Y 20 iustis et piis A 24 in hunc mundum WA 25 a quo] quod C

caverunt regnasse mortem. moriuntur enim, quod votum (voti) est satanae. {4a. quod si verum esset, non oportuit dici: regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, si ab initio usque ad finem regnat in omnes, aut forte gradus fecit, ut ab Adam usque ad Moysen regnaverit et a Moyse usque ad Christum, a Christo vero usque ad finem? ut ad quam utilitatem haec locutio proficeret, cum nec sic locutus probe-
 5 tur? dixit enim: ab Adam regnavit mors usque ad Moysen, propter quod lex non erat manifestata, ut data lege
 10 sub auctoritate eius viverent, scientes quid caverent, ne regnaret in eos mors. 4b. igitur qui ante legem hoc servavit natura duce quod postea lex mandavit, numquid potest dici, quia mors regnavit in eum? nam vide, quid de eo scriptum sit: peccatum, inquit, non imputabatur, cum lex non
 15 esset, et adiecit: sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, eo utique tempore, quo lex non erat, et convenit, ut quia antequam lex daretur mors regnavit, in eos regnasse dicatur, qui peccaverunt in similitudinem prae-
 20 varicationis Adae, sicut supra memoravimus. 4c. sicut enim post datam legem qui fornicationi aut idolis servierunt contem-
 nentes legislatorem, regnavit in eos mors, ita et ante legem qui sensum legis praesenserunt honorificantes auctorem eius, non utique regnavit in eos mors, propterea enim regnasse dicitur, quia cognitio unius dei evanuerat in terris, denique
 25 sic coepit data lex: ego sum, inquit, dominus deus tuus, qui eduxi te de Aegypto, de domo servitutis, non erunt tibi dii alii praeter me et non facies tibi idolum neque ullam similitudinem. 4d. data igitur lex est, ne mors regnaret, ut abolitis peccatis prioribus uni deo
 30 obsecundaret genus humanum, unde alio loco dicit idem apostolus: non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obaudiatis ei, quo dicto ostendit etiam nunc

25 Exod. 20, 2sq. 31 Rom. 6, 12

I regnasse mortem dicat *Migne*

in similitudinem praevaricationis Adae —, totum enim hic complexus videtur, ut quia mors, id est dissolutio, per invidiam facta est satanae, et in eos qui non peccaverunt regnasse mortem. moriuntur enim, quod voti est satanae. 4a. quod si verum esset, non oportuit dicere: regnavit mors 5 ab Adam usque ad Moysen, si ab initio usque ad finem regnat in omnes. aut forte gradus fecit, ut ab Adam usque ad Moysen regnaverit et a Moyse usque ad Christum, a Christo vero usque ad finem? ut ad quam utilitatem haec locutio proficeret, cum nec sic locutus probetur? dixit enim: ab 10 Adam regnavit mors usque ad Moysen, propter quod lex non erat manifestata, ut data lege sub auctoritate eius viverent, scientes quid caverent, ne regnaret in eos mors. 4b. igitur qui ante legem hoc servavit natura duce quod postea lex mandavit, numquid potest dici, quia mors regnavit in 15 eum? nam vide, quid de eo scriptum sit: peccatum, inquit, non inputabatur, cum lex non esset. et adiecit: sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, eo utique tempore, quo lex non erat. et convenit, ut quia antequam lex daretur mors regnavit, in eos regnasse dicatur, qui 20 peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae, sicut supra memoratum est. 4c. sicut enim post datam legem qui fornicationi et idolis servierunt contemnentes legislatorem, regnavit in eos mors, ita et ante legem qui sensum legis praesenserunt honorificantes auctorem eius, non utique 25 regnavit in eos mors. propterea enim regnasse dicitur, quia cognitio unius dei evanuerat in terris. denique sic coepit data lex: ego sum, inquit, dominus deus tuus, qui eduxi te

28 Exod. 20, 2sqq.

1 similitudine *FGC* 3 satanae] diaboli *DC* 5 esset] est *FGMBO*
DW dici *YDC* 7 aut] hoc id *OD* gradus *C* 10 post proficeret: non
appareat *A*² 17 sed non *W* 18 eo *om.* *FGMBYWA* 19 quo] quod
*FBA*¹ 23sq. legisdatorem *D*, legisfactorem *W* 26 enim] in eos *W*
27sq. lex data *FGM*, lex data sic cepit *G*

regnare mortem, si lex contemnat. quod enim regnum mortis est, nisi cum fit voluntas eius, dum imperat ad perniciem obaudientis? cuius imperii voluntas caput est idolatriae. 4c. et tamen sic praescribitur nobis de Graecis codicibus, 5 quasi non ipsi ab invicem discrepent, quod facit studium contentionis, quia enim propria quis auctoritate uti non potest ad victoriam, verba legis adulterat, ut sensum suum quasi verbis legis adserat, ut non ratio, sed auctoritas praescribere videatur, constat autem quosdam Latinos porro olim de 10 veteribus Graecis translatos codicibus}

5.	α respondentes ad haec non tacemus, quia codices nostri ex Graecis veteribus originem habent, quos incorruptos simplicitas temporum probat.	β quos incorruptos simplicitas temporum servavit et probat, postquam autem a concordia animis dissidentibus et hereticis perturbantibus torqueri quaestiones coeperunt.
15	postea autem hereticis perturbantibus et quaestiones torquentibus	

multa inmutata sunt ad sensum humanum, ut hoc contineretur in litteris, quod homini videretur, unde et ipsi Graeci 20 diversos codices habent. {5a. hoc autem verum arbitror, quando et ratio et historia et auctoritas observatur, nam hodie quae in Latinis reprehenduntur codicibus, sic inveniuntur a veteribus posita, Tertulliano, Victorino et Cypriano, primum enim in Iudaea coepit destrui regnum mortis, quia notus in 25 Iudaea deus, nunc autem in omnibus gentibus cotidie destruitur, dum magna ex parte ex filiis diaboli fiunt filii dei, itaque non in omnes regnavit mors, sed in eos, qui peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae, sicut supra memoravi.} {6. nam hoc ad causam puto non pertinere, quia apostolus hac ratione dicit mortem regnasse, quia peccatum non imputabatur, cum lex data non esset, omnes enim prope

25 Ps. 75. 2

32 cum] quam N^S , quia S^2IX

de Aegypto, de domo servitutis. non erunt tibi dii alii praeter me et non facies tibi idolum neque ullam similitudinem. 4d. data igitur lex est, ne mors regnaret, ut abolitis peccatis prioribus uni deo obsecundaret genus humanum. unde alio loco dicit idem apostolus: non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obaudiatis ei. quo dicto ostendit etiam nunc regnare mortem, si lex contemnatur. quod enim regnum mortis est, nisi cum fit voluntas eius, dum imperat ad perniciem obaudientis? cuius imperii voluntas caput est idolatriae. 4e. et tamen sic praescribere nobis volunt de Graecis codicibus, quasi non ipsi ab invicem discrepent. quod facit studium contentionis. quia enim propria quis auctoritate uti non potest ad victoriam, verba legis adulterat, ut sensum suum quasi verbis legis adserat, ut non ratio, sed auctoritas praescribere videatur. constat autem quosdam Latinos porro olim de veteribus Graecis translatos codicibus, quos incorruptos simplicitas temporum servavit et probat. postquam autem a concordia animis dissidentibus et hereticis perturbantibus torqueri quaestiones coeperunt, multa inmutata sunt ad sensum humanum, ut hoc contineretur [in] litteris, quod homini videretur. unde etiam ipsi Graeci diversos codices habent. 5a. hoc autem verum arbitror, quando et ratio et historia et auctoritas conservatur. nam hodie quae in Latinis reprehenduntur codicibus, sic inveniuntur a veteribus posita, Tertulliano et Victorino et Cypriano. igitur in Iudaea primum destrui coepit regnum mortis, quia notus in Iudaea deus.

5 Rom. 6, 12 27 Ps. 75, 2

1 de terra aegypti *FGMBOYD* erint *WA* 4 obsecundaretur *DWA*
AC 6sq. ad obediendum *WA* 11 praescribitur nobis de *C* 12 fecit *FGBOY*
15 uerba *FG* ut] uti *FGMBOD*, ut iam *WA* 18 temporis *WA*
19 a *om. FGMBO* et ab *WA* 21 in *C* 22 etiam] etiam
et *A*, et *C* 23 et *pr. om. FGMBYWA* storia *W* 25 inuenitur positum *WA*
26 et *pr. om. Y²WAC* uicturino *MB¹Y¹DWAC* 26sq. primum—coepit] prius ergo in iudaea coepit destrui *C*

idolis serviebant. in idolo autem cultura diaboli est, ac per hoc regnabat mors. nam si etiam in hos, qui non peccaverunt in similitudine praevaricationis Aadae, mors regnavit, quia mortui sunt, et nunc regnat, quia et sancti moriuntur, et si
 5 propter idolatriam solam regnavit mors, et nunc regnat. sed non regnat, quia non solum idolatriae causa regnavit mors, sed et in turpitudine vitae, et cotidie de filiis diaboli fiunt filii dei. ideo non regnat mors. data ergo lex est, ut per legem obnoxii in iudicio dei essent rei, subiecti deo, non diabolo.
 10 quamobrem lege data coepit non regnare. coeperunt enim omnes scire creatorem deum iudicaturum genus hominum et paulatim ab eius dominio recedere.]

7. α ideoque Adam

β Adam autem ideo

forma futuri est, quia iam tunc (tum) in mysterio decrevit
 15 deus per unum Christum emendare, quod per unum Adam peccatum erat, sicut dicit in Apocalypsi Iohannis apostoli (apostolus): agnus {inquit} qui occisus est a constitutione mundi. denique subiecit:

5, 15. Sed non sicut delictum, ita et donum.
 20 {1a. propter quod enim formam esse dixit unius Christi unum Adam, ne et causam Aadae talem significasse putaretur, qualis et Christi est, ait: sed non sicut delictum, ita et donum, quia in eo tantum forma Adam Christi est, quia quod unus peccavit unus emendavit.}

25 Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei et donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundavit. 1. hoc est: si delicto unius multi mortui sunt, {imitantes praevaricationem eius,} magis gratia dei et donum in plures abundavit {confugientes ad se}. plures enim gratiam consequuntur
 30 quam mortui sunt delicto Aadae. unde manifestum est non

17 Apoc. 13, 8

9 in om. SIX 16 dicitur in apokalypsi IX

nunc autem in omnibus gentibus cotidie destruitur, dum magna ex parte ex filiis diaboli fiunt filii dei. itaque non in omnes regnavit mors, sed in eos, qui peccaverunt in similitudine praevaricationis Aadae, sicut supra memoravi.

7. Adam autem ideo forma futuri est, quia iam tum in 5
mysterio decrevit deus per unum Christum emendare, quod
per unum Adam peccatum erat, sicut dicit in Apocalypsi
Iohannis apostoli: agnus [inquit] qui occisus est a
constitutione mundi. denique subiecit:

5, 15. Sed non sicut delictum, ita et donum. 10
1a. propter quod enim formam dixit esse unius Christi unum
Adam, ne et causam Aadae talem significasse putaretur, qualis
et Christi est, ait: sed non sicut delictum, ita et
donum, quia in eo tantum forma Adam Christi est, quia
quod unus peccavit unus emendavit. 15

Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo
magis gratia dei et donum in gratia unius hominis
Iesu Christi in plures abundavit. 1. hoc est, si delicto
unius multi mortui sunt imitantes praevaricationem eius,

8 Apoc. 13, 8

3 omnes] eos *F G M B Y¹ W A* 6 decreuerat *W A* 7 peccatum erat]
per praevaricationem peccatum increuerat *W A* dicit] dicitur *D, om. A*
apocalipsin *W* 8 apostolus *M* inquit *C* 10 delictum] peccatum *W¹*
11 esse dixit *C* 16 in unius *C* 18 abundabit *C*

de {hac} morte, quae omnibus communis est, significasse, quia omnes omnino moriuntur et non tamen omnes gratiam consequuntur, neque mortem in eos regnasse, sed in eos, qui delicto Adae mortui significantur, quos in similitudine (similitudinem) praevaricationis Adae dicit peccasse. 2. hi sunt, quos dicit unius delicto multos mortuos, gratiam autem dei in plures abundare, quia et {in} his, qui delicto Adae mortui dicuntur similiter peccantes, et {in} his, qui non peccaverunt in hac Adae praevaricationis similitudine, {paterno autem peccato ex dei sententia erant apud inferos,} dei gratia (gratia dei) abundavit {in descensu salvatoris}, omnibus dans indulgentiam,

α quia quamvis aliqui non β cum triumpho sublatis cis peccaverint in similitudine in caelum.
15 praevaricationis Adae — si tamen aliter illos peccasse dubium non est, quia non sine peccato, qui omnes descensu salvatoris dei gratiam acceperunt.
20 ceperunt.

5, 16. Et non sicut per unum peccantem, ita {est} et donum. nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, donum autem ex multis delictis in iustificationem. 1. manifeste diversum est, quia uno Adae peccato condemnati sunt, qui in similitudine (similitudinem) praevaricationis eius peccaverunt, gratia vero dei per Christum non ex uno delicto, sed ex multis peccatis iustificavit homines, dando {illis} remissionem peccatorum. 2. hoc ad magnificentiam pietatis dei et Christi loquitur, ut, cum delicto Adae multi tenentur a morte secunda in inferno in-

1 significat SKI^1 , significatum I^2X
gratia SK , ut gratia IX autem *om.* IX
8 in βIX 17 non sine] nisi $N S^1$, ni K
dando: misericordiam et *add.* X

2 quia] quo Φ 6 gra-
7 habundaret Φ hi S^2IX
18 qui] quia S^2IX 28 *post*

magis gratia dei et donum in plures abundavit eonfugientes ad se. plures enim gratiam consequuntur quam mortui sunt delicto Adae. unde manifestum est non de hae morte, quae communis est omnibus, significasse, quia omnes omnino moriuntur et non tamen omnes gratiam consequuntur, neque mortem in omnes regnasse, sed in eos, qui delicto Adae mortui significantur, quos in praevaricatione similitudinis Adae dicit peccasse. 2. hi sunt, quos dicit unius delicto multos mortuos, gratiam autem dei in plures abundare, quia et in his, qui delicto Adae mortui dicuntur similiter peccantes, et in his, qui non peccaverunt in hac similitudine praevaricationis Adae, paterno autem peccato ex sententia dei erant apud inferos, gratia dei abundavit in descensu salvatoris, omnibus dans indulgentiam, cum triumpho sublatis eis in caelum.

5, 16. Et non sicut per unum peccantem, ita est et donum. nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, donum autem ex multis delictis in iustificationem. 1. manifeste diversum est, quia uno Adae peccato condemnati sunt, qui in similitudinem praevaricationis eius peccaverunt, gratia vero dei per Christum non ex uno delicto, sed ex multis peccatis iustificavit homines, dando illis remissionem peccatorum. 2. hoc ad magnificentiam pietatis dei et Christi loquitur, ut, cum delicto Adae multi tenentur a morte secunda in inferno inferiori, donum tamen gratiae

4 omnibus communis est *C* 7 similitudinem praevaricationis *YDC*
 8 dicit *pr. om. A* peccasse asserit *A*² dicit *alt.*] dicit in *DC* 9 gratia
FMDC 11 adae praevaricationis similitudine *C* 12 dei sententia *C*
 15 est *om. ODWA* 16 quidem *om. WA* 18 iustificationem vitae *A*
 19 similitudine *FGMBC* 20 vero] autem *W*

feriori, donum tamen gratiae dei, cum iustum esset plecti illos, non solum ignoscit illis, sed et iustificat.

5, 17. Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt, in vitam regnabunt per unum Iesum Christum. 1. contuendum est unum esse sensum et in nullo differre. mortem enim dicit regnasse, non regnare {quia qui intellexerunt per legem iudicium dei, sublatis sunt de eius imperio}. regnavit autem, quia sine manifestatione legis timor dei in terris non erat. 2. superior ergo sensus est, ut quia mors regnavit ab Adam usque ad Moysen in eos qui peccaverunt in similitudine (similitudinem) praevaricationis Aadae, multo magis gratia regnet abundantia doni dei in vitam per unum Iesum Christum. si enim mors regnavit, quare non {magis} gratia regnet, quae multo plures iustificavit (iustificat), quam hi sunt, in quos regnavit mors? quanto magis gratia regnare credenda est, quia confert vitam per Christum!

5, 18. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitae. hoc est, sicut unius delicto (per unius delictum) omnes damnationem (condemnationem) meruerunt similiter peccantes, ita et {in} iustitia unius omnes iustificabuntur credentes. si qui autem condemnationem hanc generalem esse putant, simili modo et iustificationem generalem capiant (accipiant). sed non est verum, quia non omnes credunt.

5, 19. Sicut enim per inoboedientiam (inobaudientiam) unius hominis peccatores constituti sunt plurimi, ita et per unius oboedientiam (obaudientiam) iusti constituentur multi. 1. quos supra omnes dixit, hic 'plures' et 'multos' significat. plures

4 qui *om.* Φ 5 accipientes Φ 11 muson *NS*¹ 12 similitudinem βK 13 uita Φ 18 in *om.* *S*²*IX* 20 in *pr. om.* *IX* in *alt. om.* *S*
30 multi constituentur iusti Φ

dei, cum iustum esset plecti illos, non solum ignoscit illis, sed et iustificat.

5, 17. Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multo magis qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt, in vitam regnabunt per unum Iesum Christum. 1. contuendum est unum esse sensum et in nullo differre. mortem enim dicit regnasse, non regnare, quia qui intellexerunt per legem futurum iudicium dei, sublatis sunt de eius imperio. regnavit autem, quia sine manifestatione legis timor dei in terris non erat. 2. superior ergo sensus est, ut quia mors regnavit ab Adam usque ad Moysen in eos qui peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae, multo magis gratia regnet abundantia doni dei in vitam per unum Iesum Christum. si enim mors regnavit, quare non magis gratia regnet, quae multo plures iustificat, quam hi sunt, in quos regnavit mors? quanto magis gratia regnare credenda est, quae confert vitam per Christum!

5, 18. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitae. hoc est, sicut unius delicto omnes condemnationem meruerunt similiter peccantes, ita et in iustitia unius omnes iustificabuntur credentes. si qui autem condemnationem hanc generalem esse putant, simili modo et iustificationem generalem accipient. sed non est verum, quia non omnes credunt.

5, 19. Sicut enim per inobaudientiam unius hominis peccatores constituti sunt plurimi, ita et

4 et] et doni *WA*, et donationis et *D* 5 uita *FGMBOYDWA*
 11 qui non *G* 12 similitudine *FGMBW* 13 regnet et *A* uita *FGMBOYD*
 14 regnavit mors *FGM* 18 igitur] itaque *WA* 19 in *om.*
FGMBOY sic] ita *WA* 20 in *pr. om.* *FGMBOY* 21 in condemna-
 tionem erunt *FG¹MBYA* 22 in *om.* *FGMYDWC* 24sq. acci-
 pientes *FGMBY¹WA* 27 plurimi] multi *MW*

enim delictum Adae secuti sunt praevaricando, non omnes, ut (et) multi iusti constituentur (constituentur) [per fidem Christi], non omnes. {1a. non ergo in eos regnavit mors, qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae.}

5 **5, 20.** Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. 1. hoc est: data est lex in litteris ad manifestationem. nam erat inserta naturae, quae libenter quidem suscepta est dicentibus Iudaeis ad Moysen: quaecumque dixerit dominus deus, faciemus. subintravit autem, quia
10 libenter suscepta rcos ostendit qui ante peccaverant. recordati sunt enim requisiturum deum fructum seminis iustitiae, quod inseruit naturae. 2. subintrare igitur est, humiliter intrare et postea dominari. ideo subintrante lege abundavit peccatum, quia tam veteres ante legem quam post legem pec-
15 catores ostendit, et plus post legem, quia inimicus plus exarsit invidia videns hominis curam habere deum, ut illum etiam per legem reum faceret, ne autem deus aspici mereretur.] {2a. potest dici e contra: 'non ergo oportuit dari legem, ne peccata increscerent. si enim ante legem minus peccatum
20 est, non opus fuit lege.' plane necessaria fuit lex, ut ostenderet inputari apud deum peccata, quae inpune fieri credebantur, ut de cetero scirent, quid evitare deberent. 2b. unde Esaias profeta: lex, inquit, adiutorio data est, ut quia ipsi naturae quodam modo inserta sunt iustitiae semina, addita
25 lex est, cuius auctoritate et magisterio ingenium naturale proficeret ad fructum iustitiae faciendum. sicut enim nati-
vitas interit, nisi nutrimenta habeat, quibus fota adolescat, ita et naturale iustitiae ingenium, nisi habeat quod respiciat et veneretur, non facile proficit, sed aegrotat et supervenien-

8 Exod. 24, 7 23 Is. 8, 20

8 musen NS¹ 17 ne—deus] ne a uero deo IX

per unius obaudientiam iusti constituentur multi. 1. quos supra omnes dixit, hic 'plures' et 'multos' significat. plures enim delictum Adae secuti sunt praevaricando, non omnes, et multi iusti constituentur per fidem Christi, non omnes. 1a. non ergo in eos regnavit mors, qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae. 5

5, 20. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. 2a. potest dici e contra: 'non ergo oportuit dari legem, ne peccata increscerent. si enim ante legem minus peccatum est, non opus fuit lege.' plane necessaria fuit lex, ut ostenderet inputari apud deum peccata, quae inpune fieri credebantur, ut de cetero scirent, quid evitare deberent. 2b. unde Esaias profeta: lex, inquit, adiutorio data est, ut quia ipsi naturae quodam modo inserta sunt iustitiae semina, addita lex est, cuius auctoritate et magisterio ingenium naturale proficeret ad fructum iustitiae faciendum. sicut enim nativitas interit, nisi nutrimenta habeat, quibus fota adolescat, ita et naturale iustitiae ingenium, nisi habeat quod respiciat et veneretur, non facile proficit, sed aegrotat et supervenientibus cedit peccatis. consuetudine enim delinquendi premitur, ne crescat in fructum, et per hoc extinguatur. 2c. providenter ergo data lex est, sicut testatur profeta, sed populus veterem consuetudinem sequens multiplicavit peccata. ipso enim usu plus coepit peccare quam ante peccaverat. et sic factum est, ut data lege non minuerentur, sed abundarent peccata. apostolus enim ostendit, quid provenerit data lege, non quid lex fecerit. quomodo autem legis vitio crescebant peccata, quae comminatur, ne peccetur? sed subintrasse dicitur, ut abundaret peccatum. 2d. verum est quia quasi profutura intravit 25

13 Is. 8, 20

1 constituuntur *FGBOWA* 8 dare *WA* 12 deuitare *FGM*
BOAW 13 in adiutorium *WA* 17 nutrimentum *WA* 22 est lex *C*
23 sequentes *A* 24 coepit plus *WA* 26 non quod *ODWA*, num-
quid *FG* 28 peccaretur *WA* 29 quia] quae *A*

tibus cedit peccatis. consuetudine enim delinquendi premitur, ne crescat in fructum, et per hoc extinguitur. 2c. providenter ergo data est lex, sicut testatur profeta, sed populus veterem consuetudinem sequens multiplicavit peccata. ipso
 5 enim usu plus coepit peccare quam ante peccaverat. et sic factum est, ut data lege non minuerentur, sed abundarent peccata. apostolus enim ostendit, quid provenerit data lege, non quid lex fecerit. quomodo autem legis vitio crescebant peccata, quae comminatur, ne peccetur? sed subintrasse dici-
 10 tur, ut abundaret peccatum. 2d. verum est, quia quasi profutura intravit et cum humilitate, postea autem coepit dominari eis, quibus praeceperat ne peccarent et peccabant. ostendere enim coepit lex abundantiam peccatorum, cum quae interdixerat plus fiebant quam facta erant. igitur hoc
 15 modo, ut abundaret delictum, data lex est. 2e. commendans enim apostolus fidem, per quam utique peccata delentur, legem dixit fecisse, ut abundarent peccata, sicut supra dixi, quia non data est, ut abolerentur peccata, sed ut abundarent, dum et ante legem peccatores ostendit et post legem reos
 20 omnes tenuit.}

Ubi autem abundavit peccatum, superabundavit gratia. 3. manifestum est, quia cum abundaret peccatum [sicut dixi] superabundavit gratia, dum donum dei venit ex promissione et omnium peccata contextit, ut diaboli in-
 25 vidia nihil se profecisse doleat [et providentiam dei erga hominem manere et astutia sua alienari non posse]. {4a. quia enim cum data esset lex ad utilitatem humanam, id egit diabolus, ut suadendo illicita inverteret, ut quod profuturum datum erat, in contrarium proficeret, dum mandata contempta sunt,
 30 ut non utilitas ex lege commendatio gratiae dei, sed iudicium ad vindictam procederet. tunc iustus atque misericors deus, ut gloriam diaboli, quam de triumphato homine quaesierat, exinaniret, filium suum venturum decrevit, qui omnia pec-

et cum humilitate, postea autem coepit dominari eis, quibus praeceperat ne peccarent et peccabant. ostendere enim coepit lex abundantiam peccatorum, cum quae interdixerat plus fiebant quam facta erant. igitur hoc modo, ut abundaret delictum, data lex est. 2e. commendans enim apostolus fidem, 5 per quam utique peccata delentur, legem dixit fecisse, ut abundarent peccata, sicut supra dixi, quia non data est, ut abolerentur peccata, sed ut abundarent, dum et ante legem peccatores ostendit et post legem reos omnes tenuit.

Ubi autem abundavit peccatum, superabundavit 10 gratia. 3. manifestum est, quia cum abundaret peccatum, sicut dixi, superabundavit gratia, dum donum dei venit ex promissione et omnium peccata contexit, ut invidia diaboli doleat nihil se profecisse. 4a. [quia enim] cum data esset lex ad utilitatem humanam, id egit diabolus, ut suadendo in- 15 licita inverteret, ut quod profuturum datum erat, in contrarium proficeret, dum mandata contempta sunt, ut non utilitas ex lege commendatio gratiae dei, sed iudicium ad vindictam procederet. tunc iustus atque misericors deus, ut gloriam diaboli, quam de triumphato homine quaesierat, [ex]- 20

1 dominare *WA* 5 enim] autem *WA* 9 et *om.* *FGMBOY* 11 gratia] peccatum *C* 13 textit *FGMBY* diaboli invidia *C* 14 quia enim *C*, quia ergo *D* 16 futurum *FGMBOY* 17 proficeret] *om.* *FG¹B*, uerteret *M* et dum *FGMB* 18sq. ad vindictam] et uindicta *A* 20 exinaniret *DC*

cata donaret, ut maior fieret laetitia ex dono gratiae, quam fuerat luctus ex peccato. gaudium enim doni dei etiam his proficit, de quibus triumphare non potuit satanas. idcirco superabundavit gratia super peccatum, quod suasit satanas.}

5 **5, 21.** Ut quemadmodum regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam per Iesum Christum dominum nostrum. 1. peccatum regnavit videndo opus suum peccantibus in mortem proficere, in qua gloriabatur simili modo ut et
10 gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam per Iesum Christum dominum nostrum, ut sicut per Adam coeptum peccatum regnavit, sic et per Christum gratia. 2. sic autem regnat gratia per iustitiam, si accepta remissione peccatorum iustitiam sequimur, ut videns gratia fructum se habere in
15 bonis, quos redemit, regnet in vitam aeternam sciens nos futuros aeternos. superabundat ergo gratia, quia peccatum ad tempus regnavit, gratia autem in aeternum. dei enim regnum est gratia regnante, sicut diaboli regnum erat peccato regnante. totum tamen ad Christum refert, ut omnis gratia
20 dei in (a) Christo discatur. ad superiorem igitur sensum respondit dicens:

6, 1. Quid ergo dicimus (dicemus)? permaneamus in peccato, ut gratia abundet? absit. 1. hoc est: numquid semper peccandum est, ut donum dei abundet,
25 tegens nostra peccata, ut semper remissionem peccatorum sperantes, quia deus pius est, Christi gratiam praeferamus? non utique. ideo enim nostri misertus est deus per Christum, ut de cetero non peccantes et meritum nobis et dei gratiam in nos regnare faciamus. 2. aufert enim regnum gratiae dei
30 et tradit peccato, qui rursus redit ad veterem hominem, hoc est ad praecipitium (ritum) praeteritae vitae. duabus enim

6 morte Φ 9 morte Φ et om. SIX 10 uita aeterna SIX,
uitam aeterna K

inaniret, filium suum venturum decrevit, qui omnia peccata donaret, ut maior fieret laetitia ex dono gratiae, quam fuerat luctus ex peccato. gaudium enim doni dei etiam his proficit, de quibus triumphare non potuit satanas. idcirco superabundavit gratia super peccatum, quod suasit satanas. 5

5, 21. Ut quemadmodum regnavit peccatum in mortem, ita et gratia regnet per iustitiam in vitam aeternam per Iesum Christum dominum nostrum. 1. peccatum regnavit videndo opus suum peccantibus proficere in mortem, in qua gloriabatur simili modo ut et gratia 10 regnet in obaudientes sibi, 1a. dum hi quibus misericordiam dedit, recte versantur, aeternae vitae heredes futuri per Christum, sicut fuerant perditioni obnoxii per Adam.

6, 1. Quid ergo dicemus? permaneamus in peccato, ut gratia abundet? absit. 1. hoc est: numquid semper 15 peccandum est, ut donum dei abundet, tegens nostra peccata, ut [semper] remissionem peccatorum sperantes, quia deus pius est, [Christi] gratiam praeferamus? non utique. ideo [enim] nostri misertus est deus per Christum, ut de cetero non peccantes et meritum nobis et dei gratiam in nos regnare faciamus. 20 2. aufert enim regnum gratiae dei et tradit peccato,

6 ut sicut *WA* 7 morte *WA* 11 in obaudientes sibi *om. C*
11 sqq. in—Adam] per iustitiam—respondit dicens *D ex recens. β p. 188, 13—21* 13 perditione *W, -is A, morti C* 14 dicimus *FGMBYWA*
permanebimus *FGMBODA²C (Vulg.)* 16 abundet et *FGMBYWA*
17 semper *YC* 18 Christi *C* enim *C*

ex causis misericordiam accepimus, ut et diaboli regnum excluderetur et dei imperium ignorantibus praedicaretur, per hoc ipsum dignitate nobis quaesita.

6, 2. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo
5 adhuc vivemus in illo?

α prius enim peccato viventes β hoc dicit, quoniam viventes peccato mortui eramus apud deum. qui peccat enim, vivit peccato, sicut qui non peccat vivit deo.

10 superveniente autem (enim) gratia dei per Christum et nos per fidem lavacro spiritali regenerante coepimus vivere deo, mortui autem esse peccato, qui est diabolus. hoc est tamen mori peccato, liberatum esse (liberari) a peccato, factum (fieri)
15 autem servum (servi) dei. itaque mortui iam peccato non redeamus ad mala pristina, ne iterum vivamus peccato et morientes deo {amissa dignitate} poenam quam evasimus incurramus.

6, 3. An ignoratis, quia quicumque baptizati
20 sumus in Christo Iesu, in morte eius baptizati sumus?

α hoc dicens ostendit non nos β hoc dicit, ut sciamus baptizatos nos
ignorare baptizatos

iam non debere peccare, quia cum baptizamur conmorimur
25 Christo. hoc est in morte eius baptizamur. illic enim omnia peccata nostra moriuntur, ut innovati deposita morte resurgere videamur (valeamus) ad vitam renati, ut quomodo Christus mortuus {peccato} resurrexit [a mortuis], ita et nos per baptismum spem resurrectionis habere (habeamus). bap-
30 tismum itaque mors peccati est, ut alia sequatur nativitas,

2 dei] NK, deum S, deus IX imperium om. Φ
24 qui K 29 spem] speremus Φ 30 aliqua Φ

20 eius] ipsius Φ

qui rursus redit ad veterem hominem, hoc est ad ritum prae-
teritae vitae. duabus enim ex causis misericordiam accepimus,
ut et diaboli regnum excluderetur et dei imperium ignorantibus
praedicaretur, per hoc ipsum dignitate nobis quaesita.

6, 2. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo 5
adhuc vivemus in illo? hoc dicit, quoniam viventes pec-
cato mortui eramus apud deum. peccare enim vivere est pec-
cato, quomodo non peccare vivere est deo. superveniente
ergo gratia dei per Christum et per fidem nos lavacro spiritali
regenerante coepimus vivere deo, mortui autem esse peccato, 10
qui est diabolus. hoc est tamen mori peccato, liberari a pec-
cato, fieri autem servum dei. itaque mortui iam peccato non
revertamur ad mala pristina, ne iterum vivamus peccato et
morientes deo [amissa dignitate] poenam quam evasimus in-
curramus. 15

6, 3. An ignoratis, quia quicumque baptizati
sumus in Christo Iesu, in morte eius baptizati
sumus? hoc dicit, ut sciamus baptizatos nos iam non debere
peccare, quia cum baptizamur, conmorimur Christo. hoc est
in morte eius baptizari. illic enim omnia peccata nostra 20
moriuntur, ut innovati deposita morte resurgere videamur
ad vitam renati, ut quomodo Christus mortuus peccato
resurrexit, ita et nos per baptismum spem resurrectionis
habeamus. baptismum itaque mors peccati est, ut alia se-
quatur nativitas, quae corporis manente conpage hominem 25
mente innovat sepulta omni[um] malorum actuum vetustate.

1 rursus *W* 2 accepimus *FG¹BWA* 6 illo] eo *WA* 7sq. pec-
care—de] qui peccat—de] *C ex recens. β, p. 190, 8sq.* 9 nos *om. C*
13 revertamur] redeamus *C* 14 amissa dignitate *C* 16 ignoratis fratres *A*
17 ipsius *FGWA (Vulg.)* 18 iam nos *A* 21 moriuntur] mortuus est *FG*
MBOD 23 resurrexit] et resurrexit *OD, surrexit FG BMY* 26 omnium *C*

quae manente corporis conpage (corporis manente conpage) hominem mente innovat sepulta omni (omnium) {malorum} actuum vetustate.

6, 4. Consepulti ergo sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per virtutem patris, ita et nos in novitate vitae {eius} ambulemus.

1. α hoc dicit, ut significet Christum corpus suum a mortuis excitasse. β haec dicens etiam istud significat quod primum est, quia Christus corpus suum a mortuis excitavit.

ipse enim est virtus (virtus est) dei patris, sicut dicit: solvite templum hoc, et ego tribus diebus excitabo illud. hoc autem dicebat {inquit} de templo corporis sui, et quia [Christus] resurrexit [et] in novam vitam, quae iam mori nesciat. 2. nova autem est (dicitur), quia a Christo data est {quae est disciplina Christiana}. nos autem baptizati consepulti sumus Christo, ut de cetero hanc vitam sequamur, in qua Christus resurrexit. baptismus (baptismum) itaque resurrectionis pignus est et imago, ut iam in praeceptis Christi manentes ad praeterita denuo non revolvamur. {qui enim moritur iam non peccat; mors enim finis peccati est.} 3. nam et ideo per aquam celebratur, ut sicut aqua sordes {corporis} abluit, ita et nos per baptismum ab omni peccato spiritaliter purgatos {nos et innovatos} credamus, ut quod incorporale est, invisibiliter abluatur.

6, 5. Si enim conplantati sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus. tunc nos dicit feliciter (feliciter dicit) posse resurgere, si similitudini

12 Ioh. 2. 19. 21

1 manente] morte *NK I¹*, mortua *I²X* 4 ergo] enim Φ 5 in mortem *om.* Φ 7 vitae *om.* *NS¹K* 20 utinam Φ 21 manentes] morientes Φ

6, 4. Consepulti ergo sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per virtutem patris, ita et nos in novitate vitae eius ambulemus. 1. haec dicens etiam istud quod primum est significat, quia Christus corpus 5 suum a mortuis excitavit. ipse enim virtus est dei patris, sicut dicit: solvite templum hoc, et ego tribus diebus excitabo illud. hoc autem dicebat, inquit, de templo corporis sui, et quia resurrexit in novam vitam, quae iam mori nesciat. 2. nova autem dicitur quia a Christo data est 10 quae est disciplina Christiana. nos autem baptizati consepulti sumus Christo, ut de cetero hanc vitam sequamur, in qua Christus resurrexit. itaque baptismum pignus est resurrectionis et imago, ut iam in praeceptis Christi manentes ad praeterita denuo non revolvamur. qui enim moritur iam 15 non peccat; mors enim finis peccati est. 3. nam et ideo per aquam celebratur, ut sicut aqua sordes corporis abluit, ita et nos per baptismum ab omni peccato spiritaliter purgatos nos et innovatos credamus, ut quod incorporale est, invisibiliter abluatur. 20

6, 5. Si enim conplautati sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus. tunc

7 Ioh. 2, 19. 21

1 ergo] enim *GW* sumus *om. FGB* cum illo] illi *WA* 2sq. surrexit *FGYD*, surrexit christus *WA* 3 virtutem] gloriam *WA* 4 eius *om. WA* hoc *D* 5 significat quod primum est *C* 7 tribus diebus] post triduum *WA* 13sq. baptismum itaque resurrectionis pignus est *C* 15 deoluamur *C* 16 et *om. C* 17 celebratur *om. FG¹MBO* 22 tunc *om. WA*

mortis eius fuerimus conplantati, id est si in baptismo omnia vitia

α deposuimus surgentes in- β deponentes in novam vitam
novati et translati

5 de cetero non peccemus, {per quod} simul et resurrectionis
illius similes erimus, {similitudo enim mortis similem prae-
stabit resurrectionem,} quod in epistula (epistola) sua Iohannes
apostolus memorat dicens: scimus [enim], quia cum ap-
paruerit, similes illi (ei) erimus. hoc est immortalem
10 et gloriosum resurgere; nec enim haec erit similitudo, ut nihil
distet, quia similis erit in corporis gloria, non in divinitatis
natura.

6, 6. Scientes hoc, quia vetus homo noster
simul confixus est cruci, ut destruat^r corpus pec-
15 cati. [ut ultra non serviamus peccato; qui enim
mortuus est, iustificatus est a peccato.] multa in-
nectit et iterat, ut baptizatos doceat iam non debere peccare,
maxime ne ad idolatriam revertantur, quod gravissimum
crimen {et caput totius erroris} est, ne perdant gratiam ac-
20 ceptam a deo per Christum. hominem ergo veterem actus
praeteritos dicit, quia sicut novus homo per fidem et puram
vitam dicitur, ita et vetus homo per diffidentiam et malos
actus. hos actus crucifixos dicit, id est mortuos, ut corpus
destruat^r peccati, quod est cuncta crimina. omnia enim
25 peccata {simul} corpus vocat (appellat), quod
α destructum dicit cruce β destrui dicit per bonam vi-
Christi; in cruce enim auctor tam et fidem catholicam.
peccati destructus est, qui est
diabolus.

8 I Ioh. 3, 2

3 deposuerimus IX 6 similes om. Φ 13 quia] quod Φ
15sq. ut—peccato Φ 24 quod] id IX

nos feliciter dicit posse resurgere, si similitudini mortis eius fuerimus conplantati, id est si in baptismo omnia vitia deponentes in novam vitam translati de cetero non peccemus, per quod simul et resurrectionis illius similes erimus, quia similitudo mortis similem praestabit resurrectionem, sicut Iohannes apostolus memorat dicens: scimus, quia cum apparuerit, similes illi erimus. hoc est immortalem et gloriosum resurgere; nec enim haec erit similitudo, ut nihil distet, quia similis erit in corporis gloria, non in divinitatis natura.

6, 6. Scientes hoc, quia vetus homo noster simul confixus est cruci, ut destruat corpus peccati. [ut ultra non serviamus peccato; qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato.] multa innectit et iterat, ut baptizatos doceat iam non debere peccare, maxime ne ad idolatriam revertantur, quod gravissimum crimen et caput totius erroris est, ne perdant gratiam acceptam a deo per Christum. hominem ergo veterem actus praeteritos dicit, quia sicut novus homo per Christum et eius fidem habens puram vitam dicitur, ita et vetus homo per diffidentiam et malos actus. hos actus crucifixos dicit, id est mortuos, ut corpus destruat peccati, quod est cuncta crimina. omnia enim peccata simul corpus appellat, quod destrui dicit per bonam vitam et fidem catholicam.

6 I Ioh. 3, 2

1 nos feliciter *om. WA* 4 et *om. C* quia *om. C* 4sq. similitudo enim *C* 5 sicut] quod *C* iohannis *W* 7 illi] ei *C* est *om. FG¹MB¹O* 10 hoc scientes *WA* 12sq. ut—peccato *D* 15 reuertantur grauis-simum enim *C* 18 homo—habens] homo per fidem et *C* 18sq. per christum (*add. est W*) id est qui eius fidem habens puramque uitam exerceat nouus dicitur *WA* 20 hos ergo *WA*

6, 8. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod etiam simul vivemus cum illo. 1. manifestum est hos, qui carnem [suam] crucifixerunt {id est mundum} cum vitiis et concupiscentiis {mori mundo et conmorari Christo}, aeternae {quoque} vitae et (ac) salutaris coimaginari, ut gloriae Christi similes effici mereantur. caro vero {id est corpus sic} crucifigitur, si desideria eius calcantur, quae manente in ea peccato creantur ex praevaricatione primi hominis coepta. in carne enim diabolus crucifigitur; ipse est enim
 5
 10 (enim est) qui fallit in carne (per carnem). {1a. caro enim aliquando mundus, id est elementa, aliquando vero corpus hominis intellegitur, vel ipsa anima sequens corporea vitia.}

6, 9. Scientes quod Christus surgens a mortuis iam non moritur, mors in eum ultra non dominabitur. **10.** quod autem mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem vivit, vivit deo. securitatem {aeternitatis} in resurrectione salvatoris ostendit, ad quam sic venire contingit, si melioris vitae fuerit aemulatio. {qui enim bene agendo vivit deo, hic vere vivit, quia aeternam
 15
 20 habet vitam.}

6, 11. Ita et vos existimate vos mortuos esse peccato, vivere autem deo in Christo Iesu domino nostro. sic loquitur, ut doceat non aliter mori posse peccato et deo vivere, quam ut in Christo sit omnis spes, quem dominum nostrum appellat, ut nil lex (nihil legis) ad salutem proficiat capessendam in futuro saeculo. quando non aliter
 25
 deo vivitur quam per Christum.

3sq. cf. Gal. 5, 24

7sq. manente] moriente NS¹K, morante S²IX 8 ea] a S¹,
 om. S²IX 13 a] ex SIX 14 mors illi Φ 15 quod enim Φ 16 uiuit
 uiuet NS¹ 18 quem Φ

6, 8. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod etiam simul vivemus cum illo. 1. manifestum est hos, qui carnem crucifixerunt, id est mundum, cum vitiis et concupiscentiis, mori mundo et conmori Christo, aeternae quoque vitae ac salutari coimaginari, ut gloriae Christi similes effici mereantur. caro vero, id est corpus, sic crucifigitur, si desideria eius calcantur, quae manente in ea peccato creantur ex praevaricatione primi hominis coepta. in carne enim diabolus crucifigitur; ipse est enim qui fallit per carnem. 1a. caro ergo aliquando mundus, hoc est elementa, aliquando vero corpus hominis intellegitur [vel ipsa anima sequens corporea vitia].

6, 9. Scientes quod Christus surgens a mortuis iam non moritur, mors in eum ultra non dominabitur. **10.** quod autem mortuus est peccato, mortuus est semel, quod autem vivit, vivit deo. securitatem aeternitatis in resurrectione salvatoris ostendit, ad quam sic venire contingit, si melioris vitae fuerit aemulatio. qui enim bene agendo deo vivit, hic vere vivit, aeternam enim habet vitam.

6, 11. Ita et vos existimate vos mortuos esse peccato, vivere autem deo in Christo Iesu domino nostro. sic loquitur, ut doceat non aliter mori posse peccato et deo vivere, quam ut in Christo sit omnis spes, quem dominum nostrum appellat, ut nihil legis ad salutem proficiat capessendam in futuro saeculo, quando non aliter deo vivitur quam per Christum.

3sq. cf. Gal. 5, 24

2 quod — illo] quia conuiuemus ei *WA* 3 crucifixerint *WA* 4 concupiscentiis eius *C* 6 mererentur *WA*¹ 7 si] ut *WA* 11 sq. vel — vitia *DC* 13 quod] quia *WA* 14 in eo *FGMOYD*, ei *WA* ultra] iam *A* 15 autem] enim *FGO W*, om. *A* peccato om. *FMB* 19 uiuit deo *C* quia aeternam *D* enim om. *DA* 20 uitam habet *FG* 21 vos *pr.* om. *A* vos *alt.*] uos quidem *WA* 22 uiuentes (uenientes *W*¹) *WA* 22sq. domino nostro om. *W* 26 capiscendam *FGBOYA*, capicendam *W*¹

6, 12. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut oboediatis (obaudiatis) illi. 1. mortale corpus est ex causa praevaricationis Adae, ex fide autem Christi fore creditur immortale. ut autem ad promissionem
 5 hanc veniatur, non obaudiendum dicit peccato, ne regnet {peccatum} in nostro mortali corpore. si autem non regnat, non videbitur corpus hoc esse mortale, quia in spe aeternitatis est. non propter dissolutionem dixit mortale corpus, sed propter poenam gehennae, ut ille mortalis dicatur, qui in
 10 gehennam mittendus est, quia qui peccato obaudiunt mortem peccati (inferni) non evadunt, a qua salvator in se credentes liberavit. {1a. mortale ergo dicens corpus totum hominem significavit, quia qui obaudiunt peccato, mortales dicuntur. anima enim, inquit, quae peccat, ipsa morietur, id
 15 est totus homo. nemo enim sine corpore iudicabitur.}

6, 13. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. 1. ostendit diabolus nostris nos iaculis expugnare (inpugnare). occasio enim datur illi per nostra peccata, ut deserente nos deo accepta potestate
 20 inludat et mortificet nos. ideo membra nostra ab omni opere iniquitatis continere debemus, ut inimicus noster inermis inventus subiciatur. et non dixit 'exhibete corpora vestra', sed membra vestra. membris enim ministris erratur, non toto corpore.

25 Sed exhibete vos deo tamquam ex mortuis viventes. 2. mortem ignorantiam et infidelitatem cum mala vita significat, quia vita est cognoscere deum per Christum. {2a. quia enim nemo sine parente ortum sumit vitae, omnia autem a deo orta sunt ad vitam per Christum, ideo qui non
 30 agnoscit parentem omnium esse deum per Christum, vitam habere non dicitur, hoc est, sic hic habetur ac si non sit. ipse

14 Ezech. 18, 4 27 cf. Ioh. 17, 3

2 illi] concupiscentiis eius Φ 11 qua] quo SIX 23 ministris] minimis Φ

6, 12. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obaudiatis illi. 1. mortale corpus est ex causa praevaricationis Adae, ex fide autem Christi fore creditur immortale. ut autem ad promissionem hanc veniatur, non obaudiendum dicit peccato, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore. regnat autem dum imperat. si autem non regnat, non videbitur corpus hoc esse mortale, quia in spe aeternitatis est. non propter dissolutionem dixit mortale corpus, sed propter poenam gehennae, ut ille mortalis dicatur, qui in gehennam mittendus est, quia qui peccato obaudiunt, mortem secundam non evadunt, a qua salvator in se credentes liberavit. 1a. mortale ergo dicens corpus totum hominem significavit, quia qui obaudiunt peccato, mortales dicuntur. anima enim, inquit, quae peccavit ipsa morietur, id est totus homo. nemo enim sine corpore iudicabitur.

6, 13. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. 1. ostendit diabolum nostris nos iaculis inipugnare. occasio enim datur illi per nostra peccata, ut deserente nos deo accepta potestate inludat et mortificet nos. idcirco membra nostra ab omni opere iniquitatis continere debemus, ut inimicus noster inermis inventus subiciatur. et non dixit ‘exhibete corpora vestra’, sed membra vestra. membris enim prout peccata dictaverint ministris erratur, non toto corpore.

Sed exhibete vos deo tamquam ex mortuis viventes. 2. mortem ignorantiam et infidelitatem cum mala vita significat, quia vita est cognoscere deum per Christum. 2a. quia enim nemo sine parente ortum sumit vitae, omnia

14 Ezech. 18, 4 27 cf. Ioh. 17, 3

2 ad obediendum *WA* illi] desiderii eius *WA*, concupiscentiis eius *D*
 3 ex *alt. om. FG¹MB⁰OY* 6 regnat—imperat *om. C* 11 secundam] inferni *C* 14 inquit] ait *WA* peccaverit *D* 16 sed *om. WA* 18 expugnare *C* 20 ideo *C* 23 prout peccata dictauerint *om. C*
 28 enim *om. WA*

enim semetipsum esse negat, dum siue parente deo esse se
 putat.} 3. itaque ignorantia et turpis vita mors est. vitia
 enim ista mortem adquirunt, non mortem hanc, quae com-
 munis est omnibus, sed mortem gehennae, sicut supra memo-
 5 ravi, ut cognitio {parentis} dei et sancta conversatio vita sit,
 non haec quae occasui subiacet, sed illa futuri saeculi {quae
 vocatur} aeterna. quamobrem exhibete vos, inquit, deo
 (deo inquit), quem cognoscetis (cognoscentes profecistis) in
 salutem, ut inhonestae vitae renuntiantes essemus (essetis)
 10 ex mortuis viventes.

Et membra vestra arma iustitiae deo. 4. tanta
 nos modestia conversationem nostram vult gubernare, ut
 actus nostri iustitiae dei proficientes, non mundanae iustitiae
 — quia mundi iustitia sine fide est Christi, sine qua non vita,
 15 sed mors est — arma praebeant (praebeamus) illi ad defen-
 dendos nos. cui cum arma per opera bona praebemus, dignos
 nos facimus adiuvari ab ea, quia iustitia {dei} indignos de-
 spicit; ubi enim iustitia dei fuerit, ibi habitat spiritus sanctus
 ad adiuvandum (adiuvandam) inbecillitatem nostram. sicut
 20 enim peccato arma praebemus, cum male agimus, ita et ius-
 titiae, cum recte versamur membra nostra custodientes a (ab)
 {omni} turpitudine.

6, 14. Peccatum autem vestri iam non domi-
 nabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia.
 25 1. si secundum praecepta quae dat ambulemus, peccatum
 nobis dicit non posse dominari; {his enim dominatur qui pec-
 cant.} non enim ita ambulantes ut praecepit, sub lege sumus.
 si vero non peccemus, non sumus sub lege, sed sub gratia;
 si autem peccemus, vertimur sub lege, et incipiet nostri domi-
 30 nari peccatum, quia qui facit peccatum servus est pec-

30 Ioh. 8, 34

23 autem om. Φ

autem a deo orta sunt ad vitam per Christum, ideireo qui non agnoseit parentem omnium deum esse per Christum, vitam habere non dicitur, hoc est, sic hic habetur ac si non sit. ipse enim semetipsum esse negat, dum sine parente deo esse se putat. 3. itaque ignorantia et turpis vita mors est. vitia enim 5 ista mortem adquirunt, non mortem hanc, quae communis est omnibus, sed mortem gehennae, sicut supra memoravi, ut cognitio parentis dei et saneta conversatio vita sit, non haec quae occasui subiacet, sed illa futuri saeculi quae vocatur aeterna. quamobrem exhibete vos, inquit, deo, quem cog- 10 noscentes profecistis in salutem, ut inhonestae vitae renuntiantes essetis ex mortuis viventes.

Et membra vestra arma iustitiae deo. 4. tanta nos modestia conversationem nostram vult gubernare, ut aet- 15 tus nostri iustitiae dei proficientes, non mundanae iustitiae — quia mundi iustitia sine fide est Christi, sine qua non vita, sed mors est — arma praebemus illi ad defendendos nos. eui eum arma per opera bona praebemus, dignos facimus nos adiuvari ab ea, quia dei iustitia indignos despiciet; ubi enim iustitia dei fuerit, ibi habitat spiritus sanetus ad adiuvandam inbeeil- 20 litatem nostram. sicut enim peccato arma praebemus, eum male agimus, ita et iustitiae, eum recte versamur membra nostra custodientes ab omni turpitudine.

6, 14. Peccatum autem vestri iam non dominabitur. non enim sub lege estis, sed sub gratia. 25 1. si secundum praecepta quae dat ambulemus, peccatum nobis dicit dominari non posse; his enim dominatur qui peccant. [non enim ita ambulantes ut praecepit, sub lege sumus. si vero non peccemus, non sumus sub lege, sed sub gratia; si autem peccemus, vertimur sub lege, et incipiet nostri dominari 30

2 cognoscit *C* esse deum *C* 3 hic *om. C* 4 se *om. FG¹MBWA*
 16 christi est *A* 18 nos facimus *C* 19 iustitia dei *C* 24 vestri—
 non] in vobis non *WA* iam *om. FGMB* 25 estis sub lege *W* 28 non—
 p. 203, 1 peccatum *D*

cati. {1a. et necesse est, sit sub lege, quamdiu remissa non accipit; peccatum enim auctoritate legis reum facit peccatorem. ac per hoc cui data remissio est et custodit se, ne de cetero peccet, neque peccatum ei dominabitur neque sub lege
5 est; cessat enim circa eum auctoritas legis, quia liberatus est a peccato. quos enim reos tenet lex, traditi sunt illi a peccato. qui ergo peccatis exutus est, non potest esse sub lege.}

6, 15. Quid ergo? peccavimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? absit. 1. quoniam lex a deo
10 est, ac per hoc, ne forte obponeretur, ipse sibi proposuit:
 α 'si est lex, β 'si ex deo est', inquit, 'lex, cur non debemus esse sub lege?' hoc agnoscit (cognoscit) ac docet cum dei voluntate, qui legis auctor est, a Christo nos liberatos desub lege. 2. quamvis enim recte data sit lex
15 — data est enim, ut et reos ostenderet apud deum qui peccaverant (peccaverunt) ante legem, et timori esset,
 α ne de cetero β ut de cetero non peccaretur —, sed quia inbecillitate infirmitatis suae genus humanum a peccatis se inhibere non potuit, factum ob-
20 noxium mortis infernae, motus deus pietate clementiae suae, qua semper humano generi subvenit, providit per Christum, qua ratione desperatis iam dare medellam (daretur medela), ut remissione peccatorum accepta eruti a lege, quae illos habebat obnoxios, relevati et reparati deo adiuvante [per fidem]
25 vitiis, a quibus prius subacti fuerant, renuntiarent (repugnarent). ideoque non peccavimus quasi legem dei spernentes, sed ipsius dei providentiam secuti sumus per Christum.

14 liberatos dicens $S^2 IX$

21 providit *om.* Φ per *om.* K

peccatum¹, quia omnis peccator servus est peccati. 1a. et necesse est, sit sub lege, quamdiu remissa non accipit; peccatum enim auctoritate legis reum facit peccatorem. ac per hoc cui data remissio est et custodit se, ne de cetero peccet, neque peccatum ei dominabitur neque sub lege est; cessat enim circa eum auctoritas legis, quia liberatus est a peccato. quos enim reos tenet lex, a peccato illi traditi sunt. qui ergo peccatis exutus est, non potest esse sub lege. 5

6, 15. Quid ergo? peccavimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? absit. 1. quoniam lex a deo est [ac per hoc], ne forte obponeretur, ipse sibi proponit: 'si ex deo est', inquit, 'lex, cur non debemus esse sub lege?' hoc purgat ac docet cum dei voluntate, qui auctor est legis, a Christo nos liberatos desub lege. 2. quamvis enim recte data sit lex — data est enim, ut et reos ostenderet apud deum qui peccaverunt ante legem, et timori esset, ne de cetero peccaretur —, sed quia infirmitate inbecillitatis suae genus humanum a peccatis se inhibere non potuit, factum obnoxium mortis infernae, motus deus pietate clementiae suae, qua semper humano generi subvenit, providit per Christum, qua ratione desperatis iam daretur medela, ut remissione peccatorum accepta eruti a lege, quae illos tenebat obnoxios, et relevati et reparati deo adiuvante vitiis, a quibus prius subacti fuerant, repugnarent. ideoque non peccavimus quasi legem spernentes [dei], sed ipsius dei providentiam secuti sumus per Christum. 25

1 Ioh. 8, 34

1 quia—peccator] quia qui facit peccatum *D* 2 sit] esse *A* accepit *MWA*¹ 7 traditi sunt illi a peccato *C* 9 peccabimus *ODA*² quia] quando *FGBM* 10 quoniam] quod *A* 11 ac per hoc *OD* 13sq. legis auctor est *C* 15 apud deum *om. A* 16 peccauerant *FGBOD* 17 inbecillitate infirmitatis *C* 17 sq. humanum] hominum *FGBMWA* *C* 19 inferni *A* 22 tenebat] habebat *AC* et *pr. om. FGD* releuiati *G¹BC* 25 dei *C*

6, 16. Nescitis, quia cui exhibetis vos servos ad obaudiendum, servi estis eius cui obauditis sive peccati sive obauditionis iustitiae? nunc ne aliud profitentes aliud faciamus, et cum dei servi dicimur, 5 gestis servi diaboli inveniamur, praemonet et denuntiat eius nos servos esse, cuius voluntatem operibus sectamur (explemus operibus), et non parum obesse deum confiteri dominum et actibus diabolo famulari. nam hoc olim deus denotat et accusat dicens: plebs haec labiis me honorat, cor 10 autem eorum longe est a me, et dominus ait {in evangelio}: nemo potest duobus dominis servire, et in lege dictum est: deus non deridetur.

6, 17. Gratias autem deo, quod cum fuissetis servi peccati, obaudistis ex corde in eam formam 15 doctrinae, in quam traditi estis, **18.** quia credentes in Christum servi facti sumus iustitiae. 1. eius enim servi dicimur, cui obaudimus. et quia iustum est obaudire Christo — et ipse enim iustitia est et quae praecepit iusta sunt — idcirco dicit servos nos factos iustitiae ex corde, non 20 ex lege {ut professio nostra animi iudicio promatur}. per naturam autem ducti (enim inducti) sumus ad fidem, non per legem,

α in quam formam doctrinae
natura nos fecit.

β in qua forma doctrinae dei
imperio facti sumus, qui fin-
xit naturam.

25
2. in natura enim habemus, ut agnoscamus a quo et per quem et in quo sumus creati. forma ergo doctrinae est, in quam tradidit nos creator naturae (naturaliter). hoc est quod supra dixit: ipsi sibi sunt lex, dum vident naturae suae esse 30 quod credunt, ut quod Iudaeis lex et profetae praedicant

9 Is. 29, 13 11 Matth. 6, 24 12 Gal. 6, 7 18 cf. I Cor. 1, 30
29 Rom. 2, 14

1 servos *om.* Φ 2 eritis Φ 3 peccati ad mortem *S²IX* ad iustitiam Φ 5 ne gestis *S²IX* 7 confiteri et Φ 16 eius—19 iustitiae *om.* Φ

6, 16. Nescitis, quia cui exhibetis vos servos ad obaudiendum, servi estis eius cui obauditis sive peccati sive obauditionis iustitiae? nunc ne aliud profitentes aliud faciamus, et cum dei servi dicimur, gestis servi diaboli inveniamur, praemonet et denuntiat eius nos servos 5 esse, cuius voluntatem explemus operibus, et non parum obesse deum confiteri esse dominum et actibus diabolo famulari. nam hoc olim deus denotat et accusat dicens: plebs ista labiis me honorat, cor autem illorum longe abest a me, et dominus in evangelio ait: nemo potest 10 duobus dominis servire, et in lege dictum est: deus non deridetur.

6, 17. Gratias autem deo, quod cum fuissetis servi peccati, obaudistis ex corde in eam formam doctrinae, in quam traditi estis, **18.** quia credentes 15 in Christum servi facti sumus iustitiae. 1. eius enim servi dicimur, cui obaudimus. et quia iustum est obaudire Christo — et ipse enim iustitia est et quae praecepit iusta sunt — idcirco dicit servos nos factos iustitiae ex corde, non ex lege, ex voluntate, non ex timore, ut professio nostra animi 20 iudicio promatur. per naturam enim inducti sumus ad fidem, non per legem, in qua forma doctrinae dei imperio facti sumus, qui finxit naturam. 2. in natura enim habemus, ut agnoscamus ex quo et per quem et in quo sumus creati. forma ergo

8 Is. 29, 13 10 Matth. 6, 24 11 Gal. 6, 7 18 cf. I Cor. 1, 30

1 an nescitis *A* quia] *om.* *FGBO*, quoniam *MD* 2 obedistis *G²WAC* 3 peccati in mortem *YDWA* in (ad *OD*) iustitiam *ODW²A* 4 serui dei *FG* 5 praemonens denuntiat *A* 7 confiteri esse dominum] credere *A* esse *om.* *C* 7sq. famulari diabolo *A* 9 ista] haec *C* illorum] eorum *W* 10 abest] est *D* ait in euangelio *C* 12 inridetur *A* 13 essetis *FGMBY*, fuistis *WA* 14 obaudistis autem *WA* ea forma *FGMBODC* 15 in qua *FGMBDYW* quia *om.* *FGMBOYWAC* credentes autem *D* 17 dicimur serui *C* 18 praecipit *DC* 19 ideo *W* 20 ex voluntate — timore *om.* *C* 22 forma futura *W* doctrina *W* 24 ex] a *C*

(praedicarunt) de Christo, hoc gentiles ex corde confidunt. hinc gratias refert domino, quia cum essemus servi peccati, obaudivimus ex corde credentes in Christum, ut serviamus (serviremus) deo non per legem Moysi, sed per legem naturae.

5 **6, 19.** Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae. 1. dum infirmitatem carnis memorat, minus se significat exigere ab homine, quam dignum est in dei cultura (circa dei culturam). {denique:}

Sicut exhibuistis, ait, membra vestra servire
10 inmunditiae et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiae in sanctificationem. {2a. ut occasionem nobis auferret timoris accedendi ad fidem, quia quasi inportabilis nobis et aspera videretur, ea mensura nos deo servire praecepit, qua prius
15 famulabamur diabolo}. 2. cum utique propensius deberet servire (serviri) deo quam diabolo, quippe cum hic salus, illic damnatio operetur, medicus tamen spiritalis non plus a nobis exigit,

α ne forte grave nobis esset	β ne dum praecepta quasi
20 et occasio nobis daretur timoris accedendi ad fidem.	gravia fugeremus perpentes infirmitatem nostram, maneremus in morte.

{unde dominus: tollite, inquit, iugum meum super vos, quia suave est et onus meum leve est.}

23 Matth. 11, 29sq.

4 musī NS¹ 11 in] ad Φ

doctrinae est, in quam tradidit nos creator naturaliter. hoc est quod supra dixit: ipsi sibi sunt lex, dum vident naturae suae esse quod credunt, ut quod Iudaeis lex et profetae praedicarunt de Christo, hoc gentiles ex corde confidant. hinc gratias refert domino, quia cum essemus servi peccati, obaudivimus ex corde credentes in Christum, ut serviremus deo non per legem Moysi, sed per legem naturae. 5

6, 19. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae. 1. dum infirmitatem carnis memorat, minus se significat exigere ab homine, quam dignum est circa dei culturam. denique: 10

Sicut exhibuistis, ait, membra vestra servire inmunditiae et iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiae in sanctificationem. 2a. ut occasionem nobis auferret timoris accedendi ad fidem, [quia] quasi inportabilis nobis et aspera videretur, ea mensura nos deo servire praecepit, qua prius famulabamur diabolo, 2. cum utique propensius deberet serviri deo [quam diabolo], quippe cum hic salus, illic damnatio operetur, medicus tamen spiritalis non plus a nobis exigit, ne dum praecepta quasi gravia fugeremus perpendentes infirmitatem nostram, maneremus in morte. unde dominus: tollite, inquit, iugum meum super vos, quia suave est et onus meum leve [est]. 20

2 Rom. 2, 14 22 Matth. 11, 29sq.

4 confidunt *WA*¹ 6 in christo *A* 7 mosi *C* 11 post denique *add.* subinfertur *D*, subinfert *G*² 12 sicut enim *DW*²*AC* ait *om.* *DC* 13 ad iniquitatem *om.* *A* ita et *W* 16 quia *C* 17 servire deo *A* praecipit *DC* 17sq. famulabamus *FG*¹ 19 quam diabolo *DC* 23 quia] et discite a me quia mitis sum et humilis corde et inuenietis requiem animabus uestris iugum enim meum *FGMBOYD* 24 quia leve (*add.* est *W*) *WA*

6, 20. Cum enim servi essetis peccati, liberi eratis iustitiae. **21.** quem enim fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors. 1. manifestum est, quia qui liber est a deo, est servus peccati. dum peccat enim, recedit a deo et fit sub peccato. quales ergo sunt fructus peccati? in quibus discentes (addiscentes) bonam vitam confundimur, eo quod dudum turpiter vixerimus. {1a. et non solum hoc, quia et sententia paganorum turpis et focda est, maxime quae in Frygia inventa est, in qua nisi spurcus intersit, sacramentum mutum est et torpescit religio.} 2. ecce maculosa (maculis plena) libertas et

α in turpitudinem obligata, β squaloribus obligata, cuius opus {turpem} mercedem habet, cuius finis mors. finem dixit exitum vitae et actuum, cui aut mors aut vita succedit. α sed huic finis mors; a morte β sed hoc loco mors duplex; enim ad mortem transit. a morte enim ad mortem transitur.

6, 22. Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti dei, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam. hoc est, si accepta remissione peccatorum bonorum actuum aemuli fuerimus, adquirimus sanctitatem, finem vero habebimus, id est exitum, vitam perpetuam; a morte enim hac, quam finem dixit, transibimus ad vitam, quae sine fine est.

6, 23. Nam merces peccati mors est. 1. quaestum peccati mortem dicit, quia per peccatum mors, ac per hoc, qui de cetero abstinent se a peccatis, stipendium accipient (accipiunt) vitam aeternam, quia {qui} non peccant, alieni sunt a morte secunda.

2 enim] ergo SIX 4 mors est Φ 15 actum Φ 16 fini IX
19 autem om. Φ 25 transimus IX 26sq. quesitum peccatum Φ

6, 20. Cum enim servi essetis peccati, liberi eratis iustitiae. **21.** quem enim fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors. 1. manifestum est, quia a deo qui liber est, servus peccati est. dum peccat enim, recedit a deo et fit sub peccato. 5
 quales ergo sunt fructus peccati? in quibus addiscentes bonam vitam confundimur, eo quod dudum turpiter vixerimus. 1 a. et non solum hoc, quia et sententia paganorum turpis est et foeda, maxime quae in Frygia inventa est, in qua nisi spurcus intersit, sacramentum mutum est et torpescit religio. 10
 2. ecce maculis plena libertas et squaloribus mancipata, cuius opus turpem mercedem habet, cuius consummatio mors est. finem dixit exitum vitae et actuum, cui aut mors aut vita succedit. sed hoc loco mors duplex; a morte enim ad mortem transitur. 15

6, 22. Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti dei, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam aeternam. hoc est, si accepta remissione peccatorum bonorum actuum aemuli fuerimus, adquirimus sanctitatem, finem vero habebimus, id est exitum, 20
 vitam perpetuam; a morte enim hac, quam finem dixit, transimus ad vitam, quae sine fine est.

6, 23. Nam merces peccati mors est. 1. quaestum peccati mortem dicit, quia per peccatum mors, ac per hoc, qui

2 enim] ergo *FGMBODAC (Vulg.)* habuistis tunc *GDWA*
 3 illis] his *A, om. W* 4 mors est *GOYDWA* liber est a deo *D*
 5 est peccati *FG* 6 post quibus: conuersati *WA* 7 confundimus *FGO*
 9 et foeda est *C* 10 sacermentum *W¹* turpescit *A* 12 turpem] *G²YC,*
-is cett. non habet *WA* consummatio] finis *DC* est *om. C* 14 du-
 plex *om. FG¹MBWA* 16 vero] autem *FGMBOYD* a *om. Y*
 17 deo *FGMBOYDW* 19sq. acquiremus *D* 23 quaestum enim *WA*
 24 per *om. OC*

Gratia autem dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro. 2. sicut enim sequentes peccatum adquirent mortem, ita et sequentes gratiam dei, id est fidem Christi, quae donat peccata, habebunt vitam aeternam, ut gaudeant
 5 se ad tempus dissolvi, scientes se hanc (hanc se) vitam adsecuturos (consecuturos), quae et omni taedio careat et successionem non habeat. quam sanctus Simeon exoptans petit se hinc dissolvi,

α quam pacem dicit, id est β ut iret in pacem, id est vitam, per quam nullam patitur inquietudinem. β ut iret in pacem, id est vitam, per quam nullam patitur inquietudinem.

et hoc donum a deo per Christum nobis datum dominum nostrum testatur, ut deo patri gratias per nullum alterum nisi per filium suum (eius) agamus.

15 **7, 1.** An ignoratis, fratres, scientibus enim legem loquor. 1. ut animos illorum firmet in doctrina divina, exemplo legis humanae (humanae legis) abutitur (utitur), ut per terrena suadeat caelestia, sicut [et] a mundi creatura deus agnoscitur. quia enim unius est totum, licet
 20 diversae sint res, ex aliqua tamen parte {sibi} invicem similes sunt. sciunt enim (ergo) legem Romani, quia non sunt barbari, sed comprehenderunt naturalem iustitiam, partim ex se, partim ex Graecis, sicut et Graeci ex Hebraeis. {quamvis enim ante Moysen non latuerit lex, sed ordo non erat neque auctoritas.} nam leges Romanis ex Athenis adlatae (perlatae) sunt.
 25 non ignorantibus enim (ergo) legem dicit:

7sq. cf. Luc. 2, 29

7 sytheon Φ 18 suadecat ad S^2IX 19 enim est SIX unius]
 una Φ 23 hebreis NIX

de cetero abstinent se a peccatis, stipendium accipient vitam aeternam; qui enim non peccant, alieni sunt a morte secunda.

Gratia autem dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro. 2. sicut enim sequentes peccatum adqui-
runt mortem, ita et sequentes gratiam dei, id est fidem Christi, 5
quae donat peccata, habebunt vitam aeternam, ut gaudeant se ad tempus dissolvi, scientes hanc se vitam consecuturos, quae et omni taedio careat et successionem non habeat. quam sanctus Simeon exoptans petit se hinc dissolvi, ut iret in pacem, id est vitam, quae nullam patitur inquietudinem. et 10
hoc donum a deo per Christum nobis datum dominum nostrum testatur, ut deo patri gratias per nullum alterum nisi per filium eius agamus.

7, 1. An ignoratis, fratres, scientibus enim legem loquor. 1. ut animos illorum firmet in doctrina 15
divina, exemplo humanae legis utitur, ut iterum per terrena suadeat caelestia, sicut et a mundi creatura deus agnoscitur. quia enim unius est totum, licet diversae sint res, ex aliqua tamen parte sibi invicem similes sunt. sciunt ergo legem Romani, quia non sunt barbari, sed comprehenderunt natura- 20
lem iustitiam, partim ex se, partim ex Graecis, partim ex Hebraeis. quamvis enim ante Moysen non latuerit lex, sed ordo non erat neque auctoritas. nam ordo legis Romanis ex Athenis perlatus est. non ignorantibus ergo legem dicit:

9 cf. Luc. 2, 29

2 qui enim] quia qui C post secunda add. stipendia enim peccati mors est WA 9 simeon incipiebat A² 10 pace FGBOY 12 alium FG 14 an non W 15 illorum] eorum A 16 divina om. DA iterum om. YWAC 18 sunt A 21 partim ex tert.] sicut et graeci (sicut graecis D¹) ex DC 22 lex om. FGMBD 23 ordo legis] leges C 24 perlatae sunt C

Quia lex dominatur homini quanto tempore vivit. 2. non est occultum omnem vitam hominis esse sub lege naturae {quae data est mundo}. haec lex generalis est. nunc vero aliam proposuit (proponit) specialem, {quamvis et
 5 ipsa generalis est, sed dum non recipitur ab omnibus, fit specialis,} per quam vult probare adsertionem suam; gradatim enim vult tradere veritatem. dicit ergo:

7, 2. Nam quae sub viro est mulier, vivente viro alligata est lege viri. [quodsi mortuus fuerit
 10 vir eius, soluta est a lege viri. 3. igitur vivente viro vocabitur adultera, si fuerit iuncta alteri viro.] 1. haec lex de evangelio est, non ex Moysi (Mosi), neque ex iustitia terrena. aliquid ergo duce natura, aliquid ex lege Moysi addiscentes perfecti sunt per evangelium Christi.
 15 sequenti ergo exemplo apertius suadet Christianismum exutum esse a lege factorum, non ab omni lege, nec ultra iam expedire esse sub lege, ne gratiam dei evacuet reversus sub lege, quia gratia dei (dei gratia) liberavit hominem a lege, ut spiritu, id est mente, serviat deo. 2. sicut enim mulier mortuo
 20 viro libera (liberata) est a lege viri, non a lege naturae, ita et qui (hi) gratia dei liberati a lege sunt, a qua tenebantur rei, ut mortua illis sit, ut Christianismo iuncti non sint adulteri. si enim lex apud illos vivit, adulteri sunt et nihil illis proderit dici Christianos, immo (quia) obnoxii erunt ultioni. nec enim
 25 legis erit adulter, sed evangelii, quia (qui) mortua lege iunctus evangelio post rediit (redit) ad legem; mortua enim lex dicitur, quando quem tenebat reum ignotum est ei {auctoritate legis cessante}.

7 veritatem] voluntatem Φ 9 quodsi—12 viro *del. Migne (cf. p. 211, Isq.)* 12 musī NS¹, moyse IX 13 aliquid—natura *om. SIX* 14 musī S
 15 christianis mundum Φ 17 sub legem SIX 22 christianissimo SI¹

Quia lex dominatur homini quanto tempore vivit. 2. non est occultum omnem vitam hominis esse sub lege naturae, quae data est mundo. haec lex generalis est. [nunc vero aliam proponit specialem, quamvis et ipsa generalis est,¹ sed dum non recipitur ab omnibus, fit specialis, per quam vult 5 probare adsertionem suam; gradatim enim vult tradere veritatem. dicit ergo:

7, 2. Nam quae sub viro est mulier, vivente viro alligata est lege viri. [quodsi mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri **3.** igitur vivente 10 viro vocabitur adultera, si fuerit iuncta alteri viro]. 1. haec lex de evangelio est, non ex Moyse, neque ex iustitia terrena. aliquid ergo duce natura, aliquid ex lege Moysi addiscentes perfecti facti sunt per evangelium Christi. sequenti ergo exemplo apertius suadet Christianismum ex- 15 tum esse a lege factorum, non ab omni lege, nec ultra iam expedire esse sub lege, ne gratiam dei evacuet regressus sub lege, quia gratia dei liberavit hominem a lege, ut spiritu, id est mente, serviat deo. 2. sicut enim mulier mortuo viro libera[ta] est a lege viri, non a lege naturae, ita et hi gratia 20 dei liberati a lege erunt, a qua tenebantur rei, ut mortua illis sit, ut Christianismo iuncti non sint adulteri. si enim flex apud illos vivit¹, adulteri sunt et nihil illis proderit dici Christianos, quia obnoxii erunt ultioni. nec enim legis erit adulter, sed

1 dominabitur *FGMBOYD*, *add.* omni *C* hominis *FGY* 3sq. nunc — est *C* 8sq. vivente — igitur *om.* *FGMBOY* 9 quodsi] si autem *WA* 9 quodsi — 12 viro *del. Migne* (*cf. p. 215, 3sq.*) 10 eius *om.* *W* 11 vocabitur] cognominabitur *WA* fuerit cum alio *WA* 12 ex mosi *C*, de moyse *W*, de moyse *A* 14 adducentes *A* 15 ergo] enim *A* christianissimum *FGO*, christianum *WA* 16sq. nec — lege *om.* *FG¹MBOD* 17 regressum *A*, reuersus *C* 17sq. sub legem *FGBYDC* 18 dei gratia *C* 20 liberata *DWA* a *pr. om.* *C* 21 erunt] sunt *YDC* *post rei add.* nec ultra iam expedire esse sub lege *YD* 22 ut] et *C* christianissimo *F¹GBW* 22sq. lex apud illos vivit *C* 23 illis *om.* *WA* 24 erant *FGBO*

Quodsi mortuus fuerit vir, liberata est a lege, ut non sit adultera, si fuerit iuncta alteri viro. 3. sublata a lege accepta remissione peccatorum et iuncti evangelio non sunt adulteri legis, quia mortua apud illos est. si
 5 autem servientes legi (servantes legem) accedere se putant ad evangelium, {rei} erunt adulteri (adulterii), quia viva lege iunxerunt se fidei, erunt in utroque adulteri.

7, 4. Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi. 1. quoniam salvator corpus suum diabolo crucifigendum (crucifigere) permisit, sciens
 10 esse pro nobis contra illum, idcirco per corpus Christi salvos nos dicit factos. mori enim legi vivere est deo, quia lex dominatur peccatoribus. cui ergo dimittuntur peccata, moritur legi; hoc est liberari a lege. per corpus itaque (itaque per corpus)
 15 Christi hoc consequimur beneficium. tradens enim corpus {suum} salvator mortem vicit et peccatum damnavit. in ipso enim peccavit diabolus, cum illum innocentem occidit et qui peccatum omnino nesciret. 2. cum enim hominem sibi peccati causa defenderet, inventus est in eo reus, in quo accusabat.
 20 hinc factum est, ut omnes credentes in Christum eruantur a lege sublato peccato, quia {victum} peccatum, qui (quod) est diabolus, per corpus Christi non habet auctoritatem in eos, qui ad illum pertinent, {a} quo victus est. 3. dum enim non peccat et occiditur quasi reus, vicit peccatum de peccato, hoc
 25 est diabolus proprio peccato, quod in eum admisit, damnavit, et cyrografum, quod peccato Adae decretum erat, delevit, quando ab inferis resurrexit data huiusmodi forma credentibus sibi, ut a morte secunda teneri non possint (possent). ac per

24 cf. Rom. 8, 3 26 cf. Col. 2, 14

10 suum cum *SIX* a (*om.* *X*) diabolo se crucifigendum *S²IX*
 12sq. dominator *NS¹* 23 a β *K* 24 peccat et] peccate *NS¹*, pro
 peccato *S²IX* 26 chyrographum *S*, cyrografum *KIX*

evangelii, qui mortua lege iunctus evangelio post redit ad legem; mortua enim lex dicitur, cum cessat eius auctoritas.

Quodsi mortuus fuerit vir, liberata est a lege, ut non sit adultera, si fuerit iuncta alteri viro. 3. sublata a lege accepta remissione peccatorum et iuncti evangelio non sunt adulteri legis, quia mortua illis est. si autem servantes legem accedere se putant ad evangelium, rei erunt adulterii, quia viva lege iunxerunt se fidei, et erunt in utraque adulteri.

7, 4. Itaque, fratres mei, et vos mortificati estis legi per corpus Christi. 1. quoniam salvator corpus suum diabolo crucifigere permisit, sciens esse pro nobis contra illum, idcirco per corpus Christi salvos nos dicit factos. mori enim legi vivere est deo, quia lex dominatur peccatoribus. cui ergo dimittuntur peccata, moritur legi; hoc est liberari a lege. itaque per corpus Christi hoc consequimur beneficium. tradens enim salvator corpus suum mortem vicit et peccatum damnavit. in ipsum enim peccavit diabolus, cum illum innocentem occidit [et] qui peccatum omnino nesciret. 2. cum enim hominem sibi peccati causa defenderet, inventus est in eo reus, in quo accusabat. hinc factum est, ut omnes credentes in Christum eruantur a lege damnato peccato, quia victum peccatum, quod est diabolus, per corpus Christi non habet auctoritatem in eos, qui ad illum pertinent, a quo victus est. 3. dum enim non peccat et occiditur quasi reus, vicit peccatum de peccato, hoc est diabolus proprio peccato, quod in eum admisit, damnavit, et cirografum, quod peccato Adae de-

25sq. cf. Rom. 8, 3 27sq. cf. Col. 2, 14

1 quia *F B O D* 2 cum—[auctoritas] quando—[cessante] *C ex recens. β, p. 212, 27sq.* 3 si autem *W A* uir eius *F G A C* lege uiri *D C* 4 iuncta si fuerit *C*, si iuncta fuerit *Y D* iuncta *om. W A* cum alio *W A* 6 illis] apud illos *C* 8 et adulteri *D A* 10 et uos fratres mei *W A* 11 saluator noster *C* 14 dominabitur *W C* 15 ergo] enim *F W A* 17 corpus suum saluator *C* 18 diabolus peccavit *F G* 19 et *C* 22 damnato] sublato *C* 27 chirographum *M B W*

hoc mortui sumus legi per corpus Christi. qui enim legi mortuus non fuerit, reus est, et qui reus est, secundam mortem evadere non potest.

Ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut
 5 fructificemus deo. 4. hoc dicit, quia ideo mortui sumus legi, ut de cetero Christi simus servi solius, et hoc erit fructificare deo. acquiretur (adquiritur) enim deo, qui in gratia eius manet, dignus resurrectione promissa.

7, 5. Cum enim essemus in carne.

10 1. α qui in carne est, negat se esse in carne, quia hic dicitur in carne esse, qui aliud sequitur, quod lege prohibetur. in carne dicere multifarie intelligitur. nam omnis incredulus in carne est, id est carnalis,
 15 β cum in carne sit, negat se esse in carne, est enim in corpore, quia hic dicitur esse in carne, qui aliquid sequitur, quod lege prohibetur. igitur in carne esse multifarie intelligitur. nam omnis incredulus in carne est, id est carnalis,

et Christianus sub lege vivens in carne est, et qui de hominibus aliquid sperat, in carne est {et qui male intellegit Christum in
 20 carne est}, et si quis Christianus luxoriosam (luxoriosam) habet vitam, in carne est. 2. hoc loco tamen in carne esse sic intellegamus, [ut] qui (quia) ante fidem [sub lege agentes] in carne eramus; sub peccato enim vivebamus, hoc est carnales sensus sequentes vitiis et peccatis subiacebamus. sensus enim
 25 (autem) carnis est non credere spiritalia, id est sine conmixtione virginem peperisse {et} ex aqua et spiritu hominem denuo nasci {et} solutam animam a vinculo (copulatione) carnis rursus in carne surgere. de his diffidens in carne est. {hinc:}

14 dicere] facere NK, expectes: esse multifarie] manifeste Φ 21 sic esse Φ 22 ut del. Bulhart quia β K 27 solutam] soluturus Φ

cretum erat, delevit, quando ab inferis resurrexit data huiusce-
modi forma credentibus sibi, ut a morte secunda teneri non
possent. ac per hoc mortui sumus legi per corpus Christi. qui
enim legi mortuus non fuerit, reus est, et qui reus est, secun-
dam mortem evadere non potest. 5

Ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut
fructificemus deo. 4. hoc dicit, quia ideo mortui sumus
legi, ut de cetero Christi simus servi solius, [et] hoc erit fructifi-
care deo. adquiritur enim deo, qui in gratia eius manet, dignus
resurrectione promissa. 10

7, 5. Cum enim essemus in carne. 1. cum in carne
sit, negat se esse in carne, est enim in corpore, quia hic dicitur
esse in carne, qui aliquid sequitur, quod lege prohibetur. igitur
in carne esse multifarie intellegitur. nam omnis incredulus
in carne est, id est carnalis, et Christianus sub lege vivens in 15
carne est, et qui de hominibus aliquid sperat in carne est, et
qui male intellegit Christum in carne est, et si quis Christianus
luxuriosam habet vitam, in carne est. 2. hoc tamen loco in
carne esse sic intellegamus, quia ante fidem in carne eramus;
sub carne enim vivebamus, id est carnales sensus sequentes 20
vitiis et peccatis subiacebamus. sensus autem carnis est non
credere spiritalia, id est sine complexu viri virginem peperisse
et ex aqua et spiritu hominem denuo nasci et solutam animam
a copula[stione] carnis rursus in ea resurgere. de his diffidens
in carne est. hinc: 25

1 sq. huiusmodi *C* **3** possint *OC* **4** et qui reus est *om. FG¹*
MBYWA **6** sitis uos *A* **8** et *DC* hoc enim erit *WA* **12** est
enim] id est *Y* **13** qui] quia *FGBWA* **18** loco tamen *C* **19** sic
om. FGMBOYWA intellegimus *D* eramus in carne *FG* **20** sub—vive-
bamus *om. FG¹MBWA* carne] peccato *OD* id] hoc *C* **21 sq.** non—
est *om. FG¹MB* **22** id] hoc *A* complexu] connixtione *C* **23** spiritu
sancto *DC* denuo *om. FGBO* **24** copulatione *WA* rursus *C* **25** hinc]
dehinc *WA, om. D*

Vitia {ait} peccatorum, quae per legem ostenduntur, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. 3. manifestum est, quia qui non credit, sub peccato agit et captivus trahitur ad vitia admittenda, ut
 5 fructum faciat morti secundae. lucrum enim tunc facit mors, cum peccatur. in membris tamen dicit vitia operari, non in corpore, ne occasio esset male tractantibus corpus, quia in maliloquio lingua arguitur et {in} furto manus corripitur et in dissimulante aures increpantur et ita in ceteris; quamvis
 10 de corde exeant, membrorum tamen ministerio fiunt (expletur) {operibus}. 4. disputatio haec tangit Iudaeos et eos, qui Christiani sunt (dicuntur) et sub lege volunt vivere, ut ediscentes carnales se esse recedant a lege. vitia tamen peccatorum quae dominari in carne agentibus dicit, per legem ostendi,
 15 non per legem fieri monstrat (demonstrat). index enim peccati lex est, {non genetrix} reos faciens peccatores.

7, 6. Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur. 1. soluti sumus a lege, dum remissionem peccatorum accepimus; non {enim} habet in nos
 20 potestatem; infidis enim et peccatoribus dominatur. lex autem mortis ideo dicta est, quia punit reos, mortificat autem (enim) peccatores. non ergo mala est, sed iusta. {1a. quamvis enim malum sit patientibus quod infertur a lege, sed illa non est mala, quia iuste infert iram. itaque non mala est peccatoribus,
 25 sed iusta.} 2. bonis vero spiritalis est. quis enim dubitet spiritale esse prohibere peccare? sed quia hoc non potuit salvare (ut salvaret) hominem remittendo peccata, lex fidei data est, quae credentes liberaret a dominio legis, ut possent (possint) reparare se ad vitam, quos lex tenebat reos mortis. ipsis
 30 enim lex mortis est, quibus iram operatur {causa peccati}.

10 cf. Matth. 15, 18

13 se om. Φ 20 in perfidis SK 26 spiritalem SK 29 re-
 parari IX se om. SIX 30 lex mortis] iuxta mortem Φ

Vitia, ait, peccatorum, quae per legem ostenduntur, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti. 3. manifestum est, quia qui non credit, sub peccato agit et captivus trahitur ad vitia admittenda, ut fructum faciat morti secundae. lucrum enim tunc facit mors, cum peccatur. in membris tamen vitia dicit operari, non in corpore, ne occasio esset male tractantibus corpus, quia in maliloquio lingua arguitur et in furto manus corripitur et in dissimulante aures increpantur et ita in ceteris; quamvis de corde exeant, membrorum tamen ministerio explentur operibus. 4. disputatio ista tangit Iudaeos et eos, qui dicuntur Christiani et sub lege volunt vivere, ut se discipulos carnales se esse recedant a lege. vitia tamen peccatorum quae dominari in carne agentibus dicit, per legem ostendi, non per legem fieri demonstrat. index enim peccati lex est, non genetrix, reos faciens peccatores.

7, 6. Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur. 1. soluti sumus a lege, dum remissionem peccatorum accepimus; non enim iam habet in nos potestatem; infidis enim et peccatoribus dominatur. lex autem mortis ideo dicta est, quia punit reos, mortificat enim peccatores. non ergo mala est, sed iusta. 1 a. quamvis enim malum sit patientibus quod infertur a lege, sed illa non est mala, quia iuste infert iram. itaque non mala est peccatoribus, sed iusta. 2. bonis vero spiritualis est. quis enim dubitet spiritale esse prohibere peccare? sed quia hoc non potuit, ut salvaret hominem remittendo peccata, lex fidei data est, quae creden-

10 cf. Matth. 15, 18

1 quae sunt *FGMB* 1 sq. ostenduntur] erant *WA* 2 operabantur inquit *C* 5 mortis *FGMO* 6 tamen] *om. FGMBY*, sane *A* dicit vitia *C* 9 quae quamvis *C* 10 post exeant *add. domino in euangelio testante WA* ministerio *om. WA* 11 ista] haec *C* tangit ad *W* 11 sq. christiani dicuntur *C* 12 ediscentes *C* 13 secedant *C* 19 accipimus *FGMBOYDWA*² iam *om. C* 20 infidis] indignis *FGMBO* 21 enim] autem *FGMBOYD* 25 dubitat *A* 26 sed *om. FGMB*¹

Ita ut serviamus in novitate spiritus et non in vetustate litterae. 3. hic (his) legem tangere putatur, quam quidem ad comparationem legis fidei inferiorem facit, non tamen inimicam iudicat. nam dicit ideo (ideo dicit) nos
 5 erutos a lege mortis, ut serviamus legi fidei, quae nobis praesidium contulit {salutare}, quod vetus lex non potuit, ne gratiae beneficium inanire videamur legi veteri servientes. 4. lex vetus non criminis {utique} nomen est, sed temporis vel aetatis; senuit enim, quia cessavit. lex autem spiritus ipsa est lex
 10 fidei, quia fides in animo est nec operibus addiscitur, sed corde creditur. et mente (mens) ipsa intellegit naturae suae esse quod credit nec oculis cernitur aut manibus palpatur, et quae sperantur dona invisibilia (non visibilia) sunt nec terrena, sed spiritalia. vetus enim (ergo) lex in tabulis lapideis formata
 15 est, lex autem spiritus in tabulis cordis spiritaliter scribitur, ut aeterna sit (sit aeterna), litterae autem legis veteris aetate † continentur † (consumantur). 5. est et alia interpretatio legis spiritus, ut quia prior lex ab opere malo inhibuit, haec {autem} cum nec in corde peccari debere dicit, lex spiritus vocatur,
 20 ut totum hominem faciat spiritalem.

7, 7. Quid ergo dicimus? lex peccatum est? absit. 1. quoniam legem mortis hanc dixit et erutos nos ab ea gratulatur et in illa deo serviri negat, ne iniquam hanc adserere putaretur, hoc agnoscit (purgat) cum dicit: absit.

9 cf. Hebr. 8, 13 15 cf. II Cor. 3, 2

4 iudicat] dicat SK, dicit IX 7 inane uideatur Φ 8 temporum K 10 fides] potest SK, posita IX est] esse K 11 in naturae SI¹
 16 aeterna] uenia Φ 19 cum] cunctos Φ peccare I²X 23 servire SKI¹
 24 cum] quam SI¹

tes liberaret a dominio legis, ut possint reparare se ad vitam, quos lex tenebat ad mortem. ipsis enim lex mortis est, quibus iram operatur causa peccati.

Ita ut serviamus in novitate spiritus et non in vetustate litterae. 3. his legem tangere putatur, quam 5 quidem ad comparationem legis fidei inferiorem facit, non tamen inimicam iudicat. nam dicit ideo nos erutos a lege mortis, ut serviamus legi fidei, quae nobis praesidium contulit salutare, quod vetus lex non potuit, ne gratiae beneficium inanire videamur legi veteri servientes. 4. lex vetus non uti- 10 que criminis nomen est, sed temporis vel aetatis; senuit enim, quia cessavit. lex autem spiritus ipsa est lex fidei, quia fides in animo est nec operibus addiscitur, sed corde creditur. et mens ipsa intellegit naturae suae esse quod credit nec oculis cernitur aut manibus palpatur, et quae sperantur dona non 15 visibilia sunt nec terrena, sed spiritalia sunt. vetus ergo lex in tabulis lapideis formata est, lex autem spiritus in tabulis cordis spiritaliter scribitur, ut sit aeterna, litterae autem legis veteris consumantur aetate. 5. est et alia interpretatio legis spiritus, ut quia prior lex ab opere malo inhibuit, haec autem 20 cum nec in corde peccari [debere] dicit, lex spiritus vocatur, ut totum hominem faciat spiritalem.

7, 7. Quid ergo dicimus? lex peccatum est? absit. 1. quoniam legem mortis hanc dixit et erutos nos ab ea gratulatur et in illa serviri deo negat, ne iniquam hanc ad- 25 serere putaretur, hoc purgat cum dicit: absit.

11sq. cf. Hebr. 8, 13 17sq. cf. II Cor. 3, 2

1 se reparare *A* 2 tenebat reos *D* ad mortem] reos mortis *C*
 5 hic *YDW²A*, hoc *W¹* 9 lex uetus *WA* 10 ueteri legi *W* 10sq. cri-
 minis utique *C* 11 est nomen *A* 16 sunt *alt. om. DC*, post sunt *add.* atque
 caelestia *WA* 18 littera *A* 19 consumatur *A*, consumuntur *OD* aetate
 consumantur *C* 20 prima *FGMBOD* 21 debere *C* 23 dicemus *C*
 25 seruire *FGDA* deo seruari *C*

Sed peccatum non cognovi nisi per legem. 2. non ergo peccatum est lex, sed index peccati. ostendit enim, quia peccata non impune futura essent apud deum. quo com-
 5 perto homo factus est reus, {et} ideo non videtur gratias agere
 legi. {quis enim libenter habeat eum, qui sibi poenam imminere
 adnuntiat?} legi autem fidei gratias agit, quia qui per legem
 Moysi reus factus est, per legem fidei reconciliatus est deo.
 quamvis et illa iusta et bona sit — ostendere enim (etenim)
 inminens periculum bonum est —, sed huic magis gratias agit,
 10 per quam ereptus de periculo vivit.

Nam et concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces. 3. non discrevit concupiscentiam hanc a peccato, sed miratur hoc significans, quia cum
 nec suspicio {quidem} esset istud non licere apud deum,
 15 α cognovit esse peccatum. β ‘cognovi’, inquit, ‘esse peccatum.’

sub sua {quasi} persona generalem agit causam. lex {itaque} concupiscentiam prohibet, quae propterea quod oblectamento est, non putabatur esse peccatum. simplex enim vide-
 20 batur causa

α concupiscere

β cum concupiscitur

aliquid proximi; hoc lex prodidit esse peccatum. saecularibus enim (namque) hominibus nihil tam inultum videtur {et placidum} quam voluptas.

25 **7, 8.** Occasione ergo accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. 1. omnem dicens concupiscentiam cuncta peccata significat. supra enim concupiscentiam iuxta legem memorat, nunc huic (cui nunc) cetera addens vitia omnem dixit concupiscentiam operatam in homine pulsus (inpulsu) diaboli,
 30 quem in peccato significat, ut in contrarium fieret homini lex,

12 Exod. 20, 17

7 musi *NS*¹

19 inputabatur **K**

Sed peccatum non cognovi nisi per legem. 2. ostendit non peccatum esse legem, sed indicem peccati. demonstravit enim et quae latebant peccata et quia non in-
pune futura essent apud deum. quo conperto homo factus est
reus, et ideo non videtur gratias agere legi. quis enim libenter 5
habeat eum, qui sibi poenam imminere adnuntiat? legi autem
fidei gratias agit, quia qui per legem Moysi reus factus est,
per legem fidei reconciliatus est deo, quamvis et illa iusta et
bona sit — ostendere etenim imminens periculum bonum
est —, sed huic magis gratias agit, per quam ereptus de peri- 10
culo vivit.

Nam et concupiscentiam nesciebam, nisi lex
diceret: non concupisces. 3. non discrevit concupiscen-
tiam hanc a peccato, sed miratur hoc significans, quia cum
[nec] suspicio quidem esset istud non licere apud deum, 15
'cognovi', inquit, 'esse peccatum'. sub sua quasi persona
generalem agit causam. lex itaque concupiscentiam prohibet,
quae propterea quod oblectamento est, non putabatur esse
peccatum. simplex enim videbatur causa concupiscere aliquid
proximi; hoc lex prodidit esse peccatum. saecularibus namque 20
hominibus nihil tam inultum et placidum videtur quam volup-
tas.

7, 8. Occasione ergo accepta peccatum per man-
datum operatum est in me omnem concupiscen-
tiam. 1. omnem [dicens] concupiscentiam cuncta pec- 25

13 Exod. 20, 17

2 ostendit—indicem] non ergo peccatum est lex sed index C
3 demonstravit] ostendit C 5 legi om. FG¹MWA 6 poenas A
8 est] esset FGMBYWA 12 et om. WAC nisi] quoniam FG 13 post
diceret add. in exodo C non] namque FGM B 15 nec D 19 con-
cupiscere] cum concupiscitur C 21 uidetur et placidum C 23 ergo]
autem OYWA 25 dicens C

quae data erat, ut prodesset. 2. videns enim diabolus auxilium per legem homini provisum, quem in condicione sua (se) {tam} propter peccatum Adae {quam propter ipsius} habere gratulabatur, intellexit factum adversum se; quem vidit enim
 5 sub lege factum (factum sub lege), pro certo habuit de suo dominio sublatum (sublatum dominio); agnovit (agnoverat) enim homo, quomodo poenam inferni evaderet. hinc exarsit iracundia adversus hominem, ut illi legem inverteret, ut prohibita admittendo deum rursus offenderet et denuo in potestatem (potestate) diaboli caderet. coepit non imperare, sed subtiliter fallere, quoniam {in} lege data amisit dominium diabolus, sciens de cetero hominem ad dei iudicium pertinere.

Sine lege enim peccatum mortuum erat. 3. hoc duplici genere intellegendum est, ut {et} diabolum in peccato
 15 scias significatum et hoc {ipsum} [dando] peccatum, quod vocatur peccatum. mortuus enim dicitur fuissé diabolus, quia cessabat ab inlusione hominis {ante legem, sed erat quasi quietus}

α quia securus erat

β securus enim erat

20 de possessione eius. peccatum autem mortuum dixit, quia putabatur quod non inputaretur apud deum; ideo apud hominem mortuum erat, quasi inpune peccaretur. nam non latebat peccatum, sicut supra dixi, sed hoc latebat (ignorabatur) quia deus

25 α credebatur non iudicaturus. β iudicaturus est.

quod cum data lege manifestum est, revixit (revixisse) peccatum. quare revixit, nisi quia ante vixerat et postea desidia hominum mortuum aestimatum est, cum viveret? putabatur

1 quae lex *K* 2 conditionem suam *SK* 4 enim *om. S²IX*
 10 potestate β *NS¹K* 13 enim *om. Φ* hic *SKI¹* 15 sciat Φ
 15 sq. quod vocatur peccatum *om. SIX* 23 dixit Φ

cata significat. supra enim concupiscentiam iuxta legem memorat, cui nunc cetera addens vitia omnem dixit concupiscentiam operatam in homine impulsu diaboli, quem in peccato significat, ut in contrarium homini fieret lex, quae data erat, ut prodesset. 2. videns enim diabolus auxilium per legem homini provisum, quem in condicione se tam propter peccatum Adae quam propter ipsius habere gratulabatur, intellexit factum adversum se; quem vidit enim factum sub lege, pro certo habuit de suo ablatum dominio; agnoverat enim homo, quomodo poenam inferni evaderet. hinc exarsit iracundia adversum hominem, ut illi legem inverteret, ut prohibita admit- tendo deum rursus offerrenderet et denuo in potestatem diaboli caderet. [coepit non imperare, sed subtiliter fallere, quoniam in lege data amisit dominium diabolus, sciens de cetero hominem ad dei iudicium pertinere.]

Sine lege enim peccatum mortuum erat. 3. hoc duplici genere intellegendum est, ut et diabolus in peccato scias significatum et hoc ipsum peccatum, quod vocatur peccatum. mortuus enim dicitur fuisse diabolus, quia non ita saeviebat ad inlusionem hominis ante legem et erat quasi quietus securus, eo quod possideret eum. peccatum autem ideo mortuum erat, quia putabatur quod non inputaretur apud deum; ac per hoc apud hominem mortuum erat, quasi inpune peccaretur. nam non latebat peccatum, sicut supra dixi, sed hoc ignorabatur quia deus iudicaturus est, quod cum data lege manifestum est, revixisse peccatum. quare revixit, nisi quia ante vixerat et postea desidia hominum mortuum aestimatum est, cum viveret? putabatur enim non in-

1 enim] autem *A* 4 fieret homini *C* 6 homini] humano
generi *A* se] sua *WA*, om. *FG¹OD* 9 de suo om. *FG¹MB*, suo
om. *O* 10sq. aduersus *C* 12 deum] dominum *F¹GMBYW* rur-
sus *C* 13sq. coepit—pertinere *D* 19 fuisse dicitur *C* 20 et] sed *DC*
20sq. erat—securus] securus enim erat *DC* 21sq. peccatum—erat]
et *F¹GMB¹O* 22 ideo] sic *W*, om. *Y* 25 hoc om. *C* esset *DWA*

enim non inputari peccatum, cum inputaretur. vivens ergo pro mortuo habebatur.

7, 9. Ego autem vivebam aliquando sine lege.

1. quid est sine lege vixisse, cum lex semper sit (fuerit), sicut supra memoravi, nisi quia sine timore dei {homo} vivebat, securus quod non esset deus iudicaturus actus humanos?

Sed cum venit mandatum, peccatum revixit.

{1a. ideo dixit revixisse peccatum, ut significaret, quia ante vixerat, postea autem desidia hominum mortuum aestimatum est, cum viveret, sicut adsolet falsa fama fieri peregrinis. hoc ergo significat, quod in iutiis non latuerit peccatum inputari apud deum; hoc est vixisse. sed cum consuetudo peccandi hoc obliterasset, mortuum aestimatum est, ut crimen cum persona deficere putaretur.}

2. α revixit peccatum, quod mortuum erat. hoc est autem revixit, quia coepit sciri quod inputaretur. β cum autem data esset lex vel reformata, revixit apud eos, apud quos mortuum aestimatum erat; coeperunt enim scire inputari peccatum.

7, 10. Ego autem mortuus sum. 1. mortuus est homo, quia vidit se reum {esse} apud deum, qui ante se putabat non futurum obnoxium ex his, quae peccabat.

Et inventum est mihi mandatum, quod ad vitam datum erat, hoc esse ad mortem. 2. verum est, quia lex ad vitam data est, sed cum hominem non solum de praeterito, sed et de futuro peccantem reum fecit, facta est lex data ad vitam esse ad mortem, sed {ut dixi} peccanti, quia

α fuerunt quibus data ad vitam profecit ad vitam. β obaudientibus proficit ad vitam.

3 sine lege aliquando Φ 7 uenisset Φ 25 sed] si S^1K
27 sed] non K , om. S^2IX 30 ad vitam om. S^2IX

putari peccatum, cum inputaretur. vivens ergo pro mortuo habebatur.

7, 9. Ego autem vivebam aliquando sine lege. 1. quid est sine lege vixisse, cum lex semper fuerit, sicut saepe ostendi, nisi quia sine timore dei homo vivebat, securus quod non esset deus iudicaturus actus humanos? 5

Sed cum venit mandatum, peccatum revixit. 1a. ideo dixit revixit peccatum, ut significaret, quia ante vixerat, postea autem desidia hominum mortuum aestimatum est, cum viveret, sicut adsolet [falsa] fama fieri peregrinis, non vera. hoc ergo significat, quod in initiis non latuerit peccatum inputari apud deum; hoc est vixisse. sed cum consuetudo peccandi hoc obliterasset, mortuum aestimatum est, ut crimen cum persona deficere putaretur, 2. cum autem data esset lex vel reformata, revixit apud eos, apud quos mortuum aestimatum erat; coeperunt enim scire inputari peccatum. 15

7, 10. Ego autem mortuus sum. 1. mortuus est homo, quia vidit se reum esse apud deum, qui ante se putabat non futurum obnoxium ex his, quae peccabat.

Et inventum est mihi mandatum, quod ad vitam datum erat, hoc esse ad mortem. 2. verum est, quia lex ad vitam data erat, sed cum hominem non solum de praeterito, [sed et post legem] reum fecit peccantem, facta est lex data ad vitam esse ad mortem, sed ut dixi peccanti, quia obaudientibus proficit ad vitam. 25

3 sine lege aliquando *FGOYDWA* 6 iudicaturus deus *WA*
 7 cum] ubi *WA* 8 ideoque *W* reuixisse *C* significet *A* antea *FG*
 10 falsa *G²DC* 10sq. non vera *om. DC* 12 deum] dominum *A* re-
 uixisse *C*¹ 14 defecisse *FGMOY* 20sq. erat ad uitam *DWA* 21 da-
 tum *om. FGM OYWA* 22 erat data *A*, data est *C* hominem non
 solum] eum *WA* 23 sed et post legem (sed et de futuro *D*) *DC*

7, 11. Nam peccatum accepta occasione per
mandatum seduxit me et per illud occidit. 1. pec-
catum hoc loco diabolum intellege, qui auctor est peccati
(peccati est). hic hominem (occasionem) invenit per legem.
5 quomodo cupiditatem (crudelitatem) suam de nece hominis
satiaret, ut quia lex conminata est peccatoribus, homo in-
stinctu eius prohibita semper admittens offenso deo ultionem
legis incurreret, ut ab ea, quae illi profutura data erat, dam-
naretur. {1a. quia enim invito illo lex data est, exarsit in-
10 vidia adversus hominem, ut eo amplius vitiosis voluptatibus
macularet, ne manus eius evaderet.}

7, 12. Itaque lex quidem sancta et mandatum
sanctum et iustum et bonum. ut nihil suspicionis
adversae remaneret in lege, sic illam commendat, ut non solum
15 iustam hanc, sed et sanctam et bonam pronuntiet. nam man-
datum legem intellegi evangelicus sermo testatur. ait enim:
si vis ad vitam venire, serva mandata.

7, 13. Quod ergo bonum est, mihi mors est?
absit. 1. vere absit. unde enim fieri potest, ut quod bonum
20 {esse} probatur, mors intellegatur?

Sed peccatum, ut appareat peccatum, per
bonum mihi operatum est mortem. 2. diabolum per
bonum occasionem dicit accepisse, ut male operetur (malum
operaretur) homini, dum illum seducit ad mortem, quia, ut
25 ea, quae ante legem {male} gesta sunt {per inlecebram cupi-
dinis}, probarentur esse peccata et de cetero vitarentur, data
est lex manifestata in litteris.

α tunc incensus satanas per β tunc incensus est satanas
bonum, quia vidit provideri per bonum utique; vidit enim

17 Matth. 19, 17

23 bonam *NKIX*
quod *S²IX*

28 census *NS¹*, accensus *S²IX*

29 quia]

7, 11. Nam peccatum accepta occasione per mandatum seduxit me et per illud occidit. 1. peccatum hoc loco diabolus intellegit, qui auctor peccati est. hic occasionem invenit per legem, quomodo crudelitatem suam de nece hominis satiaret, ut quia lex conminata est peccatoribus, homo instinctu eius prohibita semper admittens offenso deo ultionem legis incurreret, ut ab ea, quae illi profutura data erat, damnaretur. 1a. quia enim invito illo lex data est, exarsit invidia adversum hominem, ut eum amplius vitiosis voluptatibus macularet, ne manus eius evaderet.

7, 12. Itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. ut nihil suspicionis adversae remaneret in lege, sic illam commendat, ut non solum iustam hanc, sed et sanctam et bonam pronuntiet. nam mandatum legem intellegi evangelicus sermo testatur. ait enim: si vis venire ad vitam, serva mandata.

7, 13. Quod ergo bonum est, mihi mors est? absit. 1. vere absit. unde enim fieri potest, ut quod bonum esse probatur, mors intellegatur?

Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. 2. diabolus per bonum dicit occasionem accepisse, ut malum operaretur homini, dum illum seducit ad mortem, quia, ut ea, quae ante legem male gesta sunt per inlecebram cupidinis, probarentur esse peccata et de cetero vitarentur, data est lex manifestata in litteris. sic incensus est satanas per bonum utique; quia enim vidit provideri homini, illicita illi suasit, ut pro vita ex

16 Matth. 19, 17

1 peccatum enim *WA* occasione accepta *FGOYDWA* 6 homo
om. FG¹MBO 8 quia enim] et quia *WA* 9 aduersus *WAC*
10 macularet] manciparet *WA* 15 intellego sicut *WA* 16 ad uitam
uenire *WAC* 22 occasionem dicit *C* 26 sic] tunc *C* quia *om. C*
27 uidit enim *C* homini et *C* suadet *C* ex *om. FGMB¹OY*

homini, inlicita illi suasit, provideri homini et inlicita
illi suasit,

ut pro vita ex lege ei mors proveniret.

α nequitiae ergo hoc humanae β quod quidem negligentiae
5 adscribendum est, quae sic humanae adscribendum est,
vigorem naturae suae infir- quae sic vigorem naturae suae
mavit peccando, ut suggestio- infirmavit cupiditate peccan-
nes adversarii reprimere non di, ut suggestiones adversarii
possit. reprimere non posset.

10 inimicus tamen, quem in peccato significat, ut appareat esse
inimicus, per bonum (legem) accepit occasionem operari ho-
mini mortem. dum enim ad inlicita illum suadet, apparet esse
inimicus. {2a. quamquam et ante legem mortem homini pro-
curaverit excepta prima causa Adae, post legem tamen maiores
15 ei poenas apud inferos, ubi mors secunda est, adinvenit. minus
enim criminis est ante legem manifestatam peccasse quam post
legem.}

Ut fiat supra modum ipsum peccatum peccans
per mandatum. 3. quid est supra modum, quasi datus
20 sit modus delinquentibus, cum peccare (peccari) non liceat.
{3a. sed dei verba sunt dicentis: non sunt completa pec-
cata Amorraeorum. per quod ostendit mensuram esse
quandam delictorum, quam cum impleverint peccatores, vita
digni minime iudicentur, sicut et Farao, quia istum modum
25 impleverat, dei virtutes et signa in illum ostensa sunt, per quae
ceteri territi ad emolumenta vitae se exercerent, ut in mortuo
vita discatur.}

4. α sed hoc est supra modum β sed alius modus est, quem
quia amplius peccare coegit tractat apostolus. ut ostendat
30 diabolus hominem post da- enim plus peccatum esse sub
tam legem quam ante pec- lege, quam fuerat ante legem,

21 Gen. 15, 16

7sq. suggestionem IX 9 posset IX

lege ei mors proveniret. quod quidem negligentiae humanae adscribendum est, quae sic vigorem naturae suae infirmavit cupiditate peccandi, ut suggestiones diaboli reprimere non posset. inimicus tamen, quem in peccato significat, ut appareat esse inimicus, per legem accepit occasionem operari homini 5 mortem. dum enim ad illicita illum suadet, apparet esse inimicus. 2a. quamquam et ante legem mortem homini procuraverit excepta prima causa Adae, post legem tamen maiores ei poenas apud inferos, ubi mors secunda est, adinvenit. minus enim criminis est ante manifestatam legem peccasse quam 10 post legem.

Ut fiat supra modum ipsum peccatum peccans per mandatum. 3. quid est supra modum, quasi datus sit modus delinquentibus [cum peccari non liceat.] 3a. sed dei verba sunt dicentis: non sunt completa peccata 15 Amorraeorum. per quod ostendit mensuram esse quandam delictorum, quam cum inpleverint peccatores, vita digni minime iudicentur, sicut et Farao, quia istum modum inpleverat, dei virtutes et signa in illum ostensa sunt, per quae ceteri territi ad emolumenta vitae se exercerent, ut in mortuo vita 20 discatur. 4. sed alius modus est, quem tractat apostolus. ut ostendat enim plus peccatum esse post legem, quam fuerat ante legem, supra hunc modum peccatorum ampliorem mo-

15 Gen. 15, 16

1 lege *om.* *FGMBOY* mors ei *WA* 3 diaboli] aduersarii *C* 4 signavit *W* 8 excepto *FG* (*Thes. V 1249, 52*) 10 legem manifestatam *C* 12 ipsud *C* 14 cum peccari non liceat *DC* 15 sunt uerba *FG* 18 istum] iustum *FGMYWA*¹ 20 emulamenta *W*, emolumenta *M* 23 peccatorum — modum *om.* *FGMB*

caverat, ut providentia illius
[dei] contraria fier[e]t,

5

supra hunc modum peccato-
rum ampliorem modum signi-
ficat crevisse post legem in-
vidia et astutia satanae, ut
providentia dei contraria fie-
ret homini,

cum timore legis minime peccare debuerit. 5. ideo deus, ut
invidiam diaboli vinceret et providentiam suam homini ratam
faceret, mutavit ordinem mittens salvatorem Christum, qui
10 et diabolum vinceret et statuta dei erga hominem firmaret.

7, 14. Scimus enim, quia lex spiritalis est. (lego
autem carnalis sum.) 1. quoniam scientibus legem lo-
quitur, ideo ait: scimus quoniam (quia) lex spiritalis
est, [hominem autem carnalem appellat, dum peccat aut quia
15 ante peccavit.]

{Ego autem carnalis sum, venditus sub peccato.
1a. legem Moysi spiritalem vocat, quae est data in tabulis.
quae quia peccari prohibet, spiritalis est, quippe cum visibilia
et carnalia coli prohibeat. haec ad commendationem legis per-
20 tinent, ne culpa digna putaretur, quia severitatem exercuit
in peccatores. hominem autem carnalem appellat, dum pec-
cat.}

Venditus sub peccato.

2. α veniri sub peccato hoc est β hoc est venditum esse sub
25 peccato,

ex Adam, qui prior peccavit, originem trahere et proprio de-
licto subiectum fieri peccato. {2a. sicut dicit Esaias profeta:
venditi estis, inquit, peccatis vestris.} 3. Adam enim
vendidit se primus (prior), ac per hoc omne semen eius sub-
30 iectum est peccato. {3a. quamobrem infirmum esse hominem

28 Is. 50, 1

2 dei] *del. Bulhart, deo IX fieret Bulhart* 8 et *om. Φ* 11 quia]
quod Φ 11 *sq. ego—sum add. Vogels, om. Φ* 14 quia] qui Φ 23 ue-
nundatus Φ 24 veniri] uenini S, ueneni K, uenundari IX

dum significat crevisse post legem invidia et astutia satanae, ut providentia dei contraria homini fieret, cum timore legis minime peccare debuerit. 5. hinc deus, ut invidiam diaboli vinceret et providentiam suam homini ratam faceret, mutavit ordinem mittens salvatorem Christum, qui et diabolum premeret et hominem liberaret. 5

7, 14. Scimus enim, quia lex spiritalis est. 1. quoniam scientibus legem loquitur, ideo ait: scimus, quia lex spiritalis est. nec enim se darent sub lege, nisi agnoscerent istam esse spiritalem. 10

Ego autem carnalis sum, venditus sub peccato. 1 a. legem ergo Moysi spiritalem vocat, quae est data in tabulis. quae quia peccari prohibet, spiritalis est, quippe cum visibilia et carnalia coli prohibeat. haec ad commendationem legis pertinent, ne culpa forte digna putaretur ab aliquo, quia severitatem exercuit in peccatores. hominem autem carnalem appellat, dum peccat. 15

Venditus sub peccato. 2. hoc est venditum esse sub peccato, ex Adam, qui prior peccavit, originem trahere et proprio delicto subiectum fieri peccato. 2 a. sicut dicit Esaias 20 profeta: venditi, inquit, estis peccatis vestris. 3. Adam enim vendidit se prior, ac per hoc omne semen eius subiectum

21 Is. 50, 1

2 fieret homini *C* 3 debuerint *D* 5 salvatorem] salutarem *FGBC*
 6 liberaret hominem *C* 7 quia] quod *FGMBYDC* 9sq. nec—
 spiritalem *om. C* se enim *MBOYDWA* sub legem *FGMYDA* 11 ego—
 peccato *om. D* uenundatus *WAC* 12 ergo *om. C* 15 forte *om. C*
 ab aliquo *om. C* 16sq. hominem—peccat *om. D* 18 ante venditus
add. ego autem carnalis sum D 20 fieri sub *Y* 21 inquit] enim *W*
 estis inquit *C* 22 enim] autem *A*

ad praecepta legis servanda, nisi divinis auxiliis muniatur. hinc est unde ait: lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. hoc est: lex firma est et iusta et caret culpa, homo autem fragilis est et paterno vel
 5 proprio subiugatus delicto, ut potestate sui uti non possit circa obaudientiam legis. ideo est ad dei misericordiam confugiendum, ut severitatem legis effugiat et exoneratus delictis de cetero deo favente inimico resistat.} 4. quid est enim subiectum esse peccato, nisi corpus habere {vitio animae} cor-
 10 ruptum,

α cui praevalet peccatum?

β cui se inserat peccatum et inpellat hominem quasi captivum delictis, ut faciat voluntatem eius?

15 hinc dominus {inter cetera} ait: venit diabolus et tulit (tollit) quod seminatum est in corde (cor) illorum, ne salvi fiant. unde idem apostolus in alia epistola ait: non est nobis conluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestates,
 20 {contra} spiritalia nequitiæ in caelestibus, quos satellites constat esse satanae. nam ante praevaricationem hominis, priusquam se manciparet morti, non erat his potestas ad interiora hominis accedere et cogitationes adversas inserere. {4a. unde astutia eius factum est, ut confabulatione
 25 per serpentem hominem circumveniret.} 5. postquam {autem} circumvenit eum et subiugavit, potestatem in eum accepit, ut interiorem hominem pulsaret admiscens (copulans) se menti eius, ita ut non possit agnoscere, quid suum sit in cogitatione quidve illius, nisi respiciat legem.

15 Luc. 8, 12 18 Eph. 6, 12 24sq. cf. Gen. 3, 1sqq.

25 postquam uero IX 27sq. se menti] semen Φ 28 sit suum X
 29 quiduaë S

est peccato. 3 a. quamobrem infirmum esse hominem ad praecepta legis servanda, nisi divinis auxiliis muniatur. hinc est unde ait: lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venditus sub peccato. hoc est: lex firma est et iusta et caret culpa, homo autem fragilis est et paterno vel proprio 5 subiugatus delicto, ut potestate sui non uti possit circa obaudientiam legis. ideo ad dei misericordiam confugiendum est, ut severitatem legis effugiat et exoneratus delictis de cetero deo favente inimico resistat. 4. quid est enim subiectum 10 esse peccato, nisi corpus habere vitio animae corruptum, cui se inserat peccatum et inpellat hominem quasi captivum delictis, ut faciat voluntatem eius? hinc dominus inter cetera ait: venit diabolus et tollit quod seminatum est in cor illorum, ne salvi fiant. unde idem apostolus in alia epistola ait: non est nobis conluctatio adversus car- 15 nem et sanguinem, sed adversus principes et potestates, contra spiritalia nequitiae in caelestibus, quos satellites constat esse satanae.¹ nam ante praevaricationem hominis, priusquam se manciparet morti, potestas non erat inimico ad interiora hominis accedere et cogitationes ad- 20 versas inserere. 4 a. unde astutia eius factum est, ut confabulatione per serpentem hominem circumveniret. 5. postquam autem circumvenit eum et subiugavit, potestatem in eum accepit, ut interiorem hominem pulsaret, copulans se menti eius, ita ut non possit agnoscere, quid suum sit in 25 cogitatione, quid illius, nisi respiciat legem.

13 Luc. 8, 12 15 Eph. 6, 12 21sq. cf. Gen. 3, 1sqq.

4 uenundatus *WA* 5 vel proprio *om. C* 5sq. delicto proprio subiugatus *FG* 7 ideo est *D* 8 est *om. FMBODWAC* exoneratis *FGBY¹W* 10 uitio animae habere *WA* 14 corde *A²* unde— 18 satanae *D* 19sq. non erat inimico potestas *DC* 20sq. adversas inserere *om. FG¹MBOY* 21 astutia eius *om. FG¹MBO* 25 cognoscere *C* 26 cogitatione et *WA*

7, 15. Quod enim operor, non intellego. non intellegit quod operatur, quia videt se aliud (aliud se) {per legem} scire et aliud agere.

Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi
5 illud facio. subiectus [sub] peccato facit {utique} quod non vult.

7, 16. Si autem quod odi illud facio, consentio legi. probat legem recte prohibere, quando invitum se hoc facere quod lex vetat profitetur, et naturae suae dicit esse
10 quod mandat lex, quia quod extra facit odire se (odiosum sibi) dicit.

7, 17. Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat (inhabitat) in me peccatum. quoniam lege vidit prohiberi quod agit et consentit non debere
15 fieri ac per hoc alium (aliud) esse, cuius impulsu haec agit, declarat, id est peccatum. peccatum autem ideo semper nominat, cum sciatur diabolus esse cum angelis suis, quia nisi peccasset primus homo, haec non provenirent. ac per hoc peccatum est, quod ea omnia facit.

7, 18. Scio enim, quoniam non habitat (inhabitat) in me, hoc est in carne mea, bonum. 1. non dicit {sicut quibusdam videtur} carnem malam, sed quod habitat in carne, non esse bonum, sed esse peccatum. quomodo inhabitat in carne peccatum, cum non sit substantia, sed prae-
25 varicatio {boni}? quoniam primi hominis corpus corruptum est a peccato (per peccatum), ut possit dissolvi, ipsa peccati corruptio per condicionem offensionis manet in corpore, robur tenens divinae sententiae {datae in Adam},

α quod signum est legis dia- β quod est signum diaboli,
30 boli,

cuius instinctu peccavit [Adam].

2. per id quod ergo {facti causa} manet, inhabitare dicitur

7, 15. Quod enim operor non intellego. non intellegit quod operatur, quia videt aliud se per legem scire et aliud agere.

Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. subiectus peccato facit utique quod non vult. 5

7, 16. Si autem quod odi illud facio, consentio legi. probat legem recte prohibere, quando invitum se hoc facere quod lex vetat profitetur, et naturae suae dicit esse quod mandat lex, quia quod extra facit odiosum sibi dicit.

7, 17. Nunc autem iam non ego operor illud, 10 sed quod inhabitat in me peccatum. quoniam lege videt prohiberi quod agit et consentit non debere fieri ac per hoc aliud esse, cuius impulsu haec agit, declarat, id est peccatum. peccatum [autem] ideo semper nominat, cum sciatur diabolus significare, quia nisi peccasset primus homo, haec 15 non provenirent. ac per hoc peccatum est, quod ea omnia facit.

7, 18. Scio enim, quoniam non inhabitat in me, hoc est in carne mea, bonum. 1. non dicit, sicut quibusdam videtur, carnem malam, sed quod habitat in carne, non 20 esse bonum, sed esse peccatum. quomodo habitat in carne peccatum, cum non sit substantia, sed praevaricatio boni? quoniam primi hominis corpus corruptum est per peccatum, ut esset solubile, ipsa peccati corruptio per condicionem offensionis manet in corpore, robor tenens divinae sententiae 25

1 non intellego] ignoro *A* 2 se per legem scire aliud *A* 4 hoc *om. C*
odi] nolo *WA* 6 odi] nolo *WA* 7 quando] quod *FG¹MBW* 9 extra
quod *FGMBOYDWA* 11 habitat *MD²A* 14 autem *C* 15 pec-
caret *FG* 16 non—hoc *om. G¹FMB* 18 enim] autem *A* inhabi-
tet *FG*, habitat *A* in *om. D* 21 sed—peccatum *om. FGMBW* quomodo
autem *WA* habitet *FG*, inhabitat *C* 24 esset solubile] possit dissolui *C*
25 robor *FGWA¹*

peccatum in carne, ad quod (quam) diabolus accedit quasi ad suam legem, {et manet quasi in peccato peccatum quia caro iam peccati est} ut decipiat hominem suggestionibus malis, ne homo faciat quod (quae) praecepit lex.

5 Nam voluntas faciendi adiacet mihi. 3. tam bona adserit quae iubet lex, ut naturaliter sibi placere dicat et velit facere.

Perficere autem bonum non invenio. 4. et placet ergo quod a lege iubetur et voluntas est faciendi, sed ut im-
10 pleatur potestas et virtus deest, quia sic pressus est potestate peccati, ut non possit ire quo vult, neque valeat contradicere, quia potestatis eius alter est dominus. homo enim iam per consuetudinem (consuetudine) peccandi gravis est (gravatur) et facilius succumbit [per consuetudinem] peccato quam legi,
15 quam scit bona docere; ac si velit bene (bonum) facere, premit illum consuetudo adiuta ab inimico (adiutore inimico).

7, 19. Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago. saepe repetit, ut dilucidet. hoc ergo est, quod supra dictum est, quia ut captivus per
20 supra dictas causas illud cogitur facere, quod non vult peccatum [quod illius dominatur.]

7, 20. Si autem quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. hoc est quod iam supra memoravit, quia
25 pressus peccato et subiugatus {peccato} non suam, sed illius perficit voluntatem. numquid quia invitum hominem dicit peccare, immunis debet videri a crimine, quia hoc agit, quod non vult pressus vi potestatis? non utique. ipsius enim vitio et desidia haec coepta sunt; quia enim

datae in Adam, quod est signum diaboli, cuius instinetu peccavit. 2. per id quod ergo facti causa manet, inhabitare dicitur peccatum in carne, ad quam accedit diabolus quasi ad suam [legem], quia caro iam peccati est et manet quasi in peccato peccatum, ut decipiat hominem suggestionibus malis, ne faciat 5 homo quae praecipit lex.

Nam voluntas faciendi adiacet mihi. 3. tam bona adserit, quae iubet lex, ut naturaliter sibi placere dicat et velit facere.

Perficere autem bonum non invenio. 4. et placet 10 ergo quod a lege iubetur et voluntas est faciendi, sed ut impleatur potestas et virtus deest, quia sic pressus est dominatione peccati, ut non possit ire quo vult, neque valeat aut audeat contradicere, quia potestatis eius alter est dominus. homo enim iam consuetudine peccandi gravatur et facilius suc- 15 cumbit peccato quam legi, quam scit bona docere; ac si velit bonum facere, premit illum consuetudo adiutore inimico.

7, 19. Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago. frequenter iterat, ut dilucidet. hoc est ergo, quod supra dictum est, quia ut captivus 20 per supra dietas causas illud cogitur facere, quod non vult peccatum.

7, 20. Si autem quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

2 ergo quod *ODA*² 3 diabolus accedit *C* 4 *legem* *YA*
quia—est *post* peccatum *C* 5sq. homo faciat quod *C* 6 *praescepit* *MBOYWA* 7 nam—faciendi] *velle* enim (etiam *A*) *WA*, nam *velle* *D*
11 a *om.* *FQMBOW* 13 aut] *neque* *W* 14 *potestas* *A* 15 *enim om.* *FC*
MBOW gravatur et] *grauatus* *WA* 17 *reprimat* *A* 18 *non]* *ne* *A*
19 hoc ago malum *D* frequenter iterat] *semper repetit* *C* 20 ergo *om.* *C*
20sq. supra—per *om.* *FQMB* 21 quod vult *CC*, quod non vult vel quod vult *Y* 22 *post* peccatum: quod illius dominatur *D* 23 *nolo* ego *WA*
facio] ago *FQMBOLD*

α nisi maneipasset se per ad- β maneipavit se per adsen-
 sensum peccato, non illius sum peccato, iure illius do-
 minaretur. minatur.

primum enim suadet, ut victo iam dominetur. {apostolus
 5 autem, ut gratiam dei praeferat, haec exponit, de quantis
 malis hominem liberaverit, ut quae exitia ex Adam trahit,
 quae vero beneficia per Christum consequutus est, cui nec lex
 subvenire potuit, demonstraret.}

7, 21. Invenio igitur legem volenti mihi facere
 10 bonum, quia inest mihi malum. legem Moysi adserit
 voluntati suae dare consensum contra peccatum, quod in
 carne habitat, quod aliud cogit facere quam quod vult homo
 et lex.

7, 22. Condeleetur enim legi dei secundum in-
 15 teriorem hominem. animum his oblectari dicit, quae a lege
 traduntur. hic est interior homo, quia non in animo habitat
 peccatum, sed in carne, quae (quia) est ex origine {carnis} pec-
 cati, et per traducem omnis caro fit (fit omnis caro) {peccati}.
 si enim anima de traduce esset et ipsa, et in ipsa habitaret,
 20 quia anima magis Adae peccavit quam corpus; sed peccatum
 animae corrumpit corpus. in carne ergo habitat peccatum quasi
 ad ianuas animae, ut non illam permittat ire quo vult. in
 anima autem si habitaret, numquam se cognosceret homo.
 nunc autem cognoscit se et deleatur lege dei.

1 per] et non praebisset IX
 12 cogit] cogitat Φ

3 iam dominaretur S

10 nisi S

14 lege K

hoc est diabolus, quem supra memoravit, quia pressus et subiugatus peccato non suam, sed illius perficit voluntatem. numquid quia invitum hominem dicit peccare, immunis videri debet a crimine, quia hoc agit, quod non vult pressus vi potestatis? non utique. ipsius enim vitio et desidia haec 5 coepta sunt; quia enim mancipavit se per adsensum peccato, iure illius dominatur. primum enim suadet, ut victo iam dominetur. apostolus autem, ut gratiam dei praeferat, haec exponit, de quantis malis hominem liberaverit, ut quae exitia ex Adam trahit, quae vero beneficia per Christum consecutus 10 est, cui nec lex quidem subvenire potuit, demonstraret.

7, 21. Invenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quia inest mihi malum. legem Moysi adserit voluntati suae dare consensum contra peccatum, quod inhabitat in carne, quod aliud cogit facere quam quod vult 15 homo et lex.

7, 22. Condelector enim legi dei secundum interioriorem hominem. animum his oblectari dicit, quae a lege traduntur. hic est interior homo, quia non in animo habitat peccatum, sed in carne, quia est ex origine carnis peccati, et per traducem omnis caro fit peccati. in animo autem non permittitur habitare propter arbitrium liberum voluntatis. igitur in carne habitat peccatum quasi ad ianuas animae, ut non illam permittat ire quo vult. in animo autem si habitaret, perturbaret eum, ne se omnino cognosceret. nunc autem cognoscit se et delectatur lege dei. 25

1 diabolum *FGMBY*, -o *W*¹ quem *om.* *FGMBY*² diabolus quem] quod iam *DC* 6 mancipabat *FGBO* per *om.* *FGBOW* 7 illi *W* 8 dominatur *FGBOY* dei] christi *C* 9 liberavit *W*¹*C* 10 traheret *WA* 10sq. consecutus est] e. sit *WA*, *om.* *FGMBC* 11 quidem *om.* *C* 13 inest—malum] mihi malum adiacet *WA* 14sq. habitat *OD*, in carne inhabitat (habitat *C*) *GC* 15 uolunt *C* 18 animam *FGBOY* 21 fit omnis caro *C* 21sq. fit—habitaret] fit peccato si enim—habitaret *A* *ex recens.* *αβ* in animo—voluntatis *om.* *C* 23 in carne ergo *C* 25 perturbaret] non permetteret *W*

7, 23. Video autem aliam legem in membris
 meis repugnantem legi mentis meae et captivum
 me ducentem in lege peccati, quod est in membris
 meis. 1. duas leges memorat, ex quibus unam in membris
 5 suis videre se flagitat, id est in exteriori homine, qui est caro
 vel corpus,

α quae est legis adversa.

β haec est lex adversa.

haec repugnans animo, trahens illum captivum [ad se] {in
 condicionem peccati}, ne ultra egrediens inveniatur adsertorem.
 10 alia lex est (est lex) mentis, quae est lex Moysi vel naturalis,
 quae inest animo (est in animo). haec pressa est violentia
 peccati, negligentia {quidem} sua, quia {dum} diligit vitia,
 subicit (subiecit) se peccato, ut ipsa consuetudine teneatur
 (teneretur) captiva. {dominatur enim homini consuetudo}.

15 2. α quattuor igitur leges nomi- β quattuor quidem leges nomi-
 nat, quarum prima est lex nat. primam legem spiri-
 peccati, quam ex praevari- talem, quae est etiam natu-
 catione primi hominis in ralis, quae reformata est per
 membris habitare dicit; se Moysen et posita in auctori-
 20 cunda vero, quae in membris tate; ipsa est dei lex. deinde
 videtur, dum suggerit mala legem mentis consentientem
 et recedit; tertiam dei legem legi dei. tertiam legem pec-
 datam per Moysen; quartam cati, quam ex praevaricatione
 mentis, quae consentit legi primi hominis in membris di-
 25 dei. sed hae quattuor duae cit habitare. quartam vero,
 in ratione noscuntur boni et quae in membris videtur,
 mali.

dum suggerit mala et recedit.
 sed hae leges iteratae quat-
 tuor videntur cum sint duae,
 id est boni et mali.

30

{lex enim mentis ipsa est lex spiritalis sive Moysi, quae vocatur

7, 23. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captivum me ducentem in lege peccati, quod est in membris meis. 1. duas leges memorat, ex quibus unam in membris suis videre se flagitat, id est in exteriori homine, qui est caro 5 vel corpus. haec est lex adversa. haec repugnat animo, trahens illum captivum in condicionem peccati, ne ultra egrediens inveniatur adsertorem. alia est lex mentis, quae est lex Moysi vel naturalis, quae inest animo. haec pressa est violentia peccati, negligentia quidem sua, quia dum diligit vitia, subiecit se peccato, ut ipsa consuetudine teneretur captiva. 10 dominatur enim homini consuetudo. 2. quattuor quidem leges nominat. primam legem spiritalem, quae est etiam naturalis, quae reformata est per Moysen et posita in auctoritate; ipsa est dei lex. deinde legem mentis consentientem 15 legi dei. tertiam legem peccati, quam ex praevaricatione primi hominis in membris dicit habitare. quartam vero, quae in membris videtur, dum suggerit mala et recedit. sed haec leges iteratae quattuor videntur, cum sint duae, id est boni et mali. lex enim mentis ipsa est lex spiritualis sive Moysi, 20 quae vocatur lex dei. peccati vero lex eadem est quae illa, quam in membris dicit videri, quae contradicit legi mentis nostrae.

3 quod] quae *MD* 5 se *om. FG¹MBOD* 6sq. tradens *FGMBD* 7 conditione *FGW* peccati *om. FG¹MBW* nec ultra progrediens *W¹* 9 quae est in *W* 10sq. subiecit *D* 11 teneatur *D* 12 quidem] enim *WA* 13 primum *FGMBYWA* 15 lex dei *WA* 17 quarta *FGMOD* 18 haec *W* 20 sive] siue lex *A* 21 quae et *C*

lex dei. peccati vero lex eadem est quae et illa, quam in membris dicit videri, quae contradicit legi mentis nostrae.}

7, 24. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? 25. gratia dei per Iesum
 5 Christum dominum nostrum. {1a. infelicem hominem dicit, quia nascitur sub peccato.} 1. numquid non vere infelix est homo, qui in hanc hereditatem praevaricationis successit, hostem secum habens peccatum, per quod ad illum aditum habeat (habet) satanas. gradus enim fabricavit Adam,
 10 per quos ad filios eius expilator ascendit, nisi clementissimus dominus motus misericordia gratiam suam per Christum dedisset, ut relevatum genus hominum remissione peccatorum accepta de cetero possit resipiscere presso et damnato peccato; potest enim exoneratus malis et purgatus resistere ad-
 15 versario potestate recepta contra illum, dum adiuvatur a deo. 2. hic quasi legem fidei tertiam inducit potioem, quam et gratiam vocat, quae ex lege tamen {spiritali} originem habeat, quia per hanc liberatus est homo, ut quia Moyses dedit legem dedit{que} et dominus, duae dicantur, una tamen intellegatur,
 20 quantum ad {sensum et} providentiam pertinet. {2a. illa enim initiatrix est salutis, haec vero consummatrix.}
 3. α sed hanc dixi legem, quae β sed non hanc partem legis in tabulis data est. dico, quae in neomeniis est et circumcisione et escis, sed
 25 quae ad sacramentum dei pertinet et disciplinam.

gratia ergo dei per Christum liberatus est homo de corpore mortis huius. hanc dicit mortem, quam {supra} ostendit in necce (necem) hominis per peccatum inventam apud inferos
 30 {quae appellatur secunda}. corpus autem mortis est cuncta peccata; multa enim unum corpus sunt [mortis secundae],

8 hostem] hospitem *NIX*, hospite *K* 9 enim *om. SIX* 10 ascendat *SIX* 13 resipiscere] resistere Φ 16 potioem] priorem Φ
 17 ex lege] est sub lege *K* 18 muses *S*

7, 24. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? 25. gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. 1a. infelicem hominem dicit, quia nascitur sub peccato. 1. numquid non vere infelix est homo, qui in hanc hereditatem praevaricationis successit, hostem secum habens peccatum, per quod aditum ad illum habeat satanas? gradus enim fabricavit Adam, per quos ad filios eius expiator ascendit, nisi clementissimus dominus motus misericordia gratiam suam per Christum dedisset, ut relevatum genus hominum remissione peccatorum accepta de cetero possit respiscere presso et damnato peccato; potest enim exoneratus malis et purgatus resistere adversario potestate recepta contra illum, dum adiuvatur a deo. 2. hic quasi legem fidei tertiam inducit potiore, quam et gratiam vocat, quae ex lege tamen spiritali originem habet, quia per hanc liberatus est homo, ut quia Moyses dedit legem deditque et dominus, duae dicantur, una tamen intellegatur, quantum ad sensum aut providentiam pertinet. 2a. illa enim initiatrix est salutis, haec vero consummatrix. 3. sed non dico hanc partem legis, quae in neomeniis est et circumcissione et escis, sed quae ad sacramentum dei pertinet et disciplinam. gratia ergo dei per Christum liberatus est homo de corpore mortis huius. hanc dicit mortem, quam supra ostendit in necem hominis per peccatum inventam apud inferos, quae appellatur secunda. corpus autem mortis est cuncta peccata; multa enim unum corpus sunt, singula quasi membra uno auctore inventa, ex quibus homo ereptus gratia dei per bap-

3 nostrum mortis huius gratia *W* 6sq. ad illum haditum *C*
 habeat ad illum *FGMBOD* 8 expoliator *FG²ODA*, expiator *FMY*,
 speculator *W¹* ascendat *FMBCD* 11 represso *MA* 15 ex lege
 tamen spiritali quae *FGMBA* habeat *FGMBOY* quia et *A* 16 moses *C*
 18 aut] et *C* 20 hanc partem legis dico *C* 22 ergo] autem *OC*
 25 secunda mors *WA*

singula quasi membra uno [autem] auctore inventa, ex quibus homo ereptus gratia dei {per baptismum} secundam (supra dictam) mortem evasit. {3a. nec enim in carnco corpore positus de eo ipso ereptum se diceret, sed hoc corpus dixit, quod
 5 superius per baptismum et observantiam legis destrui significat. nam et cum dicit de corpore mortis, ostendit aliud corpus esse non mortis.}

Igitur ego ipse mente servio legi dei. 4. legi (legem) dei cum dicit, et Moysi significat legem et Christi.
 10 Carne autem legi peccati. 5. ego ipse, id est qui liberatus sum de corpore mortis. in corpore est: quomodo liberatus est de corpore mortis, nisi quia liberatus est a cunctis malis? remissio enim peccatorum omnia tollit peccata. liberatus ergo de corpore mortis gratia dei per Christum mente
 15 vel animo servio legi dei, carne autem legi peccati, id est diaboli, qui per carnem subiectam sibi (subiectam sibi carnem) suggestiones malas ingerit animae. quia ergo duplex est homo, † carne conversus et animo †, dei legi (legi dei) mente servire se dixit, quia animus devotus est deo et recuperata
 20 sui potestate repugnare potest peccato, quod per carnem operatur. quia enim caro corrupta est et morti subiecta, quae sic facta erat, ut societate et coniunctione animae non moretur, recepit desideria, quorum quasi onus quoddam transfert ad animum, ut etiam ipse degeneretur. † sed qui (quid)
 25 respuit illam mors gratia dei † mente servio legi dei, carne vero (autem) legi peccati, sicut dictum est. iam enim liber animus [gratia dei] et in consuetudinem bonam revocatus

9 et pr.] in SK, non IX nisi S et alt.] sed IX 11 in corpore est] si in corpore mortis est IX quia] qui K 14 per iesum K 17 animae meae IX 18 carne—anim] fortasse ad carnem conversus et animum Hanslik, carne concretus et animo ed. Rom. 20 potest om. SK¹ IX 23 quarum Φ onus] honorem Φ quondam SK, quendam IX 24 ipsi S, om. IX generetur Φ 24sq. sed—dei] sed qui respuit illam mortem gratia dei Hanslik qui om. K 25 mors om. I²X gratiae K mentes S servio] servitio N²S¹P¹, scruit I²X

tismum supra dictam mortem evasit. 3a. neque enim in carneo corpore positus de eo ipso ereptum se diceret, sed hoc corpus dixit, quod superius per baptismum et observantiam legis destrui significat. nam et cum dicit de corpore mortis, ostendit aliud corpus esse non mortis.

5

Igitur ego ipse mente servio legi dei. 4. legem dei cum dicit, et Moysi legem significat et Christi.

Carne autem legi peccati. 5. ego ipse, id est qui liberatus sum de corpore mortis iuxta supra memoratum sensum. in corpore est: quomodo liberatus est de corpore mortis, nisi quia liberatus est a cunctis malis? remissio enim peccatorum omnia tollit peccata. liberatus ergo de corpore mortis gratia dei per Christum mente vel animo servio legi dei, carne autem legi peccati, id est diaboli, qui per subiectam sibi carnem suggestiones malas ingerit animae. quia ergo duplex est homo, † carne conversus et animo †, legi dei mente servire se dixit, quia animus devotus est deo et recuperata sui potestate repugnare potest peccato, quod per carnem operatur. quia enim caro corrupta est et morti subiecta, quae sic facta erat, ut societate et coniunctione animae non moreretur, recepit desideria, quorum quasi onus quoddam transfert ad animum, ut etiam ipse degeneretur. † sed quid respuit illam mors gratia dei † mente vel animo servio legi dei, carne autem legi peccati, sicut dictum est. iam enim liber animus et in consuetudinem bonam revocatus sancto spiritu adiuvante malas suggestiones potest spernere. reddita est enim illi auctoritas, qua audeat resistere inimico; qui enim iam non est obnoxius, minime poterit indagari invitus. caro

10

15

20

25

1 nec C 4 significavit WA 5 esse corpus FG 6 igitur] itaque WA legem] legi FGMBY 7 significat legem C 9 supra om. FGMBODW 16 carne—animus] fortasse ad carnem conversus et animum Hanslik, carne concretus et animo ed. Rom. 22sq. sed—dei] sed qui respuit illam mortem gratia dei Hanslik 25 spiritu sancto C

α et adiutus per spiritum potest
est malas suggestiones sper-
nere.

β saneto spiritu adiuvante
malas suggestiones potest
spernere.

{reddita est enim illi auctoritas, qua audeat resistere inimico;
5 qui enim iam non est obnoxius, minime poterit indagari in-
vitus.}

α caro enim quia, discernere
non potest et est corrupta,
recipit vitia.

β caro autem, quia iudicium
non habet neque capax est
discernendi — est enim bruta
10 natura —, non potest inimico
aditum elaudere, ne veniens
introeat atque animo con-
traria suadeat.

{5a. ae per hoc carne, ait, servio legi peccati. eum enim
15 unus homo carne constet et anima, ex illa parte, qua sapit,
deo servit, ex altera autem, qua stolidus est, legi peccati. si
autem homo in eo quod factus est perdurasset, non esset po-
testas inimico ad carnem eius accedere et animae contraria
surrare. ut autem totus homo minime reparatus fuisset
20 gratia Christi ad statum pristinum, sententia obstitit data in
Adam; iniquum enim erat solvere sententiam iure depromp-
tam. 5b. idcirco manente sententia providentia dei remedium
inventum est, ut redhiberetur homini salus, quam proprio
vitio amiserat, ut hic renatus crederet, quia adversarius eius
25 devictus potentia Christi non auderet transpuncta sententia
primae mortis hominem sibi defendere adunato genere Adae,
ne ad primae originis redderetur facturam iam totus per-
manens immortalis.}

8, 1. Nihil enim nunc damnationis est his, qui
30 sunt in Christo Iesu. verum est, {quia} nulla erit dam-
natio horum, qui sunt in Christo Iesu

α animo legi dei servientes.

β legi dei sollicitè servientes.

autem, quia iudicium non habet neque capax est discernendi — est enim bruta natura —, non potest inimico aditum claudere, ne veniens introeat atque animo contraria suadeat. 5a. ac per hoc carne, ait, servio legi peccati. cum enim unus homo carne constet et anima, ex illa parte, qua sapit, 5 deo servit, ex altera autem parte, qua stolidus est, legi peccati. si autem homo in eo quod factus est perdurasset, non esset potestas inimico ad carnem eius accedere et animae contraria susurrare. ut autem totus homo minime reparatus fuisset Christi gratia ad statum pristinum, sententia obstitit data in Adam; iniquum enim erat solvere sententiam iure depromptam. 5b. idcirco 10 manente sententia remedium inventum est providentia dei, ut redhiberetur homini salus, quam proprio vitio amiserat, ut hic renatus crederet, quia adversarius eius devictus potentia Christi non auderet transpuncta sententia primae mortis 15 hominem sibi defendere adunato genere Adae, ne ad primae originis redderetur facturam iam totus permanens immortalis.

8, 1. Nihil enim nunc damnationis est his, qui

1 autem] enim *FGYD* 2 enim] autem *A* 7 autem] enim *W*
quod] que *FGMO* 9 ut] quod *WA* fuisset] est *WA* gratia christi *C*
11 erat enim *BYDW*, autem erat *A* 12 providentia dei remedium
inuentum est *C* 13 rediberetur *FGMDW* 18 enim] ergo *FGOYWA*

8, 2. Lex enim spiritus vitae in Christo Iesu liberavit te a lege peccati et mortis. 1. securitatem flagitat homini per gratiam dei, ut de suggestionibus diaboli non sit sollicitus, dummodo spernat illas. nihil enim homini
 5 oberunt apud mortem secundam, quia lex fidei, id est spiritus, liberavit hominem a secunda morte (morte secunda) damnato peccato.

α nihil enim oberit homini, β nec obest iam homini, quia carni inest peccatum, si modo repugnet illi memor auxilii
 10 dei. sed et coronandus est

α qui desideriiis carnis non frangitur. β qui peccati manentis premit consilia; magnae enim sollertiae est domestici hostis insidias evitare.

15 2. lex ergo spiritus vitae ipsa est lex fidei,

α quae dum reis mortis peccata remittit, lex vitae est
 20 β nam et Moysi lex spiritalis est, quia prohibet peccari, non tamen vitae, quia reis mortis peccata remittere non potest, ut vivificet morituros. haec vero, quia et peccari non vult et a morte revocat, lex spiritus vitae appellatur,

non per litteram constans, sed per spiritum, quia eorde creditur et spiritus est quod creditur. 3. haec itaque lex in Christo Iesu, hoc est per fidem {Christi}, liberavit (liberat) credentem a lege peccati et mortis. lex peccati est,

α quia peccatum agebat, ut reum faceret hominem apud legem, ut damnaretur ab ea, β quam in membris dieit habitare, quae suadere nititur
 30 adversa; lex vero mortis

2 te] me Φ 9 inest] id est Φ peccato SIX, add. premitur IX
 15 uita SIX 16 rei S, reo I²X 17 dimittit X 25 quod] qui K

sunt in Christo Iesu. verum est, quia nulla erit damnatio horum, qui Christiani sunt legi dei devotione animi servientes.

8, 2. Lex enim spiritus vitae in Christo Iesu liberavit te a lege peccati et mortis. 1. securitatem flagitat homini per gratiam dei, ut de suggestionibus diaboli non sit sollicitus, dummodo spernat illas. nihil enim oberunt homini apud mortem secundam, quia lex fidei, id est spiritus, liberavit hominem a secunda morte damnato peccato. nec obesse iam homini, quia carni inest peccatum, si modo repugnet illi memor auxilii dei. sed et coronandus est, qui peccati in carne mentis premit consilia; magnae enim sollertiae est domestici hostis insidias evitare. 2. lex ergo spiritus vitae ipsa est lex fidei. nam et Moysi lex spiritalis est, quia prohibet peccari, non tamen vitae, quia reis mortis peccata remittere non potest, ut vivificet morituros. haec vero, quia et peccari non vult et a morte revocat, lex spiritus vitae appellatur, non per litteram constans, sed per spiritum, quia corde creditur et spiritus est quod creditur. 3. haec itaque lex in Christo Iesu, hoc est per fidem Christi, liberat credentem a lege peccati et mortis. lex peccati est, quam in membris dicit habitare, quae suadere nititur ad-versa; lex vero mortis Moysi lex est, quia mortificat peccatores. nam et in alia epistola inter cetera dicit de auctoritate legis: si ministratio mortis formata in lapidibus fuit in gloriam. non ergo mirandum, si lex spiritalis dicatur et lex mortis, cum et evangelium eodem modo sit; dicit enim alio loco inter cetera: aliis odor vitae ad vitam, aliis odor mortis ad

22 II Cor. 3, 7 26 II Cor. 2, 16

1 *post* Iesu *add.* qui non secundum carnem ambulant *D* 2 qui—
sunt] qui sunt in christo iesu *C* devotione animi] sollicite *C* *post* servientes
add. qui non secundum carnem ambulant *A* 3 enim] autem *A* 4 te]
me *O YDA*, *om.* *FG²W* 6 *sq.* homini oberunt *C* 7 id est] et *FGBOY*
8 a *om.* *C* morte secunda *WA* 11 magna . . . sollertia *D* 12 deuitare *C¹*
13 peccare *YC* 14 quia] quae *W* 20 est—22 dicit *om.* *FG¹B* 22 di-
xit *WAC* 23 gloria *D* 26 aliis *alt. add.* autem *W²A²* in mortem *WC*

ideoque reis lex mortis est, Moysi lex est, quia mortificat bonis vero spiritualis est. nam peccatores. nam et in alia et in alia epistola dicit: epistola inter cetera dicit de auctoritate legis:

5 si ministratio mortis formata in lapidibus fuit in gloriam. non ergo mirandum, si lex spiritualis dicatur et lex mortis, cum et evangelium eodem modo sit; dicit enim alio loco inter cetera: aliis odor vitae ad vitam, aliis odor mortis ad mortem. {credentibus enim dat vitam, 10 diffidentibus vero mortem.} {3a. quos enim opinio virtutum aut rerum gestarum visus aut auditus adtrahebat ad fidem, his odor vitae erat evangelium; illis autem quorum sensum inflammabat facta virtus ad contradicendum, mortis erat odor praedicatio fidei. una ergo cum sit fides, diversitatem praestat 15 hominibus, sicut et sol, cum sit unus, ceram solvit, lutum stringit. qua ergo quis mente odoratus fuerit fidem, sic proficiet illi. 3b. sed dicitur forte: 'si eadem praestat fides quae et lex, cur non etiam ipsa ex parte lex mortis dicatur? mortificat enim non credentes.' sed non ita est. fides enim data 20 est, quae iustificat confugientes ad se, ut remittat eis, quos lex teneret reos, ut agentes sub fide liberi sint a peccato; nam sub lege agentes obnoxii sunt. qui ergo non obaudiunt fidei, non occiduntur a fide, sed a lege, quia non accedentes ad fidem rei tenentur a lege. 3c. ideoque omnes, qui malo animo 25 odorantur verba fidei, remanent in morte. videamus nunc quid intersit, cum dicitur lex spiritualis et lex spiritus. hoc interest, quia idcirco dicitur lex spiritualis, quia praecepta dat, per quae non peccetur, quia qui non peccat, spiritualis vocatur, aemulus superiorum caelestium; lex autem spiritus propterea 30 vocatur, quia deus, cuius fides est, spiritus est. illic ergo verba sunt, hic res; illic quae dei sunt, hic deus ipse.}

5 II Cor. 3, 7 8 II Cor. 2, 16

5 mortis *om.* Φ 6 gloria *K* 7 eo modo Φ

mortem. 3a. quos enim opinio virtutum aut rerum gestarum visus aut auditus adtrahebat ad fidem, his odor vitae erat evangelium; illis autem, quorum sensum inflammabat facta virtus ad contradicendum, mortis erat odor praedicatio fidei. una ergo cum sit fides, diversitatem praestat hominibus, sicut et sol, cum sit unus, ceram solvit, lutum stringit. qua ergo quis mente odoratus fuerit fidem, sic et proficiet illi. 3b. sed dicitur forte: 'si eadem praestat fides quae et lex, cur non etiam ipsa ex parte lex mortis dicatur? mortificat enim non credentes.' sed non ita est. fides enim data est, quae iustificat confugientes ad se, ut remittat eis, quos lex teneret reos, ut agentes sub fide liberi sint a peccato; nam sub lege agentes obnoxii sunt. qui ergo non obaudiunt fidei, non occiduntur a fide, sed a lege, quia non accedentes ad fidem rei tenentur a lege. 3c. ideoque omnes, qui malo animo odorantur verba fidei, remanent in morte. videamus nunc quid intersit, cum dicitur lex spiritalis et lex spiritus. hoc interest, quia idcirco dicitur lex spiritalis, quia praecepta dat, per quae non peccetur, quia qui non peccat, spiritalis vocatur, aemulus superiorum caelestium; lex autem spiritus [propterea] vocatur, quia deus, cuius fides est, spiritus est. illic ergo verba sunt, hic res; illic quae dei sunt, hic deus ipse.

6 lutum vero *WAC* 7 et om. *AC* 9 mortificat enim] mortificatur autem *A* 11 tenet *C*, tenebat *WA* 13 occiduntur *A*²
 15 omnis . . . odoratur *FGMBW* remanet *F²GMBW* 16sq. cum—in-
 terest om. *FGMBW* 19 superiorum id est *WA* 20 propterea *DC*
 21 spiritus est om. *FG¹MB*

8, 3. Quia quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati de peccato damnavit peccatum in carne. 1. haec dicit, ut baptizatos
5 securos reddat

α qui a peccato liberati sunt β quia a peccato sunt liberati. quia (quoniam) quod impossibile erat {inquit} legis; cui impossibile? nobis scilicet impossibile erat mandatum legis implere, quia subiecti eramus peccato. ob hoc deus filium
10 suum misit in similitudinem carnis peccati. haec est similitudo carnis, quia cum eadem caro sit, quae et nostra, non tamen ita facta in utero est et nata sicut et caro nostra; α hoc est, sanctificata in β est enim sanctificata in utero est,

15 et nata sine peccato et neque ipse in illa peccavit.

2. α propterea ergo similitudinem dixit. ideo dixit in similitudinem carnis peccati, ut similitudo in eo sit, quia
20 nostra caro peccati est caro, dum subdita est peccato. β ideo enim virginalis uterus electus est ad partum domini ut in sanctitate differret caro dominica a carne nostra. in causa enim similis est, non in qualitate peccati substantiae. propterea ergo similem dixit, quia de eadem substantia carnis non eandem habuit
25 nativitatem, quia peccato subiectum non fuit corpus domini.

3. α salvatoris autem caro expiata est per spiritum sanctum a peccato. missus ergo Christus de peccato damnavit
30 β expiata est autem a sancto spiritu caro domini, ut in tali corpore nasceretur, quale fuit Aadae ante peccatum, sola ta-

1 legi SKI²X 2 infirmabamur SIX 3 et de Φ 6 qui a] quia S, quia a IX
7 legi Φ 10 similitudine SIX 18 similitudine SIX

8, 3. Quia quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati de peccato damnavit peccatum in carne. 1. haec dicit, ut baptizatos securos reddat, quia liberati sunt a peccato. quoniam quod 5 impossibile erat, [inquit], legis. cui impossibile? nobis scilicet impossibile erat implere mandatum legis, quia subiecti eramus peccato. ob hoc deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati. haec est similitudo carnis, quia quamvis eadem caro sit quae et nostra, non tamen ita facta in 10 utero est et nata sicut et caro nostra; est enim sanctificata in utero et nata sine peccato, et neque ipse in illa peccavit. 2. ideo enim virginalis uterus electus est ad partum dominicum, ut in sanctitate differret caro dominica a carne nostra. in causa enim similis est, non [in qualitate peccati substantiae]. 15 propterea ergo similem dixit, [quia de eadem enim substantia] carnis non eandem habuit nativitatem, [quia peccato subiectum non fuit corpus domini]. 3. expiata est enim caro domini a sancto spiritu, ut in tali corpore nasceretur, quale fuit Adae ante peccatum, [sola tamen sententia manente data in Adam.] 20 misso ergo deus Christo de peccato damnavit peccatum, hoc est peccatum proprio peccato damnavit. Christus enim cum a peccato crucifigitur, qui est satanas, peccavit peccatum in carne corporis salvatoris. quo facto damnavit deus peccatum in carne, ibi utique ubi peccavit, sicut et in alia epistola ait: 25 detriumphans illos in ipso, id est in Christo. 3a. nam

26 Col. 2, 15

1 quia] nam *WA* legi *D* 3 similitudine] *C*, -em *cett.* peccati et *FG MBODWA* 4 haec ideo *WA* 6 inquit *DAC* legi *D* cui autem *WA* 7 erat] est *C* mandatum legis implere *WAC* 8 misit suum *W* 8sq. similitudine *WC* 9 qui *FGM* 9sq. quamvis] cum *C* 10 caro sit eadem *FG¹* 11sq. sicut—nata *om.* *FGMBY* 12 et *alt.*] sed *WA* 15 in—substantiae (-a *C*) *DC* 16 quia—substantia *DC* enim *om.* *C* 17 quia—18 domini *DC* 18sq. est autem a sancto spiritu caro domini *C* 20 sola—Adam *C* 23 peccato proprio *C* 25 ubi utique *W* 26 triumphans *WA*

peccatum. hoc dicit, quia
 peccatum peccato proprio
 damnatum est. quomodo?
 Christus eum a peccato cruci-
 5 figitur, peccavit peccatum in
 carne corporis salvatoris. hoc
 peccato damnavit peccatum
 in carne. ibi enim damnatum
 est, ubi peccavit. sicut et alio
 10 loco dicit: triumphans illos
 in semetipso.

meu sententia manente data
 in Adam. misso ergo deus Chri-
 sto de peccato damnavit
 peccatum, hoc est, peccatum
 peccato proprio damnavit.
 Christus enim eum a peccato
 crucifigitur, qui est satanas,
 peccavit peccatum in carne
 corporis salvatoris. quo facto
 damnavit deus peccatum in
 carne, ibi utique ubi peccavit,
 sicut et in alia epistola ait:
 detriumphans illos in
 ipso, id est in Christo.

15 {3a. nam solet dici de quocumque damnato, in qua causa
 damnatus est; respondetur ut puta: in homicidio. ita et pec-
 eatum in carne damnatum est, hoc est in peccato, quod ad-
 misit in carne.} 4. hoc itaque peccato reus factus satanas
 amisit dominium retentorum animarum, ut iam signatos signo
 20 crucis, in quo (qua) victus est, in secunda morte tenere non
 audeat. quamobrem ad securitatem nostram haec tractat
 apostolus.

8, 4. Ut iustificatio legis inpleretur in nobis,
 qui non secundum carnem ambulamus, sed secun-
 25 dum spiritum. 1. {ideo} damnatum dicit peccatum, ut in-
 pleretur in nobis iustificatio legis datae a Moyse. {1a. sublatis
 enim de condicione legis facti sumus amici eiusdem. iustifi-
 cati enim amici legis sunt.} 2. quomodo autem inpletur {in
 nobis iustificatio}, nisi eum datur remissio {omnium} pecca-
 30 torum, ut sublatis peccatis iustificatus appareat mente ser-
 viens legi dei? hoc est non secundum carnem ambulare, sed

10, 13 Col. 2, 15

2 peccato] peccati K
 26 muse N, musae S

5 peccavit om. K

24 quia SK

et solet dici de quocumque damnato, in qua causa damnatus est; respondetur ut puta: in homicidio. ita et peccatum in carne damnatum est, hoc est in peccato, quod admisit in carne. 4. hoc itaque peccato reus factus satanas amisit dominium retentorum animarum, ut signatos iam signo crucis in qua 5 victus est, in secunda morte tenere non audeat. quamobrem ad securitatem nostram haec tractat apostolus.

8, 4. Ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. 1. ideo damnatum dicit peccatum, ut in- 10 pleretur in nobis iustificatio legis datae a Moysc. 1a. sublatis enim de condicione legis facti sumus amici eiusdem. iustificati enim amici legis sunt. 2. quomodo autem impletur in nobis iustificatio, nisi cum datur remissio omnium peccatorum, ut sublatis peccatis iustificatus appareat mente serviens legi dei? 15 hoc est non secundum carnem ambulare, sed secundum spiritum, ut devotio animi, qui est spiritus, non consentiat de-

1 et *om.* C 3 carne *pr.*] carnem *MWC* 5 iam signatos *C*
 11 moysi *MWC* 12 enim] autem *A*

secundum spiritum, ut devotio animi, qui est spiritus, non consentiat desiderio carnis (peccati), quia carne (per carnem) seminat concupiscentias {animae}, quod inest peccatum. si damnatum est peccatum, quomodo inest? 3. damnatum est
 5 {peccatum}, sed a salvatore et duplici (triplici) genere damnatum. primum enim (primo enim in loco) damnavit peccatum, dum non peccavit {dissentiens a peccato}. deinde in cruce peccatum, quia peccavit, damnatum dicitur. [omnis enim qui peccat damnatione dignus est.] {3a. unde sublata
 10 est illi auctoritas quasi peccanti, qua detinebat homines in inferno propter delictum Adae, ut de cetero in quibus signum crucis est, detinere non audeat. tertio damnavit peccatum, dum irrita fecit delicta remissione peccatorum concessa. cum enim peccator causa admissi peccati damnandus esset, ignoscens autem ei damnavit in eo peccatum.} 4. {itaque} si et nos hoc (salvatoris) exemplo non peccemus, damnamus peccatum.

8, 5. Qui enim secundum carnem sunt, quae carnis sunt sapiunt. 1. hoc dicit, quia

<p>α qui vitiatae carni obtemperat, quae carnis sunt sapit, quia hoc illi suave videtur, quod sequitur.</p>	<p>β qui suggestioni, quae efficitur per carnem, obtemperat, quae carnis sunt sapit; hoc enim illi suave videtur, quod sequitur,</p>
---	---

{1 a. contra fas adpetens usum et sententiam erroris carnis; 25 in carne enim error mundanus signatur quacumque ex parte.}

Qui vero secundum spiritum, ea quae sunt spiritus sentiunt. 2. manifestum est, quia qui se {a} carnis desideriis continet, iuxta legem mentis vivit; hoc enim illi utile videtur sapere, quod conveniat legi.

2 carne] *Bulhart*, carnis IX, carni cett.
 20 uitio carnis I²X

16 non om. Φ

siderio peccati, quia per carnem seminat concupiscentias animae, quod inest peccatum. si damnatum est peccatum, quomodo inest? 3. damnatum est peccatum a salvatore et triplici genere damnatum. primo enim in loco damnavit peccatum, dum non peccavit dissentiens a peccato. deinde in cruce peccatum, quia peccavit, damnatum dicitur. 3a. unde sublata est illi auctoritas quasi peccanti, qua detinebat homines in inferno propter delictum Adae, ut de cetero in quibus signum crucis est, detinere non audeat. tertio damnavit peccatum, dum irrita fecit delicta remissione peccatorum concessa. cum enim peccator causa admissi peccati damnandus esset, ignoscens autem ei damnavit in eo peccatum. 4. itaque si et nos salvatoris exemplo non peccemus, damnamus peccatum.

8, 5. Qui enim secundum carnem sunt, quae carnis sunt sapiunt. 1. hoc dicit, quia qui suggestioni, quae fit per carnem, obtemperat, quae carnis sunt sapit; hoc enim illi sapere videtur quod sequitur, 1a. contra fas adpetens usum et sententiam erroris carnis; in carne enim error mundanus signatur quacumque ex parte.

Qui vero secundum spiritum, ea quae sunt spiritus sentiunt. 2. hi sunt qui concupiscentias carnis devicto errore calcarunt, qui mundo postposito et in carne

22 sq. cf. II Cor. 10, 3

2sq. si—triplici] si enim damnatum est peccatum a salvatore quomodo inest peccatum praesertim quod triplici WA 3 damnatum est om. FG¹MBOY sed a C 4 enim] autem A 5 dum] in eo quod WA 9 est crucis FGM 11 peccati om. FGMBOW 18 enim] autem A 19 significatur WA 20 qui—p. 261, 4 sapiunt om. FGMBYC 21 hi sunt—p. 261, 4 sapiunt] manifestum est—legi OD ex recens. β

8, 6. Nam prudentia carnis mors est. 1. prudentia carnis peccatum est, quod generat mortem. prudentia α ideo dicitur, quia industria β enim ideo dicitur, cum res et astutia illorum in eo est ut stulta sit, quia saecularibus hominibus errores ex visibilibus concepti sive in sensu sive in actu contra legem dei prudentia videntur, maxime quia omnis industria et astutia illorum in eo est, ut peccent.

sapere enim sibi videntur, si istud diligentius curent {cum nihil stultius sit quam peccare}. 2. est et alia prudentia carnis, quae mundanis rationibus inflata negat aliquid fieri, quod mundi careat ratione; unde deridet virginis partum, carnis resurrectionem.

Prudentia autem spiritus vita et pax. 3. vere haec est sapientia, quae vitam acquirit et pacem; sequens enim spiritalia contemptis inlecebris vitae praesentis α istud habebit, vitam cum β aeternam habebit vitam pace, cum pace, id est sine inquietudine. ubi enim perturbatio est, et poena est.

8, 7. Quoniam sapientia carnis inimica est deo. legi enim dei non est subiecta; nec enim potest. 1. non carnem dixit inimicam, sed sapientiam carnis, id est non substantiam, sed actus aut cogitationem sive adsertionem (adseverationem) {quae nascitur de errore}. sapientia ergo carnis est primo in loco

15 unde et *IX* 17 pax est Φ 24 neque *SIX* enim
om. SIX

ambulantes non secundum carnem militant, et quorum gloria non ex hominibus, sed ex deo est. in his ergo operibus spiritalibus permanentes, quae spiritus dei sunt, in cuius praeceptis ambulant, sapiunt.

8, 6. Nam prudentia carnis mors est. 1. prudentia enim carnis mors idcirco est, quia grave peccatum est; per peccatum enim huiusmodi mors. prudentia enim ideo dicitur, cum res stulta sit, quia saecularibus hominibus errores ex visibilibus concepti sive in sensu sive in actu contra legem dei prudentia videntur, maxime quia omnis industria et astutia illorum in eo est, ut peccent. sapere enim sibi videntur, si istud diligentius curent, cum nihil tam stultum sit quam peccare. 2. est et alia prudentia carnis, quae mundanis rationibus inflata negat aliquid fieri, quod mundi careat ratione; unde deridet virginis partum, carnis resurrectionem.

Prudentia autem spiritus vita et pax. 3. vere haec est sapientia, quae vitam acquirit et pacem; sequens enim spiritalia contemptis inlecebris vitae praesentis habebit vitam cum pace, id est sine inquietudine; ubi enim perturbatio [est], et poena est.

8, 7. Quoniam sapientia carnis inimica est deo, legi enim dei non est subiecta; nec enim potest. 1. non carnem dixit inimicam, sed sapientiam carnis, id est non substantiam, sed aut malos actus [aut cogitationem] aut

1sq. cf. Rom 2, 29

6 enim] autem *W* 6sq. enim — mors] carnis peccatum est quod generat mortem *C* 8 quia] quae *FGMB* 12 si] cum *WA* 12sq. nihil stultius sit *DC* 19 enim] etiam *FBOWA* praesentis aeternam *C* 21 est *C* 25 aut cogitationem *C*

- α elementorum ratio,
deinde visibilium oblectatio.
 α haec inimica sunt in deum,
5 quia respicientes clemento-
rum modum non credunt
deum fecisse,
- 10
2. α ut Sarra iam senio gravis
et deficiente in ea usu naturae
generaret filium, neque po-
tuisse aridam virgam fructifi-
15 care et germinare nuces et
alia, quae aut tunc fecit deus
aut postea in causa salvato-
ris.
- 20
- 25
3. haec adseveratio dei legi
non potest esse subiecta.
- 30
- β astrorum ab hominibus in-
venta disputatio,
 β haec inimica sunt deo, quia
elementorum dominum et opi-
ficem mundi his coaequant
quae fecit, adstruentes nihil
posse fieri praeter quam mun-
di continet ratio. 2. quamob-
rem negant deum fecisse,
ut virgo pareret aut mor-
tuorum corpora ut resurgant,
quia stultum est, inquirunt, ut
deus fecerit ultra quam sapit
homo. o prudentes mundi, qui
putant deum non debere ali-
ter facere quam ab eo facit
condita creatura, ut ipse simi-
lis creaturis putetur! sic cae-
cati sunt, ne videant, quam
contumeliam deo faciant;
opus enim, quod in laudem
suam praedicandam facere
dignatus est, isti vituperantes
incredulum et stultum adse-
runt.
3. ac per hoc legi dei hoc stu-
dium subiectum esse non po-
test; in eo exercitatur, ut dei
gestis repugnet.

11 Sarra—senio] sarrain senior *NS*¹, sara senio *IX*, sarra iam senior *K*

adseverationem quae nascitur de errore. sapientia ergo carnis est primo in loco astrorum ab hominibus praesumpta disputatio, deinde visibilium oblectatio. haec enim deo sunt inimica, quia elementorum dominum et opificem mundi his coaequant quae fecit, adstruentes nihil posse fieri praeter quam mundi continet ratio. 2. quamobrem negant deum fecisse, ut virgo pareret aut mortuorum corpora ut resurgant, quia stultum est, inquit, ut deus faceret ultra quam sapit homo, ac per hoc non fecit. o prudentes mundi, qui putant deum non debere aliter facere quam facit condita ab eo creatura, ut ipse similis creaturis putetur! sic caecati sunt, ne videant qualem contumeliam deo faciant; opus enim, quod ad laudem suam praedicandam facere dignatus est, isti vituperantes incredulum et stultum adserunt. 3. ac per hoc dei legi subiecta esse non potest ista carnis prudentia. ad hoc enim studium suum exacuunt, ut dei gestis repugnent.

1 ergo] enim *W*, *om.* *M* 2 praesumpta] inuonta *C* 3 enim *om.* *C* inimica sunt deo *C* quia] quae *WA* 5 praeter *om.* *FGMBW*
6 dominum *FGMBOYD* 7 resurgerent *C* 8 faceret] fecerit *DWC*
ac—fecit *om.* *DC* 10 ab eo facit condita *C* 11 excecati *W* qualem] quam *WA* 12 faciunt *OA* 14 sqq. dei—repugnent] legi dei hoc studium subiectum esse non potest quod in eo exercitatur ut dei gestis repugnat *C*

8, 8. Qui enim in carne sunt, deo placere non possunt. {sapientes mundi in carne sunt, quia respicientes mundum spiritali sapientiae resistunt, quia} totus mundus caro est; omne enim visibile carni deputatur, cognata enim
 5 sunt carnis {immo elementa carnis}. ideoque qui mundanis rebus obtemperat, in carne est.

8, 9. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. 1. in carne positi dicuntur non esse in carne {1a. si ad-sentientes Iohanni apostolo mundana non diligant. sententia
 10 enim homini suam quasi fingit naturam, ut hoc appelletur quod sentit}.

Si tamen spiritus dei habitat in vobis. 2. hoc ideo ambigue dicit, quia in lege (legem) inducti non adhuc perfectae fidei erant (erant fidei), sed spem in eis videbat per-
 15 fectionis (sed videbat spem in eis perfectionis). unde aliquando quasi perfectis loquitur, aliquando quasi perfecturis; hoc est aliquando laudat, aliquando conmonet, ut si secundum supra memorata versantur (versentur) iuxta legem naturae, in spi-
 20 ritu esse dicantur, quia spiritus dei in eo habitare non potest, qui carnalia sequitur.

Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. 3. spiritum dei nunc spiritum dicit Christi, quia omnia patris filii sunt. hoc ergo dicit, quia qui supra dictis erroribus subiectus est, ad Christum non pertinet. spiri-
 25 tum {enim} eius non habet, quem, ut filius dei esset, acciperat. {duabus enim ex causis deserit hominem spiritus sanctus, cum aut sensum carnis habet aut gesta. itaque} per †hanc† (haec) †quam† (ad) bonam conversationem compellit, quia quamvis (quamvis enim) bonitate dei erigantur homines,

9 cf. I Ioh. 2, 15sq.

23 cf. Ioh. 3, 35

16 profecturis *SKI* 17 secundum quod *IX* 18 memorat ad-
 uersantur *N.S¹K*, memorat qui uersantur *IX* 27sq. *cruces posuit Bulhart*

8, 8. Qui enim in carne sunt, deo placere non possunt. sapientes mundi in carne sunt, quia sapientiae student, per quam legi dei repugnent. quidquid enim contra legem dei est, carnale est, quia ex mundo est. totus enim mundus caro est; omne enim visibile carni deputatur; cognata enim sunt carnis, immo elementa carnis. ideoque qui mundanis rebus et causis obtemperat, in carne est. 5

8, 9. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. 1. in carne positi dicuntur non esse in carne, 1a. si adsentientes Iohanni apostolo mundum non diligant. sententia enim homini suam quasi fingit naturam, ut hoc appelleretur quod sentit. 10

Si tamen spiritus dei habitat in vobis. 2. hoc ideo ambigue dicit, quia in legem inducti non adhuc perfectae erant fidei, sed videbat in eis spem perfectionis. unde aliquando quasi perfectis loquitur, aliquando quasi perfecturis; hoc est aliquando laudat, aliquando conmonet, ut si secundum supra memorata versentur custodientes legem naturae, in spiritu esse dicantur, quia spiritus dei in eo habitare non potest, qui carnalia sequitur. 15
20

Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. 3. spiritum dei nunc dicit spiritum Christi, quia omnia patris filii sunt. hoc ergo dicit, quia supra dictis erroribus qui subiectus est, ad Christum non pertinet. spiri-

10 cf. I Ioh. 2, 15sq. **23** cf. Ioh. 3, 35

1 sunt in carne *FG* placere deo *C* **2** sapientiae—**4** enim] respicientes mundum spiritali sapientiae resistunt quia totus *C* **3** dei legi *D* **6** sunt enim *MOYDW* carnis *pr.*] carni *WA* **7** et causis *om. C* **8** in carne non estis *WA* **10** mundana *C* diligunt *GW* **11** sua . . . natura *D* **14** dixit *FGMBOYD* non adhuc] nondum *WA* **15** spem in eis uidebat *C* **16sq.** quasi—aliquando *alt. om. C (haplogr.)* **18** custodientes] iuxta *C* **22** spiritum—nunc] quem superius spiritum dixit dei (dei dixit *A*) nunc *WA* spiritum dicit *C* christi propterea *WA* **23** quia qui supra *D* **24** qui *om. D*

onerantur tamen filii dei vocati, nisi sic vixerint, ne [satis] indigni concessio nomine vidcantur.

- 8, 10.** Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vita propter iustificationem.
- 5 1. peccati causa corpus mortuum adserit {eorum, quos deserit sanctus spiritus},
 α nec ad spiritum dei qui et β nec ad istum necis eorum Christi est necis eius passio- passionem pervenire;
 nem pervenire;
- 10 spiritus enim dei nescit peccare; ad iustificationem enim datur {ut adiutorio suo iustificet}. et (ergo) quia peccare nescit, vita est,
 α quia mori non potest. per β mori enim non potest, quia peccatum enim mors. per peccatum mors.
- 15 ac per hoc sibi peccator oberit, non spiritui quem accepit. {1 a. nec enim spiritus erit in causa, qui voluit iustificare; signum enim iustificationis hic est in homine, ut per id quod inhabitat in eo iustificatus appareat esse filius dei. non enim in ficto homine neque in corpore subdito peccatis
- 20 potest habitare spiritus sanctus, sicut dicit Solomon.} 2. si autem quis {denuo} carnaliter vivat, desertus ab spiritu sancto {in iniustitia sua} morietur. corpus autem dicens totum hominem significat mortuum peccati causa, sicut et a profeta sub vocabulo animae totus homo significatur, quasi a parte ad
- 25 totum. ait enim: anima quae peccaverit (peccat), ipsa morietur. numquid sine corpore? hic corpus pro toto homine posuit, ille animam; et alius profeta carnem dicendo

19 Sap. 1, 4 25 Ezech. 18, 4

4 vita] uiuit Φ 8 necis] nec K 8sq. passione Φ 9 pervenire] perire IX 24 ad om. KIX

tum enim eius non habet, quem, ut filius dei esset, acceperat. duabus enim ex causis deserit hominem sanctus spiritus, cum aut sensum carnis habet aut gesta. itaque per haec quae monet ad bonam conversationem hortatur. quamvis enim bonitate dei erigantur homines, onerantur tamen filii dei 5 vocati, nisi sic vixerint, ne indigni concessio nomine videantur.

8, 10. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vita propter iustificationem. 1. peccati causa corpus mortuum adserit eorum, quos deserit sanctus spiritus, nec ad [hunc, id est spiritum], necis eorum 10 passionem pervenire; spiritus enim dei nescit peccare; ad iustificationem enim datur, ut adiutorio suo iustificet. ergo peccare quia nescit, vita est. mori enim non potest, quia per peccatum mors. ac per hoc sibi peccator oberit, non spiritui quem accepit. 1a. nec enim spiritus erit in causa, qui vult 15 iustificare; signum enim iustificationis hic est in homine, ut per id quod inhabitat in eo iustificatus appareat esse filius dei. non enim in ficto homine neque in corpore subdito peccatis potest habitare spiritus sanctus, [sicut] dicit Solomon. 2. si quis enim denuo carnaliter vivat, desertus ab spiritu sancto in iniustitia sua morietur. corpus autem dicens totum hominem significat mori peccati causa, sicut et a profeta sub vocabulo animae totus homo significatur, quasi a parte ad totum. ait enim: anima quae peccat, ipsa morietur. numquid sine corpore? hic corpus pro toto homine posuit, 25 ille animam; et alius profeta carnem dicendo totum hominem

18 Sap. 1, 4 24 Ezech. 18, 4

2 spiritus sanctus *WA* 3sq. quae monet *om. C* 4 hortatur] compellit quum *C* enim *om. C* 6 nomini *Y* 7 ante corpus *add.* si autem Christus in vobis est *DWA (Vulg.)* 8 iustificationem] iustitiam *WA* 10 spiritus sanctus *YDWA* hunc (istum *C*) id est spiritum *DC* 12 ergo] quia *C* 15 uoluit *C* 16 hic] hoc *GM* 17 inhabitat] *MWAC*, habitat *cell.* 19 sicut *C* 19sq. dicente salomone *WA* salemon *G* 20 si autem quis *C* 21 sua *om. D¹A* 24 peccauerit *OD* 25 hic ergo *C*

totum hominem significavit; ait enim: videbit omnis caro salutare dei [nostri]. 3. et quoniam baptizato datur spiritus {sanctus},

α spiritus ipsius spiritus sanc- β etiam ipsius esse spiritus
5 tus esse dicitur. dicitur.

idecirco cetera hominis ad comparationem eius corpus appellavit, praeterea (propterea quod) anima, dum peccat, caro dicitur (dicatur); hoc enim vocatur, quod sequitur {3a. sicut saepe iam dixi. simili modo dominus, cum in passione sua
10 divinitatem suam minime formidare vellet intellegi, sed hominis esse mestitiam, ait: spiritus quidem promptus, caro vero infirma, ut in spiritu deum, in carne autem hominem significaret}.

8, 11. Quodsi spiritus eius qui suscitavit Iesum
15 a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Iesum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. ipsum sensum eadem tractat ratione. corpora enim dixit, per quae homines significat. et quia supra propter peccatum corpus
20 dixit mori morte secunda, hic iterum propter bonam vitam mortalia corpora vivificari promisit, id est totum hominem.

8, 12. Igitur, fratres, debitores sumus non
carni, ut secundum carnem vivamus. 1. rectum et
manifestum est non nos adinventioni Adae, qui carnaliter
25 egit, obsecundare debere, quia (qui) prior peccans mortem nobis hereditatis titulo reliquit (dereliquit), sed legi Christi servire nos debere, qui nos spiritali ratione a morte supra dicta redemit. huic enim sumus debitores, qui nos carnalibus vitiis sordidatos per lavacrum spiritus ablutos iustificavit et filios
30 dei fecit; prius enim in carne positi exemplo Adae vivebamus

1 Is. 40, 5; Luc. 3, 6 11 Matth. 26, 41 29 cf. Tit. 3, 5

22 igitur| ergo Φ 29 absolutos K

significavit; ait enim: videbit omnis caro salutare dei. 3. quoniam autem baptizato, id est purificato, datur spiritus sanctus, ipsius esse iam spiritus dicitur. idcirco cetera hominis ad comparationem eius corpus appellavit, propterea quod anima, dum peccat, caro dicatur; hoc enim vocatur quod sequitur, 3a. sicut saepe iam dixi. simili modo dominus, cum in passione sua divinitatem suam minime formidare vellet intellegi, sed hominis esse mestitiam, ait: spiritus quidem promptus, caro vero infirma, ut in spiritu deum, in carne autem hominem significaret. 5 10

8, 11. Quod si spiritus eius qui suscitavit Iesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Iesum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. ipsum sensum eadem tractat ratione. corpora enim dixit, per quae homines significat. et quia supra propter peccatum corpus dixit mori morte secunda, hic iterum propter bonam vitam mortalia corpora vivificari promisit, id est totum hominem. 15

8, 12. Igitur, fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. 1. rectum et manifestum est non nos adinventioni Adae, qui carnaliter egit, obsecundare debere, qui prior peccans mortem nobis hereditatis titulo dereliquit, sed legi Christi servire nos debere, qui nos spiritali ratione a morte 20

1 Is. 40, 5; Luc. 3, 6 9 Matth. 26, 41

1 significavit *W²AC* 2 et quoniam *C* id est purificato *om. C*
 3 etiam ipsius *C* iam *om. C* 7 modo et *C* 9 vero] *om. FGMBY*,
 autem *D* 12 christum iesum *WA* 14 habitantem *FGOY* 15 tractat] dicitat *G¹* 16 quia] que *A* 16sq. dixit propter peccata *C*
 20 igitur] ergo *WA* 24 dereliquit *WAC*

subiecti peccatis, nunc vero liberati reddimus (reddere debemus) obsequium redemptori. {1a. quod quidem obsequium non illi utique proficit, qui nullius eget, sed nobis vitam acquirit aeternam; sic enim diligit nos, ut sibi inputet, quod nobis
5 promisit.}

8, 13. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. 1. nihil verius, quia si secundum Adam vixerimus, moriemur. Adam enim praevaricans vendidit se peccato carni deputatus; omne enim peccatum caro est.
10 α propterea enim quod β propter quod enim deforis vitia et delicta nascuntur,
 α de speculo, non deintus ab β ex sensibus, de auditu, visu, animo, odoratu vel gustu,
carni deputantur; omnis enim cogitatio [peccati] foras respiciens incurrit delictum. nam et primo homini (primi hominis)
15 deforis peccatum natum est. secundum carnem ergo vivere mors est; omnis enim vita (actus) carnis extra legem est.

Si autem per spiritum facta carnis mortificetis, vivetis. 2. corpus vult lege animae gubernari; ideo
20 (unde) ostendit, quia si duce sancto spiritu actus et consilia carnis, quae huius mundi instigantibus potestatibus concinnantur, fuerint repressa, ne agendi accipiant potestatem, vitam praestari; mori (mortificari enim) dicuntur, si cessent {non sunt enim, si cessant, quia peccatum non est si non fiat}.

supra dicta redemit. huic enim sumus debitores, qui nos carnalibus vitiis sordidatos per lavacrum spiritus ablutos iustificavit et filios dei fecit; prius enim in carne positi exemplo Adae vivebamus subiecti peccatis, nunc vero liberati reddere debemus obsequium redemptori. 1a. quod quidem obsequium non illi utique proficit, qui nullius eget, sed nobis acquirit vitam aeternam; sic enim diligit nos, ut sibi inputet, quod proficit nobis.

8, 13. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. 1. nihil verius, quia si secundum Adam vixerimus, moriemur. Adam enim praevaricans vendidit se peccato deputatus carni; omne enim peccatum caro est. propter quod enim [deforis] vitia et delicta nascuntur ex sensibus, id est de auditu, visu, tactu, odoratu vel gustu, carni deputantur; omnis enim cogitatio, dum foras respicit, incurrit peccatum. nam et primo homini deforis peccatum natum est. secundum carnem ergo vivere mors est; omnis enim actus carnis extra legem est.

Si autem per spiritum facta carnis mortificetis, vivetis. 2. corpus vult lege animae gubernari; unde ostendit, quia si duce sancto spiritu actus et consilia carnis, quae huius mundi instigantibus potestatibus conponuntur, fuerint repressa, ne agendi accipiant potestatem, vitam praestari; mortificari enim dicuntur, si cessent, et quia si non fiant, non sunt.

2 cf. Tit. 3, 5

1 nos a *FMBOYD* 6sq. uitam acquirit *WAC* 11 se] sub *FG*
 12 carni deputatus *D* quia omne *WA* 13 deforis *DC* 13sq. id est
om. C 14 gustatu *Y* 15 dum *om. DC* respiciens *DC* 15sq. pecca-
 tum] delictum *C* 17 ergo *om. WA* 17sq. omnis—est *om. WA*
 19 autem spiritu *WA* 22 potestatibus] principibus *C* 23 conponun-
 tur] concinantur *D* 24sq. et quia—sunt] non sunt—fiat *DC ex recens.*
β p. 270, 24 quia] quae *A*

8, 14. Quicumque enim spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt. hos dicit spiritu dei agi, in quorum actibus consilia principum et potestatum huius mundi non videntur. in quorum enim videntur, non sunt filii dei, sed diaboli, quia
 5 qui de deo natus est, non peccat, dicit Iohannes apostolus; hoc est enim, quod filios dei probat et diaboli. unde dominus ad Iudaeos {quod male agerent et parricidium cogitarent} ait: vos de patre diabolo estis.

8, 15. Non enim accepistis spiritum servitutis
 10 iterum in timore. 1. hoc dicit, quia accepto spiritu sancto omni timore malorum actuum exuti sumus, ut de cetero nihil tale agamus, unde iterum timeamus; ante enim sub timore eramus, quia lege data omnes rei sunt constituti. spiritum ergo timoris legem dixit, quae (quia) homines peccati causa in
 15 timore constituit. lex autem fidei, quae in spiritu {adoptionis} significatur, lex securitatis est, quia a timore nos eruit, dum donat peccata, ac per hoc securos nos fecit, ac dicitur spiritus non timoris secundum hunc mundum.

Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in
 20 quo clamamus: abba, pater. 2. gratia dei a timore liberati accepimus spiritum adoptionis filiorum, ut considerantes quid eramus et quid dono dei sumus adepti, cum magna diligentia (magna cum diligentia) vitam nostram ordinemus, ne nomen dei patris in nobis iniuriam patiatur, et ea omnia,
 25 quae evasimus, veluti ingrati incurramus. {2a. talem enim gratiam consecuti sumus, ut audeamus dicere deo: abba, id est pater. ideoque conmonet, ne accepta fiducia in temeritatem vertatur. si enim huic voci, qua dicimus abba, pater, dissimilem vitam exhibeamus, iniuriam deo facimus vocantes
 30 eum patrem. ideoque enim bonitate sua hoc nobis indulsit,

2 cf. Eph. 6, 12 5 I Ioh. 3, 9, 10 8 Ioh. 8, 44

2 dei *alt. om. SIX* 4 in quorum enim] si autem *I²X* 16 a
om. SK 17 donat] damnat *Φ* 18 mundum] modum *Φ* 19 fili-
 orum *om. Φ*

8, 14. Quicumque enim spiritu dei aguntur, hi filii dei sunt. hos dicit spiritu dei agi, in quorum actibus consilia principum et potestatum huius mundi non videntur. in quorum enim videntur, non sunt filii dei, sed diaboli, quia qui de deo natus est, non peccat, dicit Iohannes apostolus; hoc est enim, quod filios dei probat et diaboli. unde dominus ad Iudaeos, quod male agerent et parriedium cogitarent, ait: vos de patre diabolo estis. 5

8, 15. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore. 1. hoc dicit, quia accepto spiritu sancto 10 omni timore malorum actuum exuti sumus, ut de cetero nihil tale agamus, unde iterum timeamus; (ante enim sub timore eramus), quia lege data omnes rei constituti sunt. spiritum ergo timoris legem dixit, quia homines peccati causa in timore constituit. lex autem fidei, quae in spiritu adoptionis signifi- 15 eatur, lex securitatis est, quia a timore nos eruit, dum donat peccata, ac per hoc securos nos facit, ac dicitur spiritus non timoris secundum hunc mundum.

Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: abba, pater. 2. gratia dei a timore liberati 20 accepimus spiritum adoptionis filiorum, ut considerantes quid eramus et quid dono dei sumus adepti, magna cura vitam nostram ordinemus, ne nomen in nobis dei patris iniuriam patiatur, et ea omnia, quae evasimus, [veluti ingrati] ineurramus. 2a. talem enim gratiam consecuti sumus, ut audeamus 25 dicere deo: abba, hoc est pater. ideoque commonet, ne accepta fiducia in temeritatem vertatur. si enim huic voci, qua dicimus abba, pater, dissimilem conversationem exhibuerimus, in-

3 cf. Eph. 6, 12 5 I Ioh. 3, 9 8 Ioh. 8, 44

2 sunt dei D 5sq. dicente iohanne apostolo WA 10 timorem MY
12sq. ante—eramus om. codd. 13 sunt constituti C 16 a om. WA 17 ac]
cum A² 19sq. in—pater] in quo clamamus abba id est pater C 20 a om. FG
MBC 22 cura] cum diligentia DC 23 dei patris in nobis DC 24 veluti
ingrati D 25 talem—sumus om. C 26 hoc] id C 28 conversationem]
vitam C

quod super naturam nostram est, ut quod substantia indigni sumus, operibus mereamur.}

8, 16. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod sumus filii dei. 1. bene agentibus nobis
 5 et per hoc ipsum manente in nobis spiritu sancto huic voci et animo nostro, quo clamamus in oratione: abba, id est pater, spiritus dei testimonium dat, dum manet in nobis, quoniam recte (non temere) dicimus: abba, pater. dignam enim vitam huic voci exhibemus. {1 a. et hoc est testimonium
 10 filiorum, si in eis per spiritum videatur signum paternum.}

8, 17. Si autem filii, et heredes. heredes quidem dei, coheredes autem Christi. [1. magna haec exhortatio est, ut quanto nos maiora beneficia dei consecuturos praedicat, tanto magis ad haec dignos nos efficiamus praemonet,
 15 ut magis ac magis bene vivamus quasi Christi coheredes futuri.] {1 a. cum deus pater nullo modo mortuus possit dici, Christus autem filius eius mortuus dicatur causa incarnationis, quid est, ut hic qui mortuus est, semper viventis heres esse dicatur, cum heredes utique non nisi mortuorum sint? sed
 20 haec causa humanitatis est. nam apud deum, quae apud nos hereditas dicitur, donum est patris in filios obaudientes transfusum, ut vivus viventis heres sit merito proprio, non necessitate defuncti. 1 b. unde et dominus in evangelio non magis humana quam divina ratione vivum viventibus substantiam
 25 suam partitum esse, licet in parabola, signavit; nec enim parabola absurda ratione componitur. ut ergo promptos nos ad obaudiendum deo patri faceret, hac spe exhortatur dicens dei nos futuros heredes, coheredes autem Christi, ut quia magna spes praemii est, tanto magis in dei rebus propensiores

24sq. cf. Luc. 15, 12

3 testimonium reddit (reddat IX) SKIX 6 quo] quod Φ 14 praemonet nos IX

iuriam deo facimus vocantes eum patrem. idcirco enim bonitate sua hoc nobis indulsit, quod super naturam nostram est, ut quod substantia indigni sumus, operibus mereamur.

8, 16. Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod sumus filii dei. 1. bene agentibus nobis 5 et per hoc ipsum manente in nobis spiritu sancto huic voci et animo nostro, quo clamamus in oratione: abba, id est pater, spiritus dei testis est, dum manet in nobis, quoniam non temere dicimus: abba, pater. dignam enim vitam huic voci exhibemus. 1a. et hoc est testimonium filiorum, si in eis per 10 spiritum videatur signum paternum.

8, 17. Si autem filii, et heredes. heredes quidem dei, coheredes autem Christi. 1a. cum deus pater nullo modo mortuus possit dici, Christus autem filius eius mortuus dicatur causa incarnationis, quid 15 est, ut is qui mortuus est, semper viventis heres esse dicatur, cum heredes utique non nisi mortuorum sint? sed haec causa humanitatis, non divinitatis est. nam apud deum, quae apud nos hereditas dicitur, donum est patris in filios obaudientes transfusum, ut vivus viventis heres sit merito proprio, non 20 necessitate defuncti. 1b. unde [et] dominus in evangelio non magis humana quam divina ratione vivum viventibus substantiam suam partitum esse, licet in parabola, signavit; nec enim parabola absurda ratione conponitur. ut ergo promptos nos ad obaudiendum deo patri faceret, hac spe exhortatur 25 dicens dei nos futuros heredes, coheredes autem Christi, ut quia magna spes praemii est, tanto magis in dei rebus propensiores essemus, postponentes curam mundanorum. 2. quid

22sq. cf. Luc. 15, 12

1 enim] autem A 4 testimonium reddit YW, -et A, -didit C,
dedit FGMBO D 8 testis est] testimonium dat DC 10 testimonium
paruulorum Y in eos DC 15 eius filius C 21 et DC 23 suam
om. FGMBO Y signauerit WA 28 mundanorum] mundanarum rerum WA

essemus, postponentes curam mundanorum.} 2. quid sit autem coheredem esse filio (filii) dei, ab apostolo Iohanne edocemur (docemur); inter cetera enim ait: scimus, quia (quoniam) cum apparuerit, similes ei erimus.

5 Si tamen conpatiamur, ut et simul glorificemur. 3. quomodo coheredes Christi fieri possumus, declaravit dicens: si tamen conpatiamur, ut et simul glorificemur. videamus ergo quid est (sit) conpati. conpati est persecutiones tolerare {propter spem futurorum} et carnem
10 (carnemque) crucifigere cum vitiis et concupiscentiis,
 α carnem dicens voluptates et β hoc est voluptates et pompas saeculi significat. β hoc est voluptates et pompas saeculi spernere.

cum enim haec omnia mortua fuerint apud hominem, crucifixit (crucifigit) mundum futuri saeculi vitam credens, in qua
15 se sperat coheredem Christi futurum.

8, 18. Existimo enim, quod non sunt (sint) condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. 1. exhortatio haec ad superiora pertinet, qua (per quam) ostendit parva esse, quae hic
20 possunt a perfidis inrogari, ad comparationem decreti muneris in futuro saeculo. propterea ad omnia inlata (exitia) paratos esse debere, quia magna pro his promissa (repromissa) sunt praemia, ut in tribulatione consoletur se animus et spes (spe) crescat. nam et quosdam, immo multos, scimus pro praesentibus
25 lucris, ad modicum utique profuturis, quam asperos et duros subire labores,

α et ad quos aliquando, quia β et ad quae aliquando, quia ipsa vita fragilis est et incerta, non perveniunt. ipsa vita fragilis est et incerta, pervenire non possunt.

3 I Ioh. 3, 2 9sq. cf. Gal. 5. 24

5 conpatimur Φ simul *om.* Φ conglorificemur I^2X 7 conpatimur Φ simul cumglorificemur S , simul conglorificemur IX 8 pati est Φ 14 vitam] uita est S , uitae est K , uitae IX 24 immo *om.* SIX

sit autem coheredem esse filii dei, ab apostolo Iohanne docemur; inter cetera enim ait: scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus.

Si tamen conpatiamur, ut et simul glorificemur. 3. quomodo coheredes Christi fieri possumus, declaravit 5
dicens: si tamen conpatiamur, ut et simul glorificemur. videamus ergo quid sit conpati. conpati est persecutiones tolerare propter spem futurorum carnemque crucifigere cum vitiis et concupiscentiis, hoc est voluptates et pompas saeculi spernere. cum enim haec omnia mortua fuerint apud 10
hominem, crucifigit mundum futuri saeculi vitam credens, in qua se sperat coheredem Christi futurum.

8, 18. Existimo enim, quod non sint condigne 15
passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis. 1. exhortatio haec ad superiora pertinet, quibus ostendit parva esse, quae hic possunt a perfidis inrogari, ad comparationem decreti muneris in futuro saeculo. propterea ad omnia exitia paratos esse debere, quia permagna pro his repromissa sunt praemia, ut in tribulatione consoletur se animus et spe crescat. nam et quosdam, immo 20
multos, scimus pro praesentibus lucris, ad modicum utique profuturis, quam asperos et duros subire labores, et ad quae tendunt aliquando, quia vita ipsa fragilis est et incerta, pervenire non possunt. 2. nautae pro quibus commodis tantis se procellis et tempestatibus credunt, cum sciant in his mortem 25

2 I Ioh. 3, 2 8sq. cf. Gal. 5, 24

1 autem] ergo *WA* 2 quia] quoniam *A* 4sq. et conglorificemur *WA* 5 possumus *FGBOD* 10 enim] autem *A* 13 sunt *FGMDBA*¹ condignae *D* 16 quibus] per quam *D*, per quae *C* 18 post propterea *add.* nos iubet *WA* 19 magna *DWAC* 23 tendunt *om.* *OWA* aliquando] uix aliquando pertingunt *FGMBY* ipsa uita *C*

magis ante oculos esse quam vitam! et milites spe praesentis praemii, cum incerta victoria sit, insurgere in gladios non dubitant. quanto magis ergo pro Christo patiendum est, cuius etiam protelata habemus beneficia, qui pro parvis magnifica [et pro terrenis caelestia] et pro temporalibus perpetua praemia [cum gloria] pollicetur! pro Christo dicimur pati, cum non illi, sed nobis proficiat quod patimur. sed quia ille occasionem quaerit remunerandi nos, hoc praecipit. ut bonus enim vel profusus largitor causas quaerit, quomodo donet aut indignis aut verecundis. 2a. denique ut ipsa exitia tolerari possint, ipse suggerit vires.

8, 19. Nam expectatio creaturae revelationem filiorum dei expectat. quoniam praesentis temporis passiones indignas dixit ad futuram gloriam, subiecit, quod creatura hoc expectet, ut compleatur numerus filiorum dei destinatus ad vitam, ut tunc demum etiam ipsa creatura possit discingi ab officio servitutis et pausare in otio.

8, 20. Vanitati enim creatura subiecta est, non voluntaria. 1. in dei et creatoris potestate posita creatura non utique sponte subiecta est vanitati; nec enim sibi proderit, quod subiecta est, sed nobis. quid est ergo, in quo vanitati subiecta est, nisi quia quae generat caduca sunt? operatur enim, ut fructus faciat corruptibiles. corruptio ergo ipsa est vanitas. omnia enim quae nascuntur in mundo infirma, caduca et corruptibilia ac per hoc vana sunt. vana sunt enim, quia statum suum tenere non possunt. nam cuncta

4 habemus] sunt nobis *C* qui] quia *C*² 4sq. et—caelestia *WA*
 5sq. cum gloria *DC* 6 cum nobis non illi *C* 7 quia] quoniam *WA*
 9 causam *BOD*, causa *FGW* 15 expectat *DWA*, spectat *F*¹ 16 ipsa
 etiam *WA* 17 discingi] liberari *A* in otio] initio *FG¹MB¹Y¹*, in uitio
*G*², om. *WA* 18 enim om. *FGMBY* 19 voluntaria] uolens *WA*
 domini *C* 20 ex sponte *C* nec] non *C* 21 ergo est *MWA* 25 vana
 sunt enim om. *BYWA*

quae sic creata sunt, aeterna non sunt, sed vana}. {1a. nec discordat ab his David dicens: verumtamen vanitas omnis homo vivens. manducare enim et bibere et res mundi curare nonne vanitas est? et prodest tamen ipsa vanitas; proficit enim hominibus natis in mundo, ut per haec in corporibus exercitati discant mysterium creatoris. ad comparisonem enim aeternorum vana sunt; nam in suo bona sunt, quippe cum sint necessaria.}

Sed propter eum, qui subiecit illam in spe.
10 2. quae est spes, statim subiecit {dicens}:

8, 21. Quoniam et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptelae in libertate (libertatem) gloriae filiorum dei. quoniam contradicere non potest creatura conditori suo, eius causa subiecta est non sine spe;
15 habet enim in labore posita {hoc} solatium, quoniam habebit requiem, cum crediderint omnes, quos scit deus credituros {quorum etiam causa subiecit eam}.

8, 22. Scimus enim, quod omnis creatura ingemescit et parturit usque adhuc. 1. parturire dolere est.
20 ipse sensus est, quia omnis creatura per cotidianum laborem ingemescit et dolet usque modo. usque modo tamdiu significat, quamdiu legitur. {ipsa etenim} elementa cum sollicitudine operas suas exhibent, quia et sol et luna non sine labore statuta sibi spatia implent (implent spatia), et spiritus animalium magno gemitu artatur ad exhibenda servitia. nam
25 videmus

α cum gemitu negantia

β illa gementia

cogi invita ad laborem. haec ergo omnia expectant requiem, ut

α ab hoc officio discingantur. β a servili opere liberentur.

2 Ps. 38, 6

12 corruptibili Φ
statuta IX

18 quoniam K

25 artatur ad] artatura S,

deformata per fluxum semper in se redeunt confusa in naturam. hoc dicit de his et Solomon, quia omnia ista vanitas. 1a. nec discordat ab his David dicens: verumtamen vanitas omnis homo vivens. manducare enim et bibere et res mundi curare nonne vanitas est? et prodest 5 tamen ipsa vanitas; proficit enim hominibus natis in mundo, ut per haec in corporibus exercitati discant mysterium creatoris. ad comparationem enim aeternorum vana sunt; nam in suo bona sunt, quippe cum sint necessaria.

Sed propter eum, qui subiecit illam in spe. 10
2. quae sit spes, statim subiecit dicens:

8, 21. Quoniam et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptelae in libertatem gloriae filiorum dei. quoniam contradicere non potest creatura conditori suo, eius causa subiecta est non sine spe; habet enim 15 in labore posita hoc solacium, quoniam habebit requiem, cum crediderint omnes, quos scit deus credituros [quorum etiam causa subiecit eam].

8, 22. Scimus enim, quod omnis creatura ingemescit et parturit usque adhuc. 1. parturire dolere 20 est. ipse sensus est, quia omnis creatura per cotidianum laborem ingemescit et dolet usque modo. usque modo tamdiu significat, quamdiu legitur. ipsa etenim elementa cum sollicitudine operas suas exhibent, quia et sol et luna non sine labore statuta sibi implent spatia, et spiritus 25 animalium magno gemitu artatur ad exhibenda servitia. nam videmus illa gementia cogi invita ad laborem. haec ergo omnia expectant requiem, ut a servili opere liberentur.

2 Eccl. 1, 2 3 Ps. 38, 6

2 hoc et salomon dicit quia *WA* ista] haec *DC* 8 enim *om.* *W¹A*
11 sit] est *C* 12 quoniam] quia *WA* 13 corruptionis *FGMBOYDWA*
libertate *MW* 17sq. quorum — eam *C* 19 quod] quoniam *WA* inge-
mescet *C*, congemescet *A W¹* 20 parturit] condolet *A*, doleat *W* 23 enim *C*
24 et *pr. om.* *GMODW* 25 et *om.* *FGMBOY* 26 nam] sicut *WA*

{1 a. si autem haec esset servitus, quae ad deum proficeret pro-
merendum, gauderet, non doleret creatura. sed quia nostri
causa subiecta est servituti corruptionis, dolet. videt enim
cotidie opera sua interire. cotidie enim oritur et occidit opus
5 eius. recte ergo dolet, cuius operatio non ad aeternitatem per-
tinet, sed ad corruptionem.} 2. quantum ergo datur intellegi,
satis de nostra salute sollicita sunt, scientes ad liberationem
suam proficere, si modo nos citius agnoscamus auctorem. haec
itaque scientes omni cura diligentiaque dignos nos prae-
10 beamus, aliis quoque ut exemplo simus, non nostra solum
miseratione conmoti,

α sed et eius, quae nostri causa β sed et eius causa, quae
diebus ac noctibus iniurias patiens ingemescit. solemus enim
in alienis causis propensius vigilare.

15 **8, 23.** Non solum autem illa, sed et nos qui
receptaculum spiritus habemus, nos ipsi intra
nosmetipsos ingemescimus expectantes re-
demptionem corporis nostri. 1. post creaturam mun-
danam adiecit etiam nos hoc expectare [sed] et ingemescere
20 ad deum, ut hinc liberemur cuncti destinati ad vitam {1 a. quia
Christianis mundus hic pelagus est. sicut enim mare adversis
excitatum procellis insilit et tempestatem navigantibus facit,
ita et saeculum perfidorum conspiratione conmotum perturbat
fidelium mentes. et tanta diversitate hoc agit inimicus, ut
25 quid primum evitandum sit ignoretur. si enim potestas desinit
esse adversum nos, privatorum mentes exagitat; si et hi con-
pescantur, per domesticos conflatur incendium, et si hoc sopitum
fuerit, arte sua inter ipsos germanos facit discordiam, ut quat-
tuor angulis pulsata domus ex aliqua parte faciat ruinam.
30 propter quod uno consilio fugiendum est hinc Christianis;
exemplum enim sequi debent sancti Simeonis, qui sciens bel-

1a. si autem haec esset servitus, quae ad deum proficeret promerendum, gauderet, non doleret creatura. sed quia nostri causa subiecta est servituti corruptionis, dolet. videt enim cotidie opera sua interire. cotidie enim oritur et occidit opus eius. recte ergo dolet, cuius operatio non ad aeternitatem 5 pertinet, sed ad corruptionem. 2. quantum ergo datur intellegi, satis de nostra salute sollicita sunt, scientes ad liberationem suam proficere maturius, si modo nos citius promereamur auctorem. haec itaque scientes omni cura diligentiaque dignos nos praebeamus, aliis quoque ut exemplo simus, non 10 nostra solum miseratione conmoti, sed et eius causa, quae diebus ac noctibus iniurias patiens ingemescit. solemus enim in alienis causis propensius vigilare.

8, 23. Non solum autem illa, sed et nos qui receptaculum spiritus habemus, nos ipsi intra 15 nosmetipsos ingemescimus, expectantes redemptionem corporis nostri. 1. post creaturam mundanam adiecit etiam nos hoc expectare et ingemescere ad deum, ut hinc liberemur cuncti destinati ad vitam, 1a. quia Christianis mundus hic pelagus est. sicut enim mare adversis 20 excitum procellis insilit et tempestatem navigantibus facit, ita et saeculum perfidorum conspiratione conmotum perturbat fidelium mentes. et tanta diversitate hoc agit inimicus, ut quid primum evitandum sit ignoretur; non enim deficit unde nascatur tribulatio. si enim potestas desinit esse adversum 25

1 quae] quia *W* 2 gauderet potius *WA* nec *A* 5 recte] certe *FGMBW* 8 maturius proficere *C* modo *om. W* 11 quae *sc. creatura* 14sq. et—ipsi] et ipsi primitias spiritus habentes nos etiam ipsi *WA* 15 habemus spiritus *FGMBOYD* 15sq. intra nos gemimus *WA*, *add.* adoptionem filiorum expectantes *W* 16sq. expectantes—nostri] non solum autem illa sed et nosmetipsi primitias spiritus habentes ipsi intra nos ingemiscimus adoptionem filiorum expectantes redemptionem corporis nostri *A* 21 navigantibus] uel naufragium *A*, naufragantibus *W* 24sq. non—tribulatio *om. C* 25 aduersus *WA*

lum hic geri contra perfidiam, in pace dimitti se postulavit}.
 2. hoc est quod singuli orantes pro omnibus oramus, ut veniat
 regnum dei; tunc {enim} erit liberatio corporis nostri, id est
 omnium Christianorum; in corpore enim omnes significavit, quia
 5 sumus alter alterius membra. ¶3. apostolus quidem quasi
 vir divinus bene sentit de nobis dicens, quia ingemescimus,
 ut hinc liberemur, sicut et ingemescebat Simeon; sed video
 oblectatione mundi nos teneri.]

4. α per haec igitur ostendit, β igitur per haec quae supra
 10 dicta sunt ostendit,

quam vim creatura patitur (patiatur) nostri causa, cum
 quando nos, quibus obsequium eius proficit quique dei spiri-
 tum adiutorem habemus, ingemescimus, ut hinc liberemur, ut
 promissa consequamur praemia. quanto ergo magis (magis
 15 ergo) creatura ingemescit, quae neque adiutorem habet spiri-
 tum sanctum neque in spe (sua causa) laborat {4a. addito
 hoc, quod ea quae labore suo generat, ut alimentis servorum
 dei proficiat, contra fas videt idolis immolari! unde plus dolet
 et optat citius liberari, sciens hoc ad iniuriam proficere crea-
 20 toris}.

8, 24. Spe enim salvati sumus. 1. hoc dicit quia
 sperando quod promisit deus in Christo, meritum nobis (nobis
 meritum) fecimus, ut liberemur. ergo in spe liberati sumus,
 quia non aliud futurum putamus quam credimus.

25 Spes enim quae videtur, non est spes. 2. mani-
 festum est non esse spem quae videtur, sed quae (quod) non
 videtur; ac per hoc sperantes praemiis adficiendi sunt, quia
 quae non vident, sperant.

8, 25. Nam quod videt quis, quid sperat? sed
 30 si quod non videmus speramus, per patientiam ex-

1 *cf.* Luc. 2, 29 2sq. *cf.* Matth. 6, 10 5 Rom. 12, 5

7 sytheon IX 13 adiutorium IX 21 salvi facti Φ 23 fecimus
 om. Φ

nos, privatorum mentes exagitat; si enim et hi coupescantur, per domesticos conflatur incendium, et si hoc sopitum fuerit, arte sua inter ipsos germanos facit discordiam, ut quattuor angulis pulsata domus ex aliqua parte faciat ruinam. propter quod uno consilio fugiendum est hinc Christianis; exemplum enim sequi debent sancti Simeonis, qui sciens bellum hic geri contra perfidiam, in pace dimitti se postulavit. ¶ 2. hoc est quod singuli orantes pro omnibus oramus, ut veniat regnum dei; tunc enim erit liberatio corporis nostri, id est omnium Christianorum; in corpore enim omnes significavit, quia sumus alter alterius membra. ¶ 4. igitur per haec quae supra dicta sunt ostendit, quam vim creatura patiatur nostri causa, cum quando nos, quibus obsequium eius proficit quique dei spiritum adiutorem habemus, ingemescimus, ut hinc liberemur, ut promissa consequamur praemia. quanto magis ergo creatura ingemescit, quae neque adiutorem habet sanctum spiritum neque in sua causa laborat, 4a. addito hoc, quod ea quae labore suo generat, ut alimentis servorum dei proficiant, contra fas videtur idolis immolari! unde plus dolet et optat citius liberari, sciens istud ad iniuriam proficere creatoris.

8, 24. Spe enim salvati sumus. 1. hoc dicit, quia sperando quod promisit deus in Christo, nobis meritum fecimus, ut liberemur. ergo in spe liberati sumus, quia non aliud futurum est quam credimus.

Spes enim quae videtur, non est spes. 2. manifestum est non esse spem quae videtur, sed quod non videtur. ac per hoc credentes praemiis adficiendi sunt, quia quae non vident sperant.

8, 25. Nam quod videt quis, quid sperat? sed

6sq. cf. Luc. 2, 29 8sq. cf. Matth. 6, 10 11 Rom. 12, 5

1 nos] nos vel pravorum *W* excitat *FGBOD* 5 hinc *om. FGOY*
 7 hoc—11 membra *DC* 13 qui etiam dei *WA* 20 istud] hoc *C*
 21 salui facti *D* 25 enim] autem *GW* 26 sed—videtur *G²OD*
 27 credentes] sperantes *D* 29 nam—videt] qui (quod *A*) enim videt *AW*

pectamus. {1 a. dubium non est ea sperari, quae non videntur; expectantur enim futura.} 1. haec expectatio patientia est, quae multum meruit (meretur) a deo, ut de die in diem expectans cupiat venire regnum dei et non dubitet quia tardat.

5 **8, 26.** Similiter autem et spiritus adiuvat infirmitatem nostrae orationis. 1. quoniam {superius} ingemescere nos et precari lectio (liberationem) memoravit, et in dolore positi aut quae longe futura dicta sunt, mox fieri volumus, aut cito tolli per quae ad meritum perveniamus
10 (pervenimus), et videmur inbecilla oratione precari, dum illi denegatur effectus. infirma est enim, quia contra rationem postulat, ac per hoc infirmitatem hanc a spiritu sancto (sancto spiritu) dato nobis adiuvari ostendit. adiuvat autem, quia quae aut ante petuntur quam peti debeant, aut sunt con-
15 traria, non sinit fieri.

Nam quid oremus sicut oportet, nescimus. 2. infirmitatem orationis nostrae ignorantiam significare declaravit. fallimur enim putantes quae poscimus prodesse (prodesse quae poscimus), cum non sint. denique eidem apostolo
20 {tertio} deprecanti, ut temptationes ab eo cessarent, quia crebrae erant, dictum a domino est: sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur, id est: sic meritum quis conlocat, dum in passionibus (tribulationibus) patiens invenitur. didicit ergo contra se esse quod petebat.
25 est et aliquando superba et stulta petitio, sicut fuit duorum apostolorum Iacobi et Iohannis, quibus incongrua et immensa petentibus dictum est: nescitis quid petatis.

21 II Cor. 12, 9 27 Matth. 20, 22

14 aut *alt.*] et Φ 15 et non Φ

si quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. 1a. dubium non est ea sperari, quae non videntur; expectantur enim futura. 1. haec expectatio patientia est, quae multum meretur a deo, ut de die in diem expectans cupiat venire regnum dei et non dubitet quia tardat. 5

8, 26. Similiter autem et spiritus adiuvat infirmitatem nostrae orationis. 1. quoniam superius ingemescere nos et precari liberationem memoravit, et in dolore positi aut quae longe futura dicta sunt mox fieri volumus aut cito tolli per quae ad meritum pervenimus, et videmur inbecilla oratione precari, dum illi denegatur effectus. infirmatur enim, quia contra rationem postulat, ac per hoc infirmitatem hanc a sancto spiritu dato nobis adiuvari ostendit. adiuvat autem, quia quae aut ante petuntur quam peti debeant, aut sunt contraria, non sinit fieri. 15

Nam quid oremus sicut oportet, nescimus. 2. infirmitatem orationis nostrae ignorantiam significare declaravit. fallimur enim putantes prodesse quae poscimus, cum non sint. denique eidem apostolo tertio deprecanti, ut temptationes ab eo cessarent, quia crebrae erant, dictum a domino est: sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur, id est: sic meritum quis conlocat, dum in tribulationibus patiens invenitur. didicit ergo contra se esse quod petebat. est aliquando et superba et stulta petitio, sicut fuit duorum apostolorum Iacobi et Iohannis, quibus incongrua et immensa poscentibus dictum est: nescitis quid petatis. 20

21 II Cor. 12, 9 26 Matth. 20, 22

1 expectemus *W* 4 expectans *om. FGMBYW* 10 peruenimus *D* 11 sq. infirma est *DC* 14 autem] enim *WA* quae petuntur *W* 15 contraria et *DA* 16 quid enim *WA* secundum quod oportet *WA* 18 prodisse quod *W* 19 prosint *OD* idem *BWC* 22 sic *om. BWA* 26 petentibus *C*

Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. {3a. non humanis eloquiis postulare pro nobis dicit spiritum domini, sed more naturae suae. cum enim quod de deo est, deo loquitur, eo more loquatur necesse est, quo ille loquitur, de quo est. nemo enim cum cive suo alia lingua loquitur.} 3. superfundit enim se precibus nostris spiritus datus nobis, ut inperitiam et improvidentiam nostram motu suo operiat et illa nobis a deo petat, quae prosint nobis.

8, 27. Qui autem scrutatur corda, scit, quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. 1. manifestum est, quia deo, cui nihil tacitum est et occultum, nota est precatio {omnium spirituum, quanto magis} spiritus sancti {1 a. qui eiusdem utique substantiae est, et loquitur non impulsu aeris neque ut angeli aut sicut cetera ex creaturis, sed sicut competit eius divinitati}. 2. quia deo (deo ergo) loquitur, cum nobis tacere videtur, {quia et videt, cum non videatur} et haec petit, quae scit deo placere et nobis prodesse. tunc sane {pro nobis} interponit se spiritus sanctus (idem spiritus), cum scit nos per ignorantiam, non per iactantiam contraria postulare.

8, 28. Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia procedunt in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt. hoc dicit, quia diligentes deum etsi inperite precati fuerint, non illis oberit, quia propositum cordis illorum sciens deus {et ignaviam}, non illis inputat quae adversa postulant, sed ea adnuit, quae danda sunt deum amantibus. unde et dominus ait: scit autem pater vester, quid vobis opus sit, antequam petatis ab eo. hi ergo secundum propositum vocantur, quos credentes praescivit (praesciit) deus futuros sibi idoneos, ut, antequam crederent, scirentur.

27 Matth. 6, 8

19 nos *om.* Φ 21 autem] enim *SIX* 22 succedunt Φ 23 sunt
sancti *X* 26 donanda *IX* 28 ergo qui Φ

Sed ipse spiritus postulat [pro nobis] gemitibus inenarrabilibus. 3a. non humanis eloquiis postulare pro nobis dicit spiritum domini, sed more naturae suae. cum enim quod de deo est, deo loquitur, eo more loquatur necesse est, quo ille loquitur, de quo est. nemo enim cum cive suo alia lingua loquitur. 3. superfundit enim se precibus nostris spiritus datus nobis, ut inperitiam et improvidentiam nostram motu suo operiat et illa nobis a deo petat, quae prosint nobis. 5

8, 27. Qui autem scrutatur corda, scit, quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. 1. manifestum est, quia deo, cui nihil tacitum est et occultum, nota est precatio omnium spirituum, quanto magis spiritus sancti, 1a. qui eiusdem utique substantiae est, [et loquitur non impulsu aeris neque ut angeli aut sicut cetera ex creaturis, sed sicut competit eius divinitati]. 2. deo ergo loquitur, cum nobis tacere videtur, quia et videt, cum non videatur et haec petit, quae scit deo placere et nobis prodesse. tunc sane pro nobis interponit se idem spiritus, quando scit nos per ignorantiam, non per iactantiam contraria postulare. 10 15

8, 28. Scimus autem, quoniam diligentibus deum omnia procedunt in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt. hoc dicit, quia diligentes deum acsi inperite precati fuerint, non illis oberit, quia propositum cordis illorum sciens deus et ignaviam, non illis inputat quae adversa postulant, sed ea adnuit, quae danda sunt deum amantibus. unde et dominus in evangelio: scit autem, inquit, pater vester, quid vobis opus sit, antequam petatis ab eo. hi ergo secundum propositum vocantur, 20 25

26 Matth. 6, 8

1 postulat] interpellat *WA* pro nobis *YDWAC* 9 quid] quod *W*
 14sq. et loquitur—divinitati *AC* 18 quando] cum *C* 22 sunt sancti
ODWA diligentibus *DW* 23 et si *DO* 26 in evangelio] *om. OYDWC*,
 ait *A* 27 inquit *om. A*

8, 29. Quos praescivit et praedestinavit.

1. α hos quos scit β istos quos praescivit
 futuros devotos sibi, ipsos elegit {apud se} ad promissa praemia
 capessenda, ut hi qui credere videntur

5 α et non ita ut dignum est β et non permanent in fide
 agunt, non dicantur a deo coepta, a deo electi negentur,
 electi, quia quod elegit deus quia quos deus elegit apud se,
 manet. manent.

{1 a. est enim qui ad tempus eligitur, sicut Saul et Iudas, non
 10 de praescientia, sed de praesenti iustitia.}

Conformes fieri imaginis filii sui. 2. hoc est
 (dicit), quia ad hoc (ideo) praedestinantur in futurum sae-
 culum, ut similes fiant filio dei, sicut (quod) iam supra me-
 moravi.

15 Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.
 3. recte primogenitus, qui ante omnem creaturam non factus,
 sed natus est, ad cuius exemplum deus hominés in filios sibi
 adoptare dignatus est. est et primogenitus in regeneratione
 Christus, est et primogenitus ex mortuis, cuius natura ignora-
 20 tur, est et primogenitus post victoriam ascendens in caelos.
 primogenitus igitur in omnibus frater noster dicitur, quia
 homo dignatus est nasci; dominus vero est, quia deus noster
 est, sicut dicit profeta {Hieremias}: hic est deus noster.

8, 30. Quos autem praedestinavit, illos et vo-
 25 cavit. 1. vocare est cogitantem de fide adjuvare aut con-
 pungere eum, quem sciat audire.

23 Baruch 3, 36

1 praesciit SK praedestinavit N S¹ K 14 memoravit Φ 18 est
 alt. om. Φ 22 dominus] deus K

quos credentes praesciit deus futuros sibi idoneos, ut, antequam crederent, scirentur.

8, 29. Quos praescivit et praedestinavit. 1. istos quos praescivit futuros devotos sibi, ipsos elegit ad promissa praemia capessenda, ut hi qui credere videntur et non permanent in fide coepta, a deo electi negentur, quia quos deus apud se elegit, [per]manent. 1 a. est enim qui ad tempus eligitur, sicut Saul et Iudas, non de praescientia, sed de praesenti iustitia. 5

Conformes fieri imaginis filii sui. 2. hoc dicit, 10 quia ideo praedestinantur in futurum saeculum, ut similes fiant filio dei, sicut supra memoravi.

Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. 3. recte primogenitus, quia ante omnem creaturam non factus, sed natus est, ad cuius exemplum deus homines in filios sibi 15 adoptare dignatus est. est et primogenitus in regeneratione spiritus, est et primogenitus ex mortuis, [cuius natura ignoratur, est et primogenitus] victa morte ascendens in caelos. primogenitus igitur in omnibus frater noster dicitur, quia homo dignatus est nasci; dominus vero est, quia deus noster 20 est, sicut dicit profeta Hieremias: hic est deus noster.

8, 30. Quos autem praedestinavit, illos et vocavit. 1. vocare est cogitantem de fide adiuvari aut conpingere eum, quem sciat audire.

21 Baruch 3, 36

1 praescit *FGBY* 3 quia quos *WA* praesciit *C*, praescit *MW*
 5 videntur credere *OD*, credere *om.* *FG¹MBW* 7 elegit apud se *CA*
 permanent *C* 12 filii *FGMBYC* 17 sq. cuius—primogenitus *D* 21 sicut
 dicit] dicente *WA* ieremia *OWC* post noster *add.* nec reputetur alius absque
 eo *YWA* 23 sq. vocare—audire *om.* *D* vocare—p. 293, 2 magnificavit
om. *FG¹MBOY*

Et quos vocavit, ipsos et iustificavit; quos autem iustificavit, hos et magnificavit. 2. hoc dicit quod supra, quia quos praesciit (praescivit) deus aptos sibi, hi credentes permanent, quia aliter fieri non potest quam
 5 (nisi quos) praesciit deus; ipsos et iustificavit ac per hoc {et} magnificavit illos, ut similes fiant filio dei. {2a. de ceteris, quos non praesciit deus, non est illi cura in hac gratia, quia non praesciit. acsi credant aut eligantur ad tempus, quia videntur boni, ne iustitia contempta videatur, non permanent,
 10 ut magnificentur, sicut et Indas Scarioth aut illi septuaginta duo, qui electi post scandalum passi recesserunt a salvatore.}

8, 31. Quid ergo dicemus ad haec? si deus pro nobis, quis contra nos? manifestum est, quia deo nobis testimonium perhibente quis est, qui audeat accensare nos,
 15 quando ipse qui iudex est ante praesciit nos et idoneos iudicavit?

8, 32. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. 1. sic securos nos debere esse fidei causa hortatur, ut deum quasi praescium,
 20 antequam ex impiis fideles essemus, filium suum pro nobis morti tradidisse ostendit (ostendat).

Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? {2a. deum olim decrevisse dicit remunerandos credentes in Christum.} 2. si enim quod maius et praecipuum est
 25 praestitit nobis, ut filium suum verum et carissimum traderet propter nos adhuc impios, quare non quod minus est facturus credatur pro nobis [iam] credentibus sibi? {quia iam parata sunt credentibus praemia.} minus est enim {omnia} nobis cum illo dare (donare), quam illum nostri causa morti tradere.

10sq. cf. Ioh. 6, 71sq. 67; Luc. 10, 1, 17

3 praesciit β IX 8 praesciit IX 17 quia K 19 quasi] qui
 SIX, quo K 23 donavit Φ 25 karissimum IX 29 donare β K

Et quos vocavit, ipsos et iustificavit; quos autem iustificavit, hos et magnificavit. 2. hoc dicit quod supra, quia quos praescivit deus aptos sibi, ipsi credentes permanent, quia aliter fieri non potest quam praesciit deus; ipsos et iustificavit ac per hoc et magnificavit illos, ut similes 5 fiant filio dei. 2a. de ceteris, quos non praesciit deus, non est illi cura in hac gratia, quia non praesciit illos futuros idoneos. acsi credentes eligantur ad tempus, quia videntur boni, ne iustitia contempta videatur, non permanent, ut magnificentur, sicut et Iudas Scarioth aut illi septuaginta duo, qui electi 10 post scandalum passi recesserunt a salvatore.

8, 31. Quid ergo dicemus ad haec? si deus pro nobis, quis contra nos? manifestum est, quia deo nobis testimonium perhibente quis est, qui audeat accusare nos, quando ipse qui iudex est ante praesciit nos et idoneos iudi- 15 cavit?

8, 32. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. 1. sic securos nos debere esse fidei causa hortatur, ut deum quasi praescium, antequam ex impiis fideles essemus, filium suum pro nobis 20 morti tradidisse ostendat.

Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? 2a. deum olim decrevisse dicit remunerandos credentes in Christum. 2. si enim quod maius et praecipuum est praestitit nobis, ut filium suum verum et carissimum traderet 25 propter nos adhuc impios, quare non quod minus est fecisse

10sq. cf. Ioh. 6, 71sq. 67; Luc. 10, 1. 17

1 ipsos] illos *WA* quos *alt.*—hos] et quos iustificavit illos *WA*
 3 ipsi] hi *C* 4 quam] nisi quos *OAC* 7 illos futuros idoneos *om. C*
 8 credentes] credant aut *C* 10 scariotha *W* duo *om. FG¹MBYWA*
 11 post salvatore *add.* quae deo nobis testimonia perhibent *A* (cf. *lin. 13*)
 12 dicimus *GMB¹YW* 13 contra] aduersum *WA* 13sq. quia—perhibente *om. A*, cf. *lin. 11* 14 testimonio *FG¹MB¹OYD¹*, -a *W* 17 qui etiam *WA* suo filio *FGMBD*, suo *om. O* 18 illum] eum *W²A* 19 quasi] quo iudicavit *A*, quam *W*, qua *M* praescio *A*, praesciuit *M* 21 ostendit *MWA* 24 magis *WA* 26 facturus *YC*

8, 33. Quis accusabit adversus electos dei?
 1. neminem audere nec posse iudicium et praescientiam dei in nobis retractare apertum est. quis est enim, qui possit haec, quae deus probat, improbare, cum nemo aequalis sit deo?

5 Deus qui iustificat? 2. hoc in Esaia profeta est, quod hic quasi suum ponit, quia nemo est alius, qui quod probat deus arguat. {aut} ne forte ipse nos deus accuset? sed non potest quos iustificat accusare.

8, 34. Et quis erit qui damnet? Christus qui
 10 mortuus est, immo qui et resurrexit et est in dextera dei, qui etiam interpellat pro nobis? 1. deum, quia nos iustificat, accusare nos negat,
 α simul et Christum damnare β Christum autem damnare nos non posse, [quia pro nobis mortuus est,] {quia eo affectu
 15 diligit nos, ut moreretur pro nobis et resurgens semper causas nostras agat apud patrem. cuius postulatio contemni non potest, quia in dextera dei est, hoc est in honore quod deus est,} ut de deo patre securi et Christo filio eius qui iudicaturus est, in fide eorum laetemur. 2. hinc illud est, quod dicit
 20 dominus Petro apostolo: ecce expostulavit satanas, ut vos ventilet velut triticum. ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua. hoc ergo modo interpellat pro nobis salvator; sciens enim inpudentiam et altitudinem adversarii nostri, cum se commovet adversum nos, si non ei
 25 adsentiamus, salvator interpellat pro nobis, ne aliquid violenter praesumat circa nos, ut arceatur insolentia eius. hac causa tamen dicitur filius interpellare, cum ipse agat totum et aequalis sit deo patri, et quia unus dicitur deus, ne pater

5 Is. 50, 8 20 Luc. 22, 31sq.

11 deum om. Φ 23 altitudinem] latitudinem Φ 24 si om. Φ non]
 ne IX 26 hac de IX

credatur pro nobis credentibus sibi? iam enim parata sunt credentibus praemia. minus est enim omnia nobis cum illo donare, quam nostri causa morti illum tradere.

8, 33. Quis accusabit adversus electos dei? 1. neminem audere nec posse iudicium et praescientiam dei retractare in nobis apertum est. quis est enim, qui possit haec, quae deus probat, improbare, cum nemo aequalis sit deo? 5

Deus qui iustificat? 2. hoc in Esaia [profeta] est, quod hic quasi suum ponit, quia nemo est alius, qui arguat quod deo non displicet. aut ne forte deus ipse accuset nos? sed 10 non potest quos iustificat accusare.

8, 34. Et quis erit qui damnet? Christus qui mortuus est, immo qui et resurrexit et est in dextera dei, qui etiam interpellat pro nobis? 1. deum, quia nos iustificat, accusare nos negat, Christum autem 15 damnare nos non posse, quia eo affectu diligit nos, ut moreretur pro nobis et resurgens semper causas nostras agit apud patrem. cuius postulatio contemni non potest, quia in dextera dei est, hoc est in honore quod deus est, ut de deo patre securi et Christo filio eius qui iudicaturus est, in fide eorum 20 laetemur. 2. hinc illud est, quod dicitur Petro apostolo: ecce expostulavit satanas, ut vos ventilet velut triticum. ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua. hoc ergo modo interpellat pro nobis salvator; sciens enim potentiam et altitudinem adversarii nostri, cum se commo- 25

8 Is. 50, 8 21 Luc. 22. 31sq.

1 quia iam *C* 2 enim] autem *A* nobis omnia *C* 3 illum nostra causa morti *C* 6 in nobis retractare *C* 8 propheta *A* 9sq. quod probat deus arguat *DC* 10 ipse nos deus accuset *C* 11 quod *AC* 12 est qui condemnat (-et *A*) *WA* 13 immo autem *W²A* surrexit *A* ad dexteram *WA* 15 quia] qui *D²* 17 agat *C* 18 apud—19 est *tert. om. W* 19 hoc est *om. C* quod] quo *OWC* 20 fide eius *WA* 22 postulavit *D* quasi *W* 24 enim] autem *A* 25 potentiam] impudentiam *DC* commouet *C*

et filius singularis vel unio putaretur: ad personarum distinctionem sic loquitur scriptura, ut et filium non disparem tradat et patrem, {quia pater est et} quia ab ipso sunt omnia, praeferat.

5 **8, 35.** Quis nos separabit a caritate Christi?
1. hoc est: quis nos avertere poterit a dilectione Christi, qui nobis tam magna et innumera praestitit beneficia?

Tribulatio? 2. sed non facit, quia dilectionem (dilectionem) firmi Christiani nulla vincunt tormenta. in amante[s]
10 (amantis) enim plus incitatur caritas, si eum, cuius sensit beneficia, prohibeatur diligere (amare). dum enim [eius] putat se

α † in merita recusare me- β † in merita eius seminare
morat beneficia. † memorat beneficia. †

15 **8, 36.** An angustia? an persecutio? {an fames?}
an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: quia propter te morte adficimur tota die, aestimati sumus velut ovis occisionis.
37. sed in his omnibus superamus propter eum,
20 qui nos dilexit. {1a. hoc scriptum est in psalmo quadragesimo tertio.} 1. manifestum est {ergo} haec omnia quae enumerat exitia, tribulationes, pressuras et mortem, non posse conferri vel comparari caritate Christi, quam seminavit in nobis. multo enim maiora beneficia eius habemus, quam
25 haec sunt omnia, quae videntur adversa. si enim morimur pro illo, quod gravius videtur in his, et ille mortuus est pro

17 Ps. 43, 22

9 vincunt] frangunt I^2X amantes Φ 10sq. sensit—eius *om.* SIX
sentiat K 12 *se om.* K 17 quia] qua S 18 oves Φ 22 numerat Φ

verit adversum nos, si non ei adsentiamus, salvator interpellat pro nobis, ne aliquid violenter praesumat circa nos, ut arceatur insolentia eius. hac causa tamen dicitur filius interpellare, cum ipse agat totum et aequalis sit deo patri, ut quia unus dicitur deus, ne pater aut filius singularis vel unio putaretur: ad personarum distinctionem sic loquitur scriptura, ut et filium non disparem tradat et patrem, quia pater est et quia ab ipso sunt omnia, praeferat. 5

8, 35. Quis nos separabit a caritate Christi?

1. hoc est, quis nos avertere poterit a dilectione Christi, qui nobis tam magna et innumera praestitit beneficia? 10

Tribulatio? 2. sed non facit, quia dilectionem firmi Christiani nulla vincunt tormenta. amantis enim plus incitatur caritas, si eum, cuius sensit beneficia, prohibeatur amare. dum enim putat se † in merita eius seminare suscitavit beneficia. † 15

8, 36. An angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: quia propter te morte adficiamur tota die, aestimati sumus velut ovis occisionis. 20
37. sed in his omnibus superamus propter eum, qui nos dilexit. 1a. hoc scriptum est in psalmo quadragesimo tertio. 1. manifestum est ergo, quia haec omnia quae enumerat exitia, tribulationes, pressuras et mortem, non possunt conferri vel comparari caritati Christi, quam seminavit in nobis. multo enim maiora habemus eius beneficia, quam 25

19 Ps. 43, 22

1 adversum] *DA*, -us *cell.* 5 aut] et *FGMBWAC* unicus *G*², unus *M* 9 quis ergo *WA* 12 dicationem *WA* 14 cui *FG¹M*
15sq. suscitant *A*, memorat *DC* 20 oves *MBO¹YWA* 22 dilexit nos *FGMBYD* 24 numerat *FGB* tribulatio *A* mortes *G*² 26 beneficia eius habemus *C*

nobis. 2. sed ille, ut prodesset nobis, nostra autem mors non illi proficit, sed nobis. temporalem enim vitam pendimus, ut nobis rependatur aeterna. et quid mirum, si servi moriantur pro bono domino, quando dominus mortuus est pro servis
 5 et malis? vincunt ergo beneficia et exhortantur animum ad perseverandum propter eum, qui dilexit nos.

8, 38. Confido enim, quia neque mors. confidentia haec de sponsione Christi est, quia (qua) promisit in tribulatione adiuuare

10 α se dedicatam sibi fidem. β sibi dicatam fidem.

8, 39. Neque vita neque angelus neque virtus neque altitudo neque profundum neque praesentia neque futura neque alia creatura poterit nos separare a caritate dei, quae est in Christo Iesu
 15 domino nostro. 1. haec sunt omnia, quae ad abductionem nostram a diabolo inferuntur. quae idcirco memorat, ut munit nos, ut si advenerint, confidentes de spe et auxiliis Christi, armati fide adversus haec repugnemus. quid enim? si mors inlata fuerit, non (nonne) lucrum est maximum oc-
 20 casionem invenire, qua citius eatur ad (in) regnum promissum? neque si praesens vita promissa nobis fuerit dignitate munita, debet nos avertere ab spe et beneficiis Christi, quem scimus, quia non solum in futuro, sed et in praesenti proderit nobis; nec quidem si se angelus nobis ostendat ad seducendos nos,
 25 subornatus fallaciis patris sui diaboli, praevalere debet adversum nos, cum sciamus Christo {ut magni consilii angelo} nihil praepo-
 nendum; 2. neque si virtus ab aliquo facta fuerit, sicut dicitur facta a Simone mago, qui dicitur in aere sursum,

26 cf. Is. 9, 6 28 cf. Act. Petri cum Simone c. 4

2 perdidimus Φ 5 bene Φ 8 quia qui K 13 creatura
 alia Φ 16 commemorat K 19 nonne IX 24 angelum Φ
 28 symone KIX

haec sunt omnia, quae videntur adversa. si enim morimur pro illo, quod gravius videtur in his, et ille mortuus est pro nobis. 2. sed ille, ut prodesset nobis, nostra autem mors non illi proficit, sed nobis. temporalem enim vitam pendimus, ut nobis rependatur aeterna. et quid mirum, si servi moriantur pro bono domino, quando dominus mortuus est pro servis et malis? vincunt ergo beneficia et exhortantur animum ad perseverandum pro eo, qui dilexit nos. 5

8, 38. Confido enim, quia neque mors. fiducia ista de sponsione Christi est, qua promisit in tribulatione adiuvari se dicatam sibi fidem. 10

8, 39. Neque vita neque angelus neque virtus neque altitudo neque profundum neque praesentia neque futura neque alia creatura poterit nos separare a caritate dei, quae est in Christo Iesu domino nostro. 1. haec sunt omnia, quae ad abductionem nostram a diabolo inferuntur. quae idcirco memorat, ut munit nos, ut si advenerint, confidentes de spe et auxiliis Christi armati fide adversus haec repugnemus. quid enim? si mors inlata fuerit, nonne lucrum est maximum occasionem invenire, qua citius eatur in regnum promissum? neque si praesens vita promissa nobis fuerit dignitate munita, debet nos avertere ab spe et beneficiis Christi, quem scimus non solum in futuro, sed et in praesenti quia proderit nobis; nec quidem si se angelus nobis ostendat ad seducendos nos, subornatus fallacis patris sui diaboli, praevalere debet adversum nos, cum sciamus Christo ut magni consilii angelo nihil 15 20 25

27 cf. Is. 9, 6

4 rependimus *FGMBO*, perdimus *Y²DA* 8 propter eum *D*
 10 ista] haec *C* 12sq. angelus—creatura] angeli neque principatus neque instantia neque futura neque uirtus nec (neque uirtutes neque instantia neque futura neque *W*) altitudo neque profundum neque creatura alia (aliqua *W*) *WA* 17 commemorat *MW* 23 scimus quia *C* 24 ot] etiam *WA*, *om.* *FGMBY* quia *om.* *C* 25 seducendum *OD* 26sq. aduersus *FGBOYC*

ut populum Christi scandalizaret, volasse, fidem nostram
 debebit minuere, scientium salvatorem nube famulante sus-
 ceptum ascendisse super omnes caelos. nec si in altitudinem
 se nobis ostendat, de qua dicit idem apostolus: an ignoratis
 5 altitudinem satanae? a devotione nos domini Iesu debet
 (debebit) auferre, quem scimus descendisse de caelo, ut ter-
 rena spiritalibus sociaret. 3. neque si per fantasiam, qua se-
 ducere meditatur, profundum nobis ostendat
 α horrendum, qua terrendo β horrore mirandum, qua ter-
 10 riti forte
 succumbamus illi, nec sic dignum est, ut Christo fidem fran-
 gamus, quem scimus nostri causa in profundum terrae de-
 scendisse et morte pressa genus hominum liberasse; neque si
 futura nobis spondeat, quae promisit Evae, adensum dabimus
 15 illi discreti a Christo, quem virtute et natura deum credimus
 et scimus. nec si arte et sublimitate astutiae suae aliam crea-
 turam fingat ad horam, sicut finxerunt Iamnes et Mambres
 palam Faraone, inconueniens est, ut per haec a deo creatore
 {vero} nos[tro] (nos) revocet (sevocet), quem non ignoramus
 20 per Christum filium suum creaturam condidisse in aeternum
 existentem. 4. quibusdam videtur aliam creaturam dixisse
 de idolis. sed non est verum, quia hanc debuit significare,
 quam sub admiratione seductionis videretur fingere satanas.
 nam quis seducatur fidelium ad haec, a quibus recessit mani-
 25 festato errore? sed haec meditatur ac fingit, per quae etiam
 electos possit seducere. nulla ergo sunt, quae nos possint a
 caritate dei separare, quae est in Christo Iesu. deus enim
 caritatem suam in Christo nobis ostendit, dum illum tradidit
 (tradidit illum) pro nobis.

2sq. cf. Act. 1, 9 4 Apoc. 2, 24 (II Cor. 2, 11) 14sq. cf. Gen.
 3, 4sq. 17sq. cf. II Tim. 3, 8; Exod. 7, 11. 12 25sq. cf. Matth. 24, 24

3 altitudine IX 11 christi IX 17 fingat] iungat Φ iunxerunt Φ
 18 pharaonem S 19 nostro Φ nostro nos IX ignoramus] intello-
 gamus Φ 22 haec Φ 23 iungere Φ 24sq. manifesto Φ 25 fingit]
 iungit SIX, adiungit K

praeponendum; 2. neque si virtus ab aliquo facta fuerit, sicut dicitur facta a Simone mago, qui dicitur in aera sursum, ut populo Christi scandalo esset, volasse, fidem nostram debet minuere, scientium salvatorem nube famulante susceptum ascendisse super omnes caelos. nec si se nobis ostendat in altitudine, de qua dicit idem apostolus: an ignoratis altitudinem satanae? a devotione nos domini Iesu debet auferre, quem scimus descendisse de caelo, ut terrena spiritalibus sociaret. 3. neque si per fantasiam, qua seducere meditatur, profundum nobis ostendat horrore mirandum, qua terri-
 10 riti forte succumbamus illi, nec sic dignum est, ut Christo fidem frangamus, quem scimus nostri causa in profundum terrae descendisse et victa morte genus hominum liberasse; neque si futura nobis spondeat, quae promisit Evae, adsum-
 15 sum dabimus illi discreti a Christo, quem virtute et natura deum credimus et scimus. nec si arte et subtilitate astutiae suae aliam creaturam fingat ad horam, sicut finxerunt Iamnes et Mambres palam Faraone, inconueniens est, ut per haec a deo creatore vero nos sevocet, quem non ignoramus per Christum filium suum creaturam condidisse in aeternum exis-
 20 tentem. 4. quibusdam videtur aliam creaturam dixisse de idolis. sed non est verum, quia hanc debuit significare, quam sub admiratione seductionis videtur fingere satanas. nam quis seducatur fidelium ad haec, a quibus recessit manifestato errore? sed ista meditatur et fingit, per quae etiam electos
 25 possit seducere. nulla sunt ergo, quae nos possint a caritate dei separare, quae est in Christo Iesu. deus enim in Christo caritatem suam nobis ostendit, dum tradidit illum pro nobis.

2 *cf.* Act. Petri cum Simone c. 4 4sq. *cf.* Act. 1, 9 6 Apoc. 2, 24
 (II Cor. 2, 11) 14 *cf.* Gen. 3, 4sq. 17sq. *cf.* II Tim. 3, 8; Exod. 7,
 11. 12 25sq. *cf.* Matth. 24, 24

3 populum *DAC* scandalum esset *WA*, scandalizaret *DC* 5 alti-
 tudinem *FGODA* in altitudine se nobis ostendat *C* 13 morte pressa *C*
 humanum *C* 14 spondeat] ostendat *WA* 19 reuocet *GYWA*, euocet *D*
 25 ista] haec *C* 26 ergo sunt *C* 27sq. caritatem suam in christo *C*

9, 1. Veritatem dico in Christo [Iesu], non mentior, testimonium mihi reddente conscientia mea in spiritu sancto, **2.** quia tristitia est mihi magna et continuus dolor cordi meo, **3.** optabam enim
 5 anathema esse ego ipse a Christo pro fratribus meis, cognatis secundum carnem, **4.** qui sunt Istra-
 helitae. **1.** quoniam superius contra Iudaeos loquitur (loqui videtur), qui ex lege iustificari se putant, nunc ut votum
 suum et affectum circa eos ostendat, teste conscientia sua in
 10 Christo Iesu et in spiritu sancto loqui se dicit (dicit se loqui), ut non velut inimico illorum fides haberi non possit. ideo
 Christum et spiritum sanctum, quos nil (nihil) latet, testes dat {et quorum testimonium reprobari non potest, qui sic
 perhibent testimonium apostolo, dum commendant eum vir-
 15 tute signorum, quae faciebant per illum}. **2.** quia enim tam magnum praesidium Christi et praecipuam caritatem erga
 genus humanum ostendit et dignationem eius gloriosam et immortalia praemia repromissa ac per hoc dolet genus suum,
 quod est secundum carnem, qui (quia) incredulitate sua hoc
 20 perenni et salutari beneficio se privarunt, ergo optabam ait, non opto, quia scit fieri non posse {ut tam honestum mem-
 brum nullo praecedente vitio abscideretur a corpore Chris-
 tiano}, affectum tamen de dilectione (et dilectionem) circa
 genus suum ostendit.
 25 Quorum adoptio est filiorum. **3.** in iuste dolere se probat, quando prodit (praedicat) laudem generis eorum,
 quia olim filii adoptati affectum et gratiam dei patris irritum habuerunt. adiecit adhuc [dicens], ut et alios pro his dolere
 (dolere pro his) faciat {dicens}:

2 mea om. SLX 5 ipse ego anathema esse Φ 6 meis et IX
 11 veluti K 12 nihil β K 17 hominum K 20 primaverunt IX
 23 circa om. K 27 irrita X

9, 1. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi reddente conscientia mea in spiritu sancto, **2.** quia tristitia est mihi magna et continuus dolor cordi meo, **3.** optabam enim anathema esse ego ipse a Christo pro fratribus meis, ⁵ cognatis secundum carnem, **4.** qui sunt Istraehelitae. **1.** quoniam superius contra Iudaeos loqui videtur, qui ex lege iustificari se putant, nunc ut votum suum et affectum circa eos ostendat, teste conscientia sua in Christo Iesu et in spiritu sancto dicit se loqui, ut non velut inimico illorum fides ¹⁰ haberi non possit. idcirco Christum et spiritum sanctum, quos nihil latet, testes dat et quorum testimonium reprobari non potest, qui testimonium sic perhibent apostolo, dum commendant eum virtute signorum, quae faciebant per illum. **2.** quia enim tam ingens praesidium Christi et praecipuam caritatem ¹⁵ circa genus humanum ostendit et dignationem eius gloriosam et immortalia praemia repromissa ac per hoc dolet genus suum, quod est secundum carnem, quia incredulitate sua hoc perenni et salutari beneficio se privarunt, ergo optabam ait, non opto, quia scit fieri non posse, ut tam honestum membrum ²⁰ nullo praecedente vitio abscederetur a corpore Christiano, affectum tamen et dilectionem circa genus suum ostendit.

Quorum adoptio est filiorum. **3.** iuste dolere se probat, quando ostendit laudem generis eorum, quia olim filii adoptati affectum et gratiam dei patris in irritum deduxerunt. ²⁵ adiecit adhuc, ut et alios dolere pro his faciat dicens:

1 christo iesu *C* **2** perhibente *A* **3** quia] quoniam *WA* mihi est *D*
5 ipse ego *WAC* **6** qui sunt cognati mei *WA* **9** sua *om. FGBOD*
11 ideo *AC* **13** qui] quia *WA* sic perhibent testimonium apostolo *C*
eum commendat *C* **15** ingens] magnum *C* **16** circa] erga *C* glo-
riose *A* **21** christi *WA* **24** ostendit] praedicat *C* **26** adiecit *C* pro
his dolere *WA*

Et gloria et legis constitutio et testamenta et obsequium et promissa, 5. quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in saecula. amen. 1. tanta praeconia nobilitatis et dignitatis generis Iudaeorum et promissionum enumerat, ut omnibus pro his dolorem incutiat, quia non recipiendo salvatorem praerogativam patrum et promissionis meritum perdiderunt, peiores gentibus (gentilibus) facti, quos prius, quia sine deo erant, abominabantur. pro-
 5 pensius enim malum est dignitatem perdidisse quam non habuisse. 2. interea de salvatore dicit: qui est super omnia deus benedictus in saecula. amen. quando ergo (enim) nulla paterni nominis mentio intercedit (fit mentio) et de Christo sermo est, non potest differri, ne deus dica-
 10 tur. frequenter enim scriptura propter unius dei professionem, si de patre loquitur deo et adiungit filium, deum patrem vocat et filium dominum. si quis autem non putat de Christo dictum: qui est deus, det personam, de qua dictum aestimat; de patre enim deo hoc loco facta mentio (mentio facta) non
 15 est. 3. sed quid mirum, ut hoc loco Christum deum super omnia aperta voce loqueretur, de quo alio loco (alia in epistola) hunc sensum tali sermone firmavit dicens: ut in nomine Iesu omne genu flectat (flectatur) caelestium [et] terrestrium et infernorum. haec sunt omnia super quae
 20 deus Christus est. neque enim exceptis his sunt aliqua, ut non super omnia deus Christus sit,

α nemini enim

β nec

potest genu flecti ab omni creatura nisi deo. denique Iohannes {apostolus} inscius, cum angelum [ut deum] vellet adorare, 30
 25 audivit (audit) ab eo: ne feceris, quia (quoniam) con-

10 cf. Quaest. 39, p. 66, 20 22 Phil. 2, 10 30 Apoc. 19, 10; cf. Quaest. 91, 6, p. 156, 9

1 et testamenta (-um IX) et legis constitutio Φ 2 obsequio S,
 -a IX 18 aestimet X 23 flectatur β KIX 30 audiit K

Et gloria et legis constitutio et testamenta et obsequium et promissa, 5. quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in saecula. amen. 1. tanta praeconia nobilitatis et dignitatis generis Iudaeorum et promissionum enumerat, ut omnibus pro his dolorem incutiat, quia non recipiendo salvatorem praerogativam patrum et promissionis meritum perdidit, peiores gentilibus facti, quos prius, quia sine deo erant, abominabantur. propensius enim malum est dignitatem perdidisse quam non habuisse. 10
 2. interea de salvatore dicit: qui est super omnia deus benedictus in saecula. amen. quando enim nulla paterni nominis fit mentio et de Christo sermo est, non potest differri, ne deus dicatur. frequenter enim scriptura propter unius dei professionem, si de patre loquitur deo et adiungit filium, deum 15
 patrem vocat et filium dominum. si quis autem non putat de Christo dictum: qui est deus, det personam, de qua dictum aestimat; de patre enim deo nulla mentio hoc in loco est.
 3. sed quid mirum, ut hoc loco Christum deum super omnia aperta voce loqueretur, de quo alia in epistola hunc sensum 20
 tali sermone firmavit dicens: ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum. haec sunt omnia super quae deus Christus est. neque enim exceptis his sunt aliqua, ut non super omnia deus Christus sit, nec potest genu flecti ab omni creatura nisi deo. 25
 denique Iohannes apostolus inscius, cum angelum vellet adorare, audit ab eo: ne feceris, quoniam conservus

10 cf. Quaest. 39, p. 66, 20 21 Phil. 2, 10 27 Apoc. 19, 10;
 cf. Quaest. 91, 6, p. 156, 9

1 legislatio *C* testamenta et legis constitutio *FGMBOYD*, testamentum (-a *W*) et legislatio *WA* 2 promissiones *WA* 6 pro his *om. G¹FBOYD* 7 praerogativa *FGOD*, -um *A* 8 gentibus *FGMBOYD* 13 est sermo *FG* 16 sq. de christo non p. *WA* 18 aestimet *C* hoc loco mentio facta non est *C* 19 ut] si in *A* 22 flectat *C*, flectetur *W*

servus tuus sum. deum adora. 4. nec Christus (dominus) utique adorari se pateretur, nisi quia deus est. si quo minus, usurpasse dicendus est et peccasse, quod absit, cum ipse diabolum increpans dominum deum adorandum et ipsi soli serviendum ostendat. nihil ergo praeiudicandum (praeiudicabitur) deo patri, cum adoratur Christus ut deus, quia et eum soli deo serviendum dicatur, servitur et Christo. dicit enim alio loco: qui in his servit Christo, placet deo. quid ergo superest, nisi ut [et] pater deus et filius deus {et nihilo-
 5 minus unus} deus credatur uterque? sive {enim} patrem quis adoret sive filium, unum deum dicatur (dicitur) adorare, et servire patri et (aut) filio, uni deo servitium exhibetur. nulla igitur [in his] discretio est, quia qui adorat filium, adorat {et} patrem, et qui servit patri, servit filio. {4a. et ut sine adulatione deitatis huius confessionem esse doceret, in conclusione posuit amen, hoc est verum, ut Christum deum super omnia in veritate ostenderet benedictum in saecula.}

9, 6. Non autem excidit verbum dei. {1a. non excidit verbum dei dicentis: in Isaac vocabitur tibi semen, id est hoc evenit, quod dixit deus futurum, ut non hi dicerentur semen esse Abrahac, qui filii eius essent secundum carnem, sed isti, qui fidem acceperunt, per quam natus est Isaac, reformatam tempore Christi, non iam specialem, sed generalem, ut quod Abraham credidit de Isaac, isti crederent
 20 de deo et Christo, quia natus est dei filius ad salutem humani generis redhibendam.}

3sq. cf. Matth. 4, 10 8 Rom. 14, 18 19 Gen. 21, 12

2 adorare K 11 dicitur β IX

tuus sum. deum adora. 4. nec dominus utique adorari se permisisset [nisi quia deus est]. si quo minus, usurpasse dicendus est et pecasse, quod absit, cum ipse diabolium increpans dominum deum omnium adorandum et ipsi soli serviendum ostendat. nihil ergo praeiudicabitur deo patri, cum adoratur Christus ut deus, quia et cum soli deo serviendum dicatur, servitur et Christo. dicit enim alio loco: qui in his servit Christo, placet deo. quid ergo superest, nisi ut pater deus et filius deus et nihilominus unus deus credatur uterque? sive enim patrem quis adoret sive filium, unum deum dicitur adorare, et servire patri aut filio, uni deo servitium exhibetur. nulla igitur in his discretio est, quia qui adorat filium, adorat et patrem, et qui servit patri, servit filio. 4a. et ut sine adulatione deitatis huius professionem esse doceret, in conclusione posuit amen, hoc est verum, ut Christum deum super omnia in veritate ostenderet benedictum in saecula.

9, 6. Non autem excidit verbum dei. 1a. non excidit verbum dei dicentis: in Isaac vocabitur tibi semen, id est hoc evenit, quod dixit deus futurum, ut non hi dicerentur semen esse Abrahae, qui filii eius essent secundum carnem, sed isti, qui fidem acceperunt, per quam natus est Isaac, reformatam tempore Christi, non iam specialem, sed generalem, ut quod Abraham de Isaac credidit, isti crederent de deo et Christo, quia natus est dei filius ad salutem humani generis redhibendam.

3sqq. cf. Matth. 4, 10 **7** Rom. 14, 18 **19** Gen. 21, 12

1 deum inquit *G²C* adorare *O WA* **2** permisisset] pateretur *C*
nisi—est *G²YDC* **4** omnium *om. W²AC* **9** credatur et *FG¹*
BYW **10** filium siue spiritum sanctum *WA* **11** filio aut spiritui
sancto *WA* **12** in his *om. A* **13** et *pr. om. FGM BYWA* patrem et
spiritum sanctum *WA* filio et spiritui sancto *WA* **14** confessionem *C*
18 excidet *FG* **19** excidet *FG* Isac *C* **20** euenit inquit *C*
24 credidit de Isac *C* **25** de *om. FG¹ M BYW* **26** redibendam *FODWA*

Neque enim omnes qui sunt ex Istrahel, hi Istrahelitae sunt, 7. neque quia semen sunt Abrahae, omnes filii. sed in Isaac vocabitur tibi semen. 1. hoc est quod vult intellegi, non {iam} ideo dignos [posse] esse omnes, quia filii sunt Abrahae, sed illos esse dignos, qui filii promissionis sunt, id est, quos scit (praesciit) deus promissionem suam suscepturos, sive ex Iudaeis sive ex gentibus. hi enim digni sunt dici Istrahelitae, id est videntes deum {qui credunt}. nam de Isaac utique omnes hi filii sunt Abrahae, quia omnis propago generis Iudaeorum ex Abraham per Isaac est. [sed quia sicut dixi, hi sunt vere filii Abrahae, qui promissionem sequuntur, quae in Isaac facta est.] 2. ac per hoc reliqui filii non sunt dicendi Abrahae. Abraham enim credens Isaac accepit propter fidem, quia credidit deo. in quo mysterium futurae fidei designatum est, ut illi essent fratres Isaac, qui eandem fidem haberent, in qua Isaac natus est, quia Isaac in typo salvatoris natus est ex promissione, ut qui credit (crediderit) Christum Iesum promissum esse Abrahae, hic sit cum filiis (filius) Abrahae, frater vero Isaac. 3. dictum est autem Abrahae quia in semine tuo benedicentur omnes gentes. quod utique in Isaac factum non est, sed in eo, qui in Isaac promissus est Abrahae, qui est Christus, in quo omnes gentes benedicentur (benedicuntur) credentes. ceteri {ergo} Iudaei filii sunt carnis, dum promissione privantur, nec deputari possunt merito Abrahae, qui fidem non sequuntur, per quam dignus extitit Abraham.

9, 8. Id est: non qui filii carnis, hi sunt filii dei, sed qui filii promissionis sunt, aestimantur in semen. {apertum est quia non possunt dici filii carnis filii dei. hi enim ex concupiscentia carnis nati sunt, isti vero

20 Gen. 22, 18

2 quia] qui IX
29 semine Φ

27 est quod Φ hi om. K

28 sunt om. Φ

Neque enim omnes, qui sunt ex Istrahel, hi Istrahelitae sunt, 7. neque quia semen sunt Abrahae, omnes filii. sed in Isaac vocabitur tibi semen. 1. hoc est quod vult intellegi, non ideo iam dignos omnes esse, quia filii sunt Abrahae, sed illos esse dignos, qui filii promissionis sunt, id est, quos praesciit deus promissionem suam suscepturos, sive ex Iudaeis sive ex gentibus. hi enim digni sunt dici Istrahelitac, id est videntes deum qui credunt. nam de Isaac utique omnes hi filii sunt Abrahae, quia omnis propago generis Iudaeorum ex Abraham per Isaac est. 10
 2. ac per hoc reliqui filii non sunt dicendi Abrahae. Abraham enim credens Isaac accepit propter fidem, quia credidit deo. in quo mysterium futurae fidei designatum est, ut illi essent fratres Isaac, qui eandem fidem haberent, in qua natus est Isaac, quia Isaac in typo salvatoris natus est ex promissione, 15 ut qui crediderit Christum Iesum promissum esse Abrahae, hic sit filius Abrahae, frater vero Isaac. 3. dictum est autem Abrahae quia in semine tuo benedicentur omnes gentes. quod utique non est factum in Isaac, sed in eo, qui in Isaac promissus est Abrahae, qui est Christus, in quo omnes 20 gentes benedicuntur credentes. ceteri ergo Iudaei filii sunt carnis, dum promissione privantur, nec deputari possunt merito Abrahae, qui non sequuntur fidem, per quam dignus extitit Abraham.

9, 8. Id est: non qui filii carnis, hi sunt filii 25

18 Gen. 22, 18

1 neque] non *W* sunt *om. A* hi *om. OYAC* 2 sunt istrahelitae
 neque (nec *A*) qui sunt semen *WA* 4 hoc est quod *om. FGMBOY*
 iam ideo *C* omnes dignos *A* esse omnes *C* 6 praescit *A*, praesciuit
FGW 11 Abrahae] abraham *G¹A* 13 signatum *W* 15 typum *MW*
AC 19 in isac factum non est *C* 20 est *pr. om. FGBW* 23 fidem
 non sequuntur *C* 25 carnis sunt *W* sunt *om. G¹MBOYD*

ex fide spiritaliter secundum quod promissum est Abrahae, ut illi aestimarentur semen esse, qui crederent.}

9, 9. Promissionis enim verbum hoc est: ad hoc tempus veniam et habebit Sarra filium. {hoc in Genesi habetur.} hoc (quod) praefiguratum in Christo est, ut futurus Christus promitteretur filius Abrahae, in quo promissionis verbum impleretur,

α in quo

β ut in Christo

benedicerentur omnes gentes terrae. quando enim promissio facta est Abrahae et audivit quia in semine tuo benedicentur omnes gentes, Christus utique illi promissus est ex traduce Isaac, in quo hoc inpletum videmus.

9, 10. Non solum autem haec {id est Sarra}, sed et Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. 1. non tantum ergo Sarram in typo dicit generasse Isaac, sed et Rebeccam uxorem Isaac. sed alia causa est in Isaac, alia in Iacob et Esau, quia Isaac in figura salvatoris natus est, Iacob vero et Esau duorum populorum habent typum, id est credentium et non credentium, ut cum ex uno sint, diversi sint tamen. in singulis enim et genus significatur, ut hi unius generis dicantur, qui in causa fidei unum sunt vel perfidiae. unus enim significatur in multis, non per traducem carnis, sed per communem causam, quia {et} ex Esau {et} Iacob filii dicendi sunt, et ex Iacob Esau inputandi sunt filii. 2. nec enim quia Iacob laudatur, omnes ex eo nati filii eius merito dicendi sunt, aut quia Esau displicet, omnes ex eius origine reprobii sunt, cum videamus et de Iacob traduce natos

5 Gen. 18, 10, 14

10 Gen. 22, 18

18 cf. Gen. 25, 23

13 haec *om.* Φ 14 rebecca *N*, rebecca *S*, rebecca *K* 14sq. patre nostro Φ 16 rebecca *S* 17 et in esau *SIX* 20 genus] gens *SIX* et genus *om.* *K* 21 quia *NS*¹

dei, sed qui filii promissionis sunt, aestimantur in semen. et dicit filios carnis et filios dei. hi enim ex concupiscentia carnis nati sunt, isti vero ex fide spiritaliter secundum quod promissum est Abrahae, ut illi aestimarentur semen esse, qui crederent.

5

9, 9. Promissionis enim verbum hoc est: ad hoc tempus veniam et habebit Sarra filium. hoc in Genesi habetur. quod praefiguratum in Christo est, ut futurus Christus promitteretur filius Abrahae, in quo inpleretur promissionis verbum, ut in Christo benedicerentur omnes gentes terrae. quando enim promissio facta est Abrahae et audivit quia in semine tuo benedicentur omnes gentes, Christus utique illi promissus est ex traduce Isaac, in quo hoc inpletum videmus.

10

9, 10. Non solum autem haec, id est Sarra, sed et Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. 1. non tantum ergo Sarram in typum dicit generasse Isaac, sed et Rebeccam uxorem Isaac. sed alia causa est in Isaac, alia in Iacob et Esau, quia Isaac in figura salvatoris natus est, Iacob vero et Esau duorum populorum habent typum, id est credentium et non credentium, ut cum ex uno sint, diversi sint tamen. in singulis enim et genus significatur, ut hi unius generis dicantur, qui in causa fidei unum sunt vel perfidiae. unus enim significatur in multis, non per traducem carnis, sed per communem causam, quia et ex Esau Iacob filii dicendi

25

6 Gen. 18, 10, 14

12 Gen. 22, 18

20 cf. Gen. 25, 23

1 aestimantur] aestimabuntur *FG¹BO Y*, deputantur *WA* 2 semine *G²ODA* et dicit—dei] apertum est quia non possunt dici filii carnis filii dei *C*, apertum est non posse dici filios carnis filios dei *WA* 4 illi] hi *WAC* 7 erit sarrae filius *WA* 8 habetur ut *AC* 9sq. promissionis uerbum impleretur *C* impleretur uerbum pr. *D* 11sq. terrae—gentes *om.* *FG¹O YDW* 12 gentes terrae *A* 15 haec id est sarra *om.* *DW* 16sq. patri nostro *FG¹MBO*, patre nostro *YD²W*, patrem nostrum *D¹A* 18 sed] et *A* 22 sunt *OA* 25 et *om.* *FGMBOW* fili *C*

factos perfidos et de Esau fideles et deo caros. nam quia de Iacob multi sunt perfidi, dubium non est; omnes enim Iudaei non credentes aut credentes ex eo habent originem. et quia de Esau sunt boni et fideles, probat Iob, qui est ex filiis Esau,
 5 quintus ab Abraham, hoc est nepos Esau.

9, 11. Nam cum nati nondum fuissent aut aliquid egissent bonum vel malum, ut secundum electionem propositum dei maneret (permaneret),
12. non ex operibus, sed ex vocatione dictum est,
 10 quia maior serviet minori, **13.** sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. {hoc in Malachia habetur.} 1. [hoc] praescientiam dei flagitat in his causis, quia non aliud potest evenire quam novit deus futurum. sciendo enim quid unusquisque illorum futurus esset
 15 dixit: hic erit dignus, qui erit minor, et qui maior, erit indignus. unum elegit praescientia et alterum sprexit. et in illo quem elegit, propositum dei manet, quia aliud non potest evenire quam scit et proposuit in illo, ut salute dignus sit; et in illo quem sprexit (spernit), simili modo manet propositum,
 20 quod proposuit de illo, quia indignus erit. hoc quasi praescius, non personarum acceptor, nam neminem damnat, antequam peccet, et nullum coronat, antequam vincat. 2. hoc pertinet ad causam Iudaeorum, qui sibi praerogativam defendunt, quod filii sint Abrahae. apostolus autem con-
 25 solatur se, ut quia dixerat dolorem se habere (habere se) cordis continuum causa incredulitatis illorum, quorum adoptio erat filiorum et legis constitutio et ex quibus Christus salvator,

11 Mal. 1, 2. 3

5 abraam S 6 nondum nati Φ 9 uocante Φ 13 quia] qua K
 17 quia] qua K

sunt, et ex Iacob Esau inputandi sunt filii, 2. non enim quia Iacob laudatur, omnes ex eo nati filii eius merito dicendi sunt, aut quia Esau displicet, omnes ex origine eius reprobi sunt, eum videamus et de Iacob traduee natos faetos perfidos et de Esau fideles et deo caros. nam quia de Iacob multi sunt perfidi, dubium non est; omnes enim Iudaei [non credentes aut credentes] ex eo habent originem. et quia ex Esau sunt boni et fideles, probat Iob, qui est ex filiis Esau, quintus ab Abraham, hoc est nepos Esau.

9, 11. Nam eum nati nondum fuissent aut aliquid egissent bonum vel malum, ut secundum electionem propositum dei permaneret, **12.** non ex operibus, sed ex vocatione dictum est, quia maior serviet minori, **13.** sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. istud in Malaehia habetur. 1. praeseientiam dei flagitat in his causis, quia non aliud potest evenire quam novit deus futurum. sciendo enim quid unusquisque illorum futurus esset dixit: hic erit dignus, qui erit minor, et qui erit maior, indignus. unum elegit praeseientia et alterum sprexit. et in illo quem elegerat, propositum dei manet, quia aliud non potest evenire quam scit et proposuit in illo, ut salute dignus sit; et in illo quem spernit, simili modo manet propositum, quod proposuit de illo, quia indignus erit. hoc quasi praeseius, non personarum acceptor, nam neminem damnat, antequam peccet, et nullum coronat, antequam vineat. 2. hoc pertinet ad causam Iudaeorum, qui sibi praerogativam defendunt, quod filii sint Abrahae. apos-

15 Mal. 1, 2. 3

1 ex om. G²DC fili C non] nec DC 2 fili C 3 ex eius origine C 6 sq. non—credentes DA 7 ex alt.] de C 8 esau aut FG MBY¹ 10 nondum nati ODW, necdum nati WA 11 boni uel mali WA 12 maneant WA, maneret C 13 uocante D, -i W est ei WA 15 istud] hoc OC, sicut FGMB 17 potest aliud WA 19 maior erit C 27 sunt OW post Abrahae add. ex auctoritate paterna FG

sicut et ipse ait {quia} salus ex Iudaeis est, tractata lege
 invenit, quia non omnes, qui ex Istrahel sunt, credituri sunt,
 neque quia dicuntur filii Abrahae, omnes Abrahae filios di-
 cendos, sicut supra memoravi. 3. minuit ergo dolorem suum
 5 inveniens olim praedictum, quod non essent omnes credituri,
 ut his solis doleat, qui per invidiam in incredulitate laborant.
 possunt tamen credere, quod in (ex) subiectis aperit. in-
 credulis tamen praedictis non valde dolendum [est], quia non
 sunt destinati (praedestinati) ad vitam; praescientia enim
 10 dei olim hos non salvandos decrevit. quis enim plangat eum,
 qui olim mortuus habetur? {3 a. sed subintransantibus gentibus,
 quae sine deo prius erant, et salutem, quam illi perdidit,
 accipientibus exsuscitatur dolor; sed iterum, quia ipsi sibi per-
 ditionis causa sunt, sopitur.} 4. praescius enim (itaque) deus
 15 malae illos voluntatis futuros, non illos habuit in numero
 bonorum {4 a. quamvis dicat salvator illis septuaginta duobus
 discipulis, quos elegerat secunda classe, qui ab illo post reces-
 serunt: nomina vestra scripta sunt in caelo. sed hoc
 propter iustitiam, quia hoc est iustum, ut unicuique pro
 20 merito respondeatur; quia enim boni erant, electi sunt ad
 ministerium et erant scripta nomina illorum in caelo propter
 iustitiam, sicut dixi; secundum praescientiam vero in numero
 erant malorum.} 5. de iustitia enim deus iudicat, non de prae-
 scientia. unde et Moysi dicit: si quis peccaverit ante me,
 25 deleam eum de libro meo, ut secundum iustitiam iudicis
 tunc videatur deleri, cum peccat, iuxta praescientiam vero
 numquam in libro {vitae} fuisse. hinc et apostolus Iohannes
 de huiusmodi ait: ex nobis exierunt, sed non fuerunt
 ex nobis. si enim fuissent ex nobis, permansissent
 30 utique nobiscum. non est personarum acceptio in prae-
 scientia dei. praescientia enim est, quia (qua) definitum

1 Ioh. 4, 22 16sq. cf. Luc. 10, 1; Ioh. 6, 67 18 Luc. 10, 20
 24 Exod. 32, 33 28 I Ioh. 2, 19

2 sunt om. Φ 3 quia] qui IX 24 musi S quis] qui S

tolus autem consolatur se, ut quia dixerat cordis se dolorem
 habere continuum causa incredulitatis illorum, quorum adoptio
 erat filiorum et legis constitutio et ex quibus Christus salvator,
 sicut et ipse ait, quia salus ex Iudaeis est, tractata lege
 invenit, quia non omnes, qui ex Istrahel sunt, credituri sunt, 5
 neque quia dicuntur filii Abrahae, omnes Abrahae filios dicen-
 dos, sicut supra memoravi. 3. minuit ergo dolorem suum in-
 veniens olim praedictum, quod non essent omnes credituri, ut
 his solis doleat, qui per invidiam minime crediderunt. possunt
 tamen credere, quod ex subiectis ostendit. incredulis tamen 10
 praedictis non valde dolendum, quia non sunt praedestinati
 ad vitam; praescientia enim dei olim istos non salvandos de-
 crevit. quis enim plangat eum, qui olim mortuus habetur?
 3 a. sed subintransibus gentibus, quae sine deo prius erant, et
 salutem quam illi perdididerunt, accipientibus exsuscitatur dol- 15
 lor; sed iterum quia ipsi sibi perditionis causa sunt, sopitur.
 4. praescius itaque deus malae illos voluntatis futuros, non
 habuit illos in numero bonorum, 4 a. quamvis dicat salvator
 illis septuaginta duobus discipulis, quos elegerat secunda 20
 classe, qui ab illo post recesserunt: nomina vestra scripta
 sunt in caelo. sed hoc propter iustitiam, quia hoc est ius-
 tum, ut unicuique pro merito respondeatur; quia enim erant
 boni, electi sunt ad ministerium et erant scripta nomina illo-
 rum in caelo propter iustitiam, sicut dixi; secundum prae-
 scientiam vero in numero erant malorum. 5. de iustitia enim 25
 deus iudicat, non de praescientia. unde et Moysi dixit: si quis
 peccaverit ante me, deleam illum de libro meo, ut
 secundum iustitiam iudicis tunc videatur deleri, cum peccat,

4 Ioh. 4, 22 18sq. cf. Luc. 10, 1; Ioh. 6, 67 20 Luc. 10, 20
 26 Exod. 32, 33

1sq. dolorem habere se cordis *C* 2 continuo *MWA* eorum *OC*
 4 et *om.* *FGMBOYWA* 6 quia] qui *D* fili *C* filios abrahamae *MW*
 10 ostendit] aperit *C* 12 istos] *YWA*, hos *cett.* 15 exsuscitat se huic *W*
 18 illos habuit *C* 20 postea *C* 22sq. boni erant *C* 24 sicut] ut *FG*

habet, qualis uniuscuiusque futura voluntas sit (erit) in qua mansurus est, per quam {aut} damnetur {aut coronetur}. denique quos scit in bono mansuros, frequenter ante sunt mali, et quos malos scit permansuros, aliquoties prius sunt
 5 boni. unde cessat querela, quia deus personarum acceptor non est. nam et Saul et Iudas Scarioth ante fuerunt boni dicente scriptura de Saul (Saule): erat vir bonus et non erat illo melior in filiis Istrahel; et de Iuda Scarioth dicit apostolus Petrus: qui sortitus est sortem ministerii huius in signis ac (et) prodigiis faciendis.
 10 6. quomodo igitur ministerium a salvatore (salutare) sortitur (sortiretur) nisi esset bonus? in sorte enim dei iudicium fuit dignum illum fuisse tempore, quo electus est {sicut illi septuaginta duo, quos supra memoravi}.

15 α sed post mali totius admissum scelus β hinc est unde et Iudas post mali totius admissum scelus paenitentia motus laqueo vitam finivit.

7. α et quid mirum, quia dicuntur fuisse boni, cum omnis β non enim potest in aliquo natura bona sit et malum omne bonum penitus obliterrari, quippe cum natura ipsa non possit inmutari, sed voluntas, non in omnibus tamen causis, quia remanet in natura, quod testimonio sit creatori.
 20
 25

9, 14. Quid ergo dicemus? numquid iniquitas apud deum? absit. quia enim unum diligit et alterum odit, numquid {ait} iniquus est? non plane, sed iustus. scit enim quid faciat et nec retractandum est eius iudicium. hoc
 30 in Malachia profeta habetur: Iacob dilexi, Esau vero

5 cf. Act. 10, 34; Gal. 2, 6 7 I Reg. 9, 2 9 Act. 1, 17
 13 cf. Luc. 10, 1 15sq. cf. Matth. 27, 5 30 Mal. 1, 2sq.

4 aliquotiens K 5 cesset IX quorila S 15 sed—admissum
 om. SIX mali totius om. K 26 dicimus SK 30 vero] autem IX

iuxta praescientiam vero numquam in libro vitae fuisse. hinc et apostolus Iohannes de huiusmodi ait: ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. non est personarum acceptio in praescientia dei. praescientia enim dei est, qua definitum habet, qualis uniuscuiusque futura voluntas erit, in qua mansurus est, per quam aut damnetur aut coronetur. denique quos scit in bono mansuros, frequenter ante sunt mali, et quos scit malos permansuros, aliquoties prius sunt boni. unde cessat querela, quia deus personarum acceptor non est. nam et Saul et Iudas [Scarioth] ante fuerunt boni dicente scriptura de Saule: erat vir bonus et non erat melior illo in filiis Istrahel; et de Iuda Scarioth dicit apostolus Petrus: qui sortitus est sortem ministerii huius [in signis et prodigiis faciendis], id est apostolatus. 6. igitur quomodo ministerium salutare sortiretur, nisi esset bonus? in sorte enim dei iudicium fuit dignum illum fuisse tempore, quo electus est, sicut et illi septuaginta duo, quos supra memoravi. hinc est unde et Iudas post scelus mali totius admissum paenitentia motus laqueo vitam finivit. 7. non enim potest penitus in aliquo omne bonum obliterari; nec enim natura ipsa potest inmutari, sed voluntas, non in omnibus tamen causis, quia remanet in natura, quod testimonio sit creatori.

9, 14. Quid ergo dicemus? numquid iniquitas apud deum? absit. quia enim unum diligit et alterum odit,

2 I Ioh. 2, 19 10 cf. Act. 10, 34; Gal. 2, 6 12 I Reg. 9, 2
14 Act. 1, 17 18 cf. Luc. 10, 1 19sq. cf. Matth. 27, 5

2 iohannis WC 9 aliquoties DWC 11 Scarioth C 12sq. illo melior C 13 scariotha WA¹ 13sq. petrus apostolus C 14sq. in—faciendis D 18 et om. C 19sq. mali totius admissum scelus C
21 in aliquo omne bonum paenitus C obliterare A 21sq. nec—potest] quippe cum natura non possit C 25 dicimus W, dicamus A¹ iniquitas est W 26 absit om. A

odio habui. hoc iam de iudicio dicit, nam prius de praescientia ait quia maior serviet minori, sicut et de praescientia Faraonem damnavit, sciens non correcturum, apostolum vero Paulum persequentem [ecclesiam] elegit, praescius
 5 utique, quod futurus esset bonus. hunc ergo praevenit ante tempus, quia necessarius erat, et Faraonem ante {futurum} iudicium damnavit, ut crederetur iudicaturus.

9, 15. Moysi enim dicit: miserebor cui misertus ero, et misericordiam praestabo, cui misericordiam
 10 praestitero. 1. ergo miserebor, inquit, eius, cui misertus ero. hoc est: eius miserebor, cuius (cui) praescius eram quod misericordiam daturus essem, sciens conversurum illum et permansurum apud me. et misericordiam praestabo {ei}, cui misericordiam praestitero, id est: [ei] misericordiam dabo, quem praescii post errorem recto corde rever-
 15 surum ad me. {1a. hoc est dare illi, cui dandum est, neque non dare illi, cui dandum non est, ut eum vocet, quem sciat obaudire, illum autem non vocet, quem sciat minime obaudire. vocare est autem compungere ad recipiendam fidem.}

9, 16. Igitur non volentis neque currentis, sed
 20 miserentis est dei. 1. recte, quia non in voluntate petentis, sed in dantis arbitrio debet esse,
 α quod dandum est, et quod β quod poscitur. an enim
 poscitur, dantis debet iudicio dandum sit, dantis debet iu-
 25 pensari, quia iuste iudicat, dicio pensari. nam Saul pec-
 cans, cum petisset veniam,
 non accepit, at contra David

2 Gen. 25, 23 4 cf. Act. 9, 3 25sq. cf. Quaest. 18, p. 44,
 20sq.; I Reg. 15, 24—31 27sq. cf. II Reg. 12, 13

3 non se IX 5 utique deus K 8 mosi N¹S 9 ero] fuero Φ
 21 miserantis K

numquid, ait, iniquus deus est? non plane, sed iustus. scit enim quid faciat et nec retractandum est eius iudicium. hoc in Malachia habetur profeta, sicut supra dictum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. hoc iam de iudicio dicit, nam prius de praescientia ait quia maior serviet minori, sicut et de praescientia Faraonem damnandum censuit sciens non correcturum, apostolum vero Paulum persequentem elegit, praescius utique, quod futurus esset fidelis. hunc ergo praevenit ante tempus, quia necessarius erat, et Faraonem ante futurum iudicium damnavit, ut crederetur iudicaturus. 10

9, 15. Moysi enim dicit: miserebor cui misertus ero, et misericordiam praestabo, cui misericordiam praestitero. 1. ergo miserebor, inquit, eius, cui misertus ero. hoc est: illius miserebor, cui praescius eram quod misericordiam daturus essem, sciens conversurum illum et mansurum apud me. et misericordiam praestabo ei, cui misericordiam praestitero, id est: misericordiam dabo, quem praescii post errorem recto corde regressurum ad me. 1a. hoc est dare illi, cui dandum est, neque non dare illi, cui dandum non est, ut eum vocet, quem sciat obaudire, illum autem non vocet, quem sciat minime obaudire. vocare autem compungere est ad recipiendam fidem. 15 20

9, 16. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei. 1. recte, quia non in voluntate petentis, sed in dantis arbitrio debet esse, quod poscitur. an enim 25

3 Mal. 1, 2sq. 5 Gen. 25, 23 7 cf. Act. 9, 3

1 deus *om. C* est *om. A* 2 nec] *om. W*, ne *FG*, non *Y* 3 propheta habetur *C* sicut—est *om. C* dixi *WA* 6 et *om. WA* damnavit sciens *C*, *add.* eum *WA* 8 fidelis] bonus *DC* 11 cuius *C* miserebor] miserebor *WA* 11sq. cui miserebor *WA* 14 misertus ero] miserebor *WA* illius] eius *C* 15 conversurum] permansurum *W* 16 mansurum] permansurum *DWAC* ei *om. A* 17 misericordiam praestitero] miserebor *WA* id] hoc *W* est] est ei *C* 18 regressurum] reuersurum *D* 19 dare] mandare *FGM* 22 post autem *add.* non repugnare sed *A* 22 est compungere *WAC* 24 dei est *W*

peccans et ignosci sibi veniam
 postulans consecutus est. ex
 hoc utique dantis dei et non
 dantis iudicium sequendum
 5 est, quia non iniuste iudicat,
 qui omnes salvos vult manente iustitia. 2. inspector enim
 cordis [deus] scit petentem, an hac mente poscat, ut mere-
 atur accipere. [propterea ergo iuste dictum est: neque
 volentis neque currentis et cetera.] {2a. et quamvis
 10 periculosum sit iudicium dei discernere, tamen propter dif-
 fidentes, ut mens eorum medelam consequi possit, ne putent
 iudicium dei iniustum dicentes: unum vocat, alterum
 neglegit, sic arbitantes excusari posse damnandos, rebus
 istud potius probemus quam verbis. ubi enim rerum ges-
 15 tarum exempla sunt, nemo audet queri nec aliquam excusa-
 tionem obtendere. duo fuerunt David et Saul. inquiramus
 historias, qualis unusquisque eorum reperiatur post iudicium
 dei, ut si Saul bene se egisse, postquam misericordiam non
 accepit, probetur, iniustum, quod absit, dei iudicium arbi-
 20 tremur, aut si David accepta misericordia deum contemp-
 sisse inveniatur, an in eo manserit, in quo misericordiam
 consecutus est. et ut utatur dispendio uterque necessitatem
 passus est regni. 2b. et quanta fuit necessitas David, ut
 filius eius vellet illum regno privare! in qua necessitate flens
 25 nudo pede iter faciebat, ut fugeret rex et dux populi dei,
 in tantum humiliatus, ut et in faciem sibi servo suo maledi-
 centi non responderet, ut per patientiam deum sibi propitium
 faceret, per quem regnum sibi credidit servari. Saul autem
 nec in tali necessitate inventus, quia maius malum est in-
 30 testinum bellum quam externum, insuper furens, quia semel
 et iterum non sit auditus, cum esset indignus, nec in prece

6 *cf.* I Tim. 2, 4; Prov. 24, 12 12 Luc. 17, 34 25 *cf.* II Reg.
 15, 16 26sq. *cf.* II Reg. 16, 10

6 vult] saluat IX 7 an] in Φ

dandum sit, dantis debet iudicio pensitari. nam Saul peccans, cum petisset veniam, non accepit, at contra David peccans et ignosci sibi postulans veniam consecutus est. ex hoc utique dantis dei et non dantis iudicium sequendum est, quia non iniuste iudicat, qui omnes salvos vult manente iustitia. 2. inspector enim cordis scit petentem, an hac mente poscat, ut mereatur accipere. 2a. et quamvis periculosum sit iudicium dei discernere, tamen propter diffidentes, ut mens eorum medelam consequi possit, ne putent iniustum iudicium dei dicentes: unum vocat, alterum negligit, sic arbitran- 10
tes excusari posse damnandos, rebus hoc potius probemus quam verbis. ubi enim rerum gestarum exempla sunt, nemo audet queri nec aliquam excusationem obtendere. duo fuerunt Saul et David. inquiramus historias, qualis unusquisque eorum reperiatur post iudicium dei, ut si Saul bene se egisse, 15
postquam misericordiam non accepit, probetur, iniustum, [quod absit,] dei iudicium [arbitremur], aut si David accepta misericordia deum contempsisse inveniatur, an in eo manserit, in quo misericordiam consecutus est. et ut utatur compendio uterque eorum necessitatem passus est regni. 2b. et quanta 20
fuit necessitas David, ut filius eius vellet illum regno privare! in qua necessitate flens nudo pede iter faciebat, fugiens dux et rex populi dei, in tantum humiliatus, ut [et] in faciem servo suo maledicenti sibi non responderet, ut per patientiam

1 sq. cf. Quaest. 18, p. 44, 20sqq.; I Reg. 15, 24—31 2sq. cf. II Reg. 12, 13 5 cf. I Tim. 2, 4 6 cf. Prov. 24, 12 10 Luc. 17, 34
22 cf. II Reg. 15, 16 23sq. cf. II Reg. 16, 10

1 pensari ODA 2 non] nec FGMB C e contra W 3 ue-
niam postulans C 6 an hac] qua WA 7 accipi FGMB 10 et
alterum C negligit C 11 excusare A hoc] istut C 14 dauid et saul
WAC requiramus WAC ystorias FGM 15 se om. BD 15sq. egisse—
iudicium] egit et postea misericordiam non est consecutus iniustum (iu-
stum W) dei iudicium WA 17 quod absit C arbitremur W 18 man-
sit FGMBODW 19 compendio] dispondio A 20 eorum om. C
22sq. fugiens—rex] ut fugeret rex et dux C 23 et alt.] C, nec in ras. D
24 non om. D sibi servo suo maledicenti C

perstitit, ut meritum sibi faceret, per quod esset dignus, sed inpatiens et de dei iudicio indignatus ab idolis, quae prius velut nullius momenti damnauerat, auxilium requisivit. ecce iustum esse iudicium praescientiae dei etiam nolentibus
 5 manifestum est.}

9, 17. Dicit enim scriptura ad Faraonem: quia ad hoc ipsum servavi te (te servavi) [sive excitavi], ut ostendam in te virtutem meam et ut adnuntietur nomen meum in universam terram. {1a. alii
 10 codices sic habent: quia ad hoc te suscitavi, ut ostendam in te virtutem meam. sive servavi sive suscitavi, unus est sensus.} 1. hoc enim dicit, quia cum Farao — quod erat nomen regium (nomen regium erat) apud Aegyptios {sicut et apud Romanos reges Augusti appellantur} —
 15 hic ergo {Farao}, cum tantis malis esset reus, ut vivere non deberet, numquam futurus bonus, ne se aut merito vivere aut deum, quem saepe fallebat (fallendum censebat), ad vindictam dandam inpotentem putaret, audit a deo: ad hoc te servavi, ut ostendam in te virtutem meam et
 20 ut adnuntietur nomen meum in universam terram, ut in hoc ceterae gentes addiscerent non esse alterum (alium) deum praeter hunc, qui Iudaeorum erat et factus est Christianorum; quamvis et illi Christiani fuerint et nos nunc simus Iudaei propter Iudam, ex quo Christus est secundum carnem,
 25 quia Iudaei veteres sperando futurum Christum redemptorem Christiani erant. 2. nam Raab meretrix dicit exploratoribus

2sq. cf. I Reg. 28, 7sqq. 7sqq. Exod. 9, 16 22 cf. Quaest. 3, 4, p. 24, 1sq. 24 cf. Hebr. 7, 14

6 ad Faraonem] pharaoni Φ V 7 in hoc Φ V sive excitavi
 om. β K 9 uniuersa terra Φ V 20 uniuersa terra Φ V

deum sibi propitium faceret, per quem regnum sibi credidit reservari. Saul autem nec in tali necessitate inventus, quia maius malum est intestinum bellum quam externum, insuper furens, quia semel et iterum non sit auditus, cum esset indignus, nec in prece perstitit, ut meritum sibi faceret, per quod esset dignus, sed inpatiens et de dei iudicio indignatus ab idolis, quae prius velut nullius momenti damnaverant, auxilium requisivit. ecce iustum esse iudicium praescientiae dei etiam nolentibus manifestum est.

9. 17. Dicit enim scriptura ad Faraonem, quia ad hoc ipsum te servavi, ut ostendam in te virtutem meam et ut adnuntietur nomen meum in universam terram. 1a. alii codices sic habent: quia ad hoc te suscitavi, ut ostendam in te virtutem meam. sive servavi sive suscitavi, unus est sensus. 1. hoc enim dicit, quia cum Farao — quod nomen regum erat apud Aegyptios, sicut et apud Romanos reges Augusti appellantur — hic ergo Farao, cum tantis malis esset reus, ut vita indignus esset, numquam correcturus, ne se aut merito vivere aut deum, quem saepe fallendum censebat, ad vindictam dandam inpotentem putaret, audit a deo: ad hoc te servavi, ut ostendam in te virtutem meam et ut adnuntietur nomen meum in universam terram, ut in isto ceterae gentes addiscerent non esse alium deum praeter hunc, qui Iudaeorum erat et factus est Christianorum; quam-

7sq. cf. I Reg. 28, 7sq. 11 sq. Exod. 9, 16 25 cf. Quaest. 3, 4, p. 24, 1sq.

1 propitium sibi *A* 10 ad faraonem] pharaoni *DWAC* quia] quoniam *W* 11 ad] in *AC* ipso *A* servavi] reseruavi *OD*, suscitavi *W*, excitavi *te A* 12 et *om. FG* nuntietur *W* 13 uniuersa terra *ODWA* quia *om. C* 14 hoc—suscitavi] hoc ipsum te (*te om. W*) seruavi siue (uel *W*) suscitavi unus *WA* 15 reseruavi *OD* 16 pharaon *C* 18 hic—cum *om. D* 18sq. ut—correcturus] ut uiuere non deberet numquam futurus bonus ita in malis suis perdurauit nec se emendare uoluit aestimans *C* 19 correcturus] futurus bonus *D* 21sq. reseruavi *OD* 23 uniuersa terra *ODA* 24 isto] hoc *C*

Iudaeorum missis ab Iesu Nave, qui prius Auses (Auxes) dicebatur: auditae sunt {hic} virtutes et plagae, quae factae sunt in Aegypto (Aegyptum) a deo vestro, et territi (conterriti) sunt nimis; timent enim a facie vestra. ad hoc ergo servatus est Farao, ut multa signa et plagae ostenderentur in illo (illum) quasi iam mortuo (mortuum); suscitatus autem dictus est, quia cum apud deum mortuus esset, modicum tempus accepit, ut vivere videretur, ut esset in cuius poenam et varia tormentorum genera usque ad mortem omnes, qui sine deo erant, metu territi hunc solum deum esse cum admiratione maxima faterentur, cuius (a quo) hae vindictae sunt. hoc etiam genere antiqui medici in {hominibus} morte dignis vel mortis sententiam consecutis requirebant, quomodo prodessent bonis (vivis), ut quae in homine latebant his carptis (apertis his) cognoscerent causas aegritudinis, ut poena
 α mali proficeret ad salutem β morientis proficiat ad salutem viventis.

9, 18. Igitur cui vult deus miseretur et quem vult indurat. **19.** dicis itaque mihi. 1. ex persona contradicentis loquitur, qui quasi putet deum neglecta iustitia alicui gratiosum, ut unum e duobus paribus accipiat, alterum respuat, hoc est: unum compungat, ut credat, alterum induret, ne credat. cui quidem ex auctoritate respondit, servata tamen iustitia, ex supra memorata praescientia dicens:

Quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis resistit? 2. primum docet quia resisti ei non potest; est enim potentissimus ultra omnes; deinde quia deus omnium est et parens, et ideo nulli male vult; quae fecit enim, in-

2 Ios. 2, 9 8 cf. Apoc. 12, 12

3 a domino deo *K* 4 timent] timemusque *I³X* 5 ergo *om. S I X*
 9 poenam] poena *K*, pena *I X* 19 deus *om. Φ V* 20 itaque] enim *K*
 24 respondet *I X* 26 adhuc] ergo *Φ*

vis et illi Christiani fuerint et nos nunc simus Iudaei propter Iudam, ex quo Christus est secundum carnem, quia Iudaei veteres sperantes futurum Christum redemptorem Christiani erant. 2. nam Raab meretrix dicit exploratoribus Iudaeorum missis ab Iesu Nave, qui prius Auxes dicebatur: auditae 5 sunt hic virtutes et plagae, quae factae sunt in Aegyptum a deo vestro, et conterriti sunt nimis; timent enim a facie vestra. ad hoc ergo servatus est Farao, ut multa signa et plagae ostenderentur in illum quasi iam mortuum; suscitatus autem dictus est, quia cum apud 10 deum mortuus esset, modicum tempus accepit, ut vivere videretur, ut esset in cuius poenam et varia tormentorum genera usque ad mortem omnes, qui sine deo erant, metu territi hunc solum deum esse cum admiratione maxima faterentur, a quo hae vindictae sunt. hoc etiam genere antiqui 15 medici in hominibus morte dignis vel mortis sententiam consecutis requirebant, quomodo prodessent vivis, ut quae in homine latebant apertis his cognoscerent causas aegritudinis, ut poena morientis proficiat ad salutem viventis.

9, 18. Igitur cui vult deus miseretur et quem 20 vult, indurat. **19.** dicis itaque mihi. 1. ex persona contradicentis loquitur, qui quasi putet deum neglecta iustitia alicui gratiosum, ut unum e duobus paribus accipiat, alterum respuat, hoc est: unum compungat, ut credat, alterum induret, ne credat. cui quidem ex auctoritate respondit, ser- 25 vata tamen iustitia, ex supra memorata praescientia dicens:

Quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis resistit? 2. primo docet quia resisti ei non potest;

2 cf. Hebr. 7, 14 5 Ios. 2, 9 11 cf. Apoc. 12, 12

3 sperando *G²C* 5 ad *A* auses *WA* 7 egypto *FGMODW*
 8 enim] ergo *W* reseruatus *D* 9sq. illo . . . mortuo *Y* 15 hae] haec *OYDC*
 20 igitur] ergo *WA¹* cuius *C* deus vult *FGM* deus *om. WA*
 23 partibus *FG¹B¹* 25 indurat *OAC* 27 adhuc] ergo *WA* enim *om. A* 28 docet] dicit *DC*

columbia vult manere. nec enim competit ei, ut iniustus sit, cuius benivolentia tanta apparet, ut non solum faceret esse quae non erant, verum ea ipsa vita aeterna donaret et gloria, ut opus eius aliquid maiestatis eius simile haberet. qui ergo
5 tam providus et bonus est ambigi non debet, quia iustus est.

9, 20. O homo! tu quis es, qui respondeas deo?

1. magna

α indignitas est et praesump- β est, inquit, indignitas et
tio praesumptio

10 hominem respondere in adversis deo, iniquum iusto, malum bono, inperitum perfecto, infirmum fortissimo, corruptibilem incorrupto, mortalem inmortalis (inmortalis mortalem), servum [nequam] domino, creaturam conditori.

Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit:
15 quid me fecisti sic? 2. hoc de Esaia profeta est, quod hic quasi proprium ponit. per quod ostendit contra auctorem opus eius queri non posse; in potestate enim auctoris est, qualem velit condere creaturam.

9, 21. Aut non habet potestatem figulus luti
20 ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero ad contumeliam? 1. manifestum est vasa aliqua fieri ad honorem, quae ad usus honestos sint necessaria, alia vero in (ad) contumeliam, quae instrumento (strumento) sint culinarum, unius tamen esse substantiae,
25 sed differre voluntate opificis in honore (honorem). ita et deus, cum omnes ex una atque eadem massa simus in substantia et cuncti peccatores {1a. alii miseretur et alterum

14 Is. 45, 9

4 ut] et ΦV 13 conditori] creatori K 20 quidem *om.* ΦV
21 vero] autem $SIX V$, *om.* K ad] in ΦV 22 sunt IX 23 instru-
mento] fragmento SV^1 , fragmento KIX 24 culinarum *om.* ΦV
25 uoluntatem Φ honorem βSK 27 substantiam SIX

est enim potentissimus ultra omnes; deinde quia deus est omnium et parens, et ideo nulli male vult; quae fecit enim, incolumia vult manere. nec enim competit ei, ut iniustus sit, cuius benivolentia tanta apparet, ut non solum faceret esse quae non erant, verum ea ipsa vita aeterna donaret et gloria, 5 ut opus eius aliquid maiestatis eius simile haberet. qui ergo tam providus et bonus est ambigi non debet, quia iustus est.

9, 20. O homo! tu quis es, qui respondeas deo?

1. magna est, inquit, indignitas et praesumptio hominem respondere in adversis deo, iniquum iusto, malum bono, in- 10 peritum perfecto, infirmum fortissimo, corruptibilem incorrupto, mortalem inmortali, servum domino, creaturam conditori.

Numquid dicit figmentum ei qui se finxit: quid me fecisti sic? 2. hoc de Esaia profeta est, quod 15 hic quasi proprium ponit. per quod ostendit contra auctorem opus eius queri non posse; in potestate enim auctoris est, qualem velit condere creaturam.

9, 21. Aut non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in hono- 20 rem, aliud vero ad contumeliam? 1. manifestum est vasa aliqua fieri ad honorem, quae ad usus honestos sint necessaria, alia vero ad contumeliam, quae strumento sint culinarum, unius tamen esse substantiae, sed differre voluntate opificis in honorem. ita et deus, cum omnes ex una 25

14 Is. 45, 9

1 sq. omnium est *C* 3 incolumia] incolomia *A*¹, incoloma *D*, colomia *W*, incolomes *FGMBO* 4 apparet *FGM* 6 eius *alt. om. A*
 haberet simile *WA* 8 qui contra *W* 9 hominum *MA* 10 deo
 in aduersis *C* 12 seruum nequam *D* 15 sic fecisti *A* 16 per quod]
 quo *C* 19 figulus potestatem *W* 20 in] ad *A* 21 ad] in *FGOYDWA*

despicit, non sine iustitia. in figulo enim sola voluntas est, in deo autem voluntas cum iustitia}. 2. scit enim cuius debet (debeat) misereri, sicut supra memoravi.

9, 22. Quod si volens deus ostendere iram et
 5 manifestare potentiam suam in multa patientia
 in vasis irae praeparatis in interitum. ipse sensus
 est, quia voluntate et longanimitate dei, quae est patientia,
 praeparantur infideles ad poenam. diu enim expectati con-
 verti noluerunt. ideo ergo expectati sunt, ut inexcusabiles
 10 deperirent; scivit enim deus hos non credituros.

9, 23. Et ut ostenderet divitias gloriae suae in
 vasis misericordiae, quae praeparavit ad gloriam.
 1. patientia et longanimitas
 α est dei, β dei ipsa est,
 15 quae sicut malos praeparat ad interitum, ita et bonos prae-
 parat ad coronam. boni enim sunt, in quibus spes fidei est.
 omnes enim sustinet sciens exitus singulorum. ac per hoc
 patientia {est, quae} illos, qui ex malis corriguntur aut in
 bonum (bono) perseverantes sunt, praeparat ad gloriam.
 20 divitiae autem gloriae sunt dignitas multa (multiplex) prae-
 parata credentibus. eos autem, qui ex bonis fiunt mali aut (et)
 in coepto malo perdurant, praeparat ad interitum. 2. hoc est
 autem manifestare potentiam suam in multa patientia, quia
 cum putatur non vindicaturus, quia diu dissimulat, cum coe-
 25 perit vindicare, apparebit eius potentia, quia cum possit
 {statim} vindicare, diu sustinuit {ut perfidi queri non possint
 damnati}. praeparare est autem unumquemque scire quid
 futurus est (sit).

2 enim] tamen IX
 verti—expectati om. ΦV

5 suam] suam sustinuit ΦV
 12 uasa ΦV ad] in ΦV

8sq. con-

atque eadem massa simus in substantia et cuncti peccatores, 1 a. alii miseretur et alterum despicit [non sine iustitia. in figulo enim sola voluntas est, in deo autem voluntas cum iustitia]. 2. scit enim cuius debeat misereri, sicut supra memoravi. 5

9, 22. Quod si volens deus ostendere iram et manifestare potentiam suam in multa patientia in vasis irae praeparatis in interitum. ipse sensus est, quia voluntate et longanimitate dei, quae est patientia, praeparantur infideles ad poenam. diu enim expectati con- 10 verti noluerunt. ideo ergo expectati sunt, ut inexcusabiles deperirent; scivit enim deus hos non credituros.

9, 23. Et ut ostenderet divitias gloriae suae in vasis misericordiae, quae praeparavit ad gloriam. 1. patientia et longanimitas dei ipsa est, quae sicut 15 malos praeparat ad interitum, ita et bonos praeparat ad coronam. boni enim sunt, in quibus spes fidei est. omnes enim sustinet sciens exitum singulorum. ac per hoc patientia est, quae illos, qui ex malis corriguntur aut in bono perseverantes sunt, praeparat ad gloriam. divitiae autem gloriae 20 sunt dignitas multiplex praeparata credentibus. eos autem, qui ex bonis fiunt mali et in coepto [malo] perdurant, praeparat ad interitum. 2. hoc est autem manifestare potentiam suam in multa patientia, quia cum putatur non vindicaturus, prop-

1 substantia] -iam MC, -iae A 2 miseretur—despiciet] cuius miseretur debeat misereri et alium dispiciet W et alterum] alium A
2sq. non—iustitia YADC 6 ostendere] notum facere YW, notam facere A 7 post suam add. sustinuit YWA 7sq. patientia—interitum] patientia uasa irae aptata (apta W) in perditionem WA 11 ideo] adeo GC 13 et om. WA 13sq. ostenderet—vasis] notas faceret divitias suas in uasa WA 14 ad] in WA 16 ita] sic W 17 in om. WA
quibus—est] quibus per fidem inest FGMBO 19 qui] ut FBOD, om. M
19sq. corrigantur . . . sint FGBOD 20 autem] ergo A 21 sunt] est A
22 coepta FODWA malo] OYC, malitia D² 24 quia cum] qui autem D putabatur FG¹MBDA 24sq. propter quod] quia C

9, 24. Quos et vocavit nos, non solum ex Iudaeis, sed etiam ex gentibus. hos [ergo] quos vocavit, praeparavit ad gloriam {sive eos qui prope erant sive illos qui longe} sciens permansuros in fide.

5 **9, 25.** Sicut et in Osee dicit: vocabo non plebem meam plebem meam, et non dilectam dilectam. 26. erit enim in loco, ubi vocabuntur non plebs mea, ibi vocabuntur filii dei vivi. apertum est {istud} de gentibus {esse} praedictum, quia prius non erant plebs dei; 10 postea autem ad obprobrium Iudaeorum misericordiam accipientes vocatae sunt plebs dei, et qui ante dilecti non erant, abdicatis Iudaeis adoptati in filios et dilecti sunt, ut in loco, ubi non vocabantur plebs dei, {illic} vocarentur filii dei vivi. prius enim nusquam vocabantur filii dei nisi in Iudaea, hoc 15 est in Hierosolymis, ubi domus dei erat, sicut {dicit} in psalmo septuagesimo quinto [dixit]: notus in Iudaea deus. postea autem {in profeta Zacharia}: ponam, inquit, Hierusalem in omnibus gentibus, quia ubique futuri erant filii dei et domus dei in omnibus locis, quae est ecclesia. hinc 20 dominus ait Iudaeis: quia tolletur a vobis regnum {dei} et dabitur genti facienti fructum eius.

3sq. cf. Eph. 2, 17 5 Os. 2, 24 16 Ps. 75, 2 17 Zach. 12, 2
20 Matth. 21, 43

5 et om. SIXV 15 hyrosolimis V 16 notus—deus om. SIX
21 fructus V

ter quod diu dissimulat, cum coeperit vindicare, apparebit eius potentia, quia cum possit statim vindicare, diu sustinuit, ut perfidi queri non possint damnati. praeparare est autem unumquemque praescire qui dignus erit.

9, 24. Quos et vocavit nos, non solum ex Iudaeis, sed etiam ex gentibus. hos quos vocavit, praeparavit ad gloriam sive eos qui prope erant sive eos qui longe sciens permansuros in fide. 5

9, 25. Sicut et in Osee dicit: vocabo non plebem meam plebem meam, et non dilectam dilectam. **26.** erit enim in loco, ubi vocabuntur non plebs mea, ibi vocabuntur filii dei vivi. apertum est istud de gentibus esse praedictum, quia prius non erant plebs dei; postea autem ad obprobrium Iudaeorum misericordiam accipientes vocatae sunt plebs dei, et qui ante dilecti non erant, abdicatis Iudaeis adoptati in filios et dilecti sunt, ut in loco, ubi non vocabantur plebs dei, illic vocarentur filii dei vivi. prius enim nusquam vocabantur filii dei nisi in Iudaea, hoc est in Hierosolymis, ubi domus dei erat, sicut dicit in psalmo septuagesimo quinto: notus in Iudaea deus. postea autem in profeta Zacharia: ponam, inquit, Hierusalem in omnibus gentibus, quia ubique futuri erant filii dei et domus dei in omnibus locis, quae est ecclesia. hinc dominus ait Iudaeis: quia tolletur a vobis regnum dei et dabitur genti facienti fructum eius. 25

7sq. cf. Eph. 2, 17 9 Os. 2, 24 20 Ps. 75, 2 21 Zach. 12, 2
24 Matth. 21, 43

2 quia] qui *FGMBO*, *om.* *W*¹ posset *FGD* iudicare statim *FGMBO* *WD* 3 damnati] cum damnantur *WA* 4 qui] quid *DWC* dignus erit] futurus sit *DC* sit *W* 7 eos *alt.*] illos *C* 8 sciens eos *WA* 9 et *om.* *O* 11 et erit *WA* 11sq. ubi—mea] ubi dictum est non mea ples uos *WA* 13 erat *FG¹MB* 14/15 ples *W* 17 uocabuntur *G²O* illic] ibi *C* vocarentur] uocabuntur *W* 18 uocabuntur *W* in *om.* *C* 25 dei *om.* *C*

9, 27. Esaias autem clamat pro Istrahel. 1. hoc est (dicit, quia) Esaias clamat pro eis (his) qui credunt in Christum. hi enim vere sunt Istrahelitae, sicut dixit (dicit) dominus ad Nathanahel: ecce vere Istrahelita, in quo
5 dolus non est.

Si fuerit numerus filiorum Istrahel tamquam harena maris, reliquiae salvae fient. 2. recedentibus Iudaeis a merito et promissione patrum, dum illam non recipiunt, hi reliqui sunt, qui credendo in fide promissionis
10 patribus factae persistunt. a lege enim recedunt, qui in eum, quem lex solum ad salutem sufficere promisit, non credunt. [reliqui] autem (igitur) apostatae habeantur necesse est, qui dum Christum non recipiunt,
 α sub lege sunt. β rei sunt violatae legis.

15 de maxima ergo (itaque) multitudine solos credentes dicit salvari, quos praesciit deus.

9. 28. Verbum enim consummans et brevians in aequitate, quia verbum breviatum faciet dominus super terram. salvari hos promittit, quos reliquos dicit,
20 per verbum, quod {iuste definiens} breviavit dominus super terram {convenit enim, ut in solo nomine domini et conditoris consequatur salutem creatura}, hoc est per fidem, quia sublatis omnibus neomeniis et sabbato et circumcissione et lege escarum et oblationibus pecorum sola fides posita est ad salu-
25 tem. quae abbreviata ex lege est,

α quia quae in fide sunt, in β quia quod in fide est, in lege lege habentur habetur quasi principale legis dicente salvatore: de me enim scripsit Moyses. abbreviata {ergo} lege reliqui Iudaeorum salvantur; ceteri vero

1 Is. 10, 22 4 Ioh. 1, 47 28 Ioh. 5, 46

4 nathanael SX vere] uir S 6 si enim ΦV 7 salui K fiant S
8 promissionem Φ dum om. ΦV non illum Φ non om. V 10 facta ΦV
12 apostatae om. ΦV habentur ΦV 13 non om. ΦV 15 de om. ΦV
25 exbreuiata K

9, 27. Esaias autem clamat pro Istrahel. 1. hoc dicit, quia Esaias clamat pro his qui credunt in Christum. hi enim vere sunt Istrahelitae, sicut dicit dominus de Nathanael sanctissimo: ecce vere Istrahelita, in quo dolus non est.

5

Si fuerit numerus filiorum Istrahel tamquam harena maris, reliquiae salvae fient. 2. recedentibus Iudaeis a merito et promissione patrum, dum illam non recipiunt, hi reliquiae sunt, qui credendo in fide promissionis patribus factae persistunt. a lege enim recedunt, qui in eum, quem lex solum ad salutem sufficere promisit, non credunt. igitur apostatae habeantur necesse est, qui dum non recipiunt Christum, rei sunt violatae legis. de maxima itaque multitudine solos credentes dicit salvari, quos praesciit deus.

9, 28. Verbum enim consummans et brevians 15 in aequitate, quia verbum breviatum faciet dominus super terram. salvari hos promittit, quos reliquos dicit, per verbum, quod iuste definiens brevaviit dominus super terram, convenit enim, ut in solo nomine domini et conditoris consequatur salutem creatura, hoc est per fidem, 20 quia sublatis omnibus neomeniis et sabbato et circumcissione et lege escarum et oblationibus pecorum sola fides posita est ad salutem. quae abbreviata ex lege est, quia quod in fide est, in lege habetur quasi principale legis dicente salvatore: de me enim scripsit Moyses. abbreviata ergo lege re- 25

1 Is. 10, 22 4 Ioh. 1, 47 25 Ioh. 5, 46

2 christo *FG¹O* 3sq. dicit—Nathanael] domino de nathanael dicente *WA* nathanael *FGO* 4 vere] uir *W* 7 fiunt *MO¹W*
 9 reliqui *A*, -a *W* 11 solum lex *WA* 12sq. christum non recipiunt *C*
 14 praesciuit *OW* 15 abbrevians *FGMBOD* 19 et om. *C* 21 neomeniis] numeniis *C*, neomoeniis *D*, neomenis *FG*, neonimis *A* 25sq. reliqui *AC*

salvari non possunt {quia praefinitionem dei spernunt, per quam genus humanum salvari decrevit}.

9, 29. Et sicut praedixit Esaias: nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma
 5 fuisset et ut Gomorra similes fuisset. 1. hoc semen, quod de omnibus solum relictum et reservatum est ad reformationem generis humani, Christus est et doctrina eius, sicut et ipse dicit: semen est verbum dei. hoc ergo nobis olim promissum, sublatis quae oneri erant legis, reliquit ad
 10 redemptionem, ut data remissione peccatorum non puniremur a lege, sicut periit Sodoma. {1 a. salvatorem ergo relictum nobis dicit ad suffragium vitae, quam lex providere non potuit, quem ab initio deus nasci decrevit, qui propterea quod solus sine peccato inveniretur, devicto humani generis hoste
 15 omnium peccata deleret.} 2. hoc et in Apocalypsi Iohannis habetur: quia nemo, ait, dignus inventus est sive in caelo sive in terra, qui aperiret librum et signacula eius, nisi salvator, qui vicit mortem. hoc ergo est semen, quod olim promissum reservavit deus, ut tunc fructificaret, quando omnium tam Iudaeorum quam gentilium peccata repleta erant. fructus autem eius est indulgentia peccatorum. {2 a. nisi enim Christus fuisset reservatus — quem idcirco semen dicit, quia per ipsum reparatum est genus humanum —, interisset progenies Abrahae, eo quod peccatis obruti
 25 erant et lex eis prodesse non potuit. idcirco hunc sequendum docet, qui praesidium contulit vitae.}

3 Is. 1, 9 8 Luc. 8, 11 16 Apoc. 5, 2sq.

5 gomurra S fuisset *alt.*] essemus KX 8 dixit IX hoc] hoc semen X 10 ut—remissione *om.* ΦV 10sq. non puniremur] quia mandata (mundata S, mundana I²X, non data K) remissione peccatorum puniremur SKIV 11 sedeman SKV

liquiae Iudaeorum salvantur; ceteri vero salvari non possunt, quia praefinitionem dei spernunt, per quam genus humanum salvari decrevit.

9, 29. Et sicut praedixit Esaias: nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma 5
fuissemus et ut Gomorra similes fuissemus. 1. hoc semen, quod de omnibus solum relictum et reservatum dicit ad reformationem humani generis, Christus est et doctrina eius, sicut et ipse dicit: semen est verbum dei. hoc ergo nobis olim promissum, sublatis quae oneri legis erant, reliquit 10
ad redemptionem, ut accepta remissione peccatorum non puniremur a lege, sicut periit Sodoma. 1a. salvatorem ergo relictum nobis dicit ad suffragium vitae, quam lex providere non potuit, quem ab initio deus nasci decrevit, qui propterea quod solus sine peccato inveniretur, devicto humani generis 15
hoste omnium peccata deleret. 2. hoc [et] in Apocalypsi Iohannis habetur: quia nemo, ait, dignus inventus est sive in caelo sive in terra, qui aperiret librum et signacula eius, nisi salvator, qui vicit mortem. hoc ergo est semen, quod olim promissum reservavit deus, ut tunc 20
fructificaret, quando omnium tam Iudaeorum quam gentilium peccata repleta erant. fructus autem eius est indulgentia peccatorum. [2a. nisi enim Christus fuisset reservatus — quem idcirco semen dicit, quia per ipsum reparatum est genus humanum —, interisset progenies Abrahae, eo quod peccatis 25
obruti erant et lex eis prodesse non potuit. idcirco hunc sequendum docet, qui praesidium contulit vitae.]

4 Is. 1, 9 9 Luc. 8, 11 17 Apoc. 5, 2sq.

3 salvari] -are *D*, om. *C* 6 fuissemus *pr.*] facti essemus *FGM*
BOYDWAC ut] sicut *A*, quasi *W* gomorra *MA* 8 generis hu-
mani *C* 10 erant legis *C* 11 accepta] data *C* 13 quam] quem *Y*,
quia *G*² 16 et *C* 18 aperuisset *OD* 19 ergo] enim *C* 21 gen-
tium *FGDWA* 23sq. nisi enim (ergo *C*)—vitae *DC*

9, 30. Quid ergo dicemus? quod gentes, quae non seetabantur iustitiam, eonprehenderunt iustitiam, iustitiam autem, quae ex fide est. 1. quoniam est iustitia in lege, quae eredita mundo est, quae prohibet
 5 peccari, idcirco gentes non hanc iustitiam dieit eonprehendisse, quae natura magistra dinoscitur, sed eam iustitiam, quae ex fide Christi est (est Christi). deo enim haec vera iustitia est et permanens, si agnoscatur. quid {est} enim tam iustum quam eognoscere deum patrem, ex quo sunt omnia,
 10 et Christum filium eius, per quem sunt omnia? prima ergo haec est iustitia agnoscere creatorem, deinde eustodire quae praecipit. {1a. gentes ergo, quae prius non requirebant iustitiam, id est legem quae creatori testimonium perhibebat, veniente Christo invenerunt iustitiam superabundantem plus
 15 quam scribarum et farisaeorum. qui enim tunc quod minus est non seetabantur, eonprehenderunt postea quod maius est; Iudaei autem in lege positi, qui proficere magis debuerant, deterioraverunt.}

9, 31. Nam Istrahel seetando legem iustitiae in
 20 legem non pervenit. perfectio legis fides est, quam gentes adprehendentes totam legem implere videntur. Iudaei autem, dum per invidiam salvatori non eredunt, iustitiam quae in lege mandata est, vindicantes, {id est sabbatum, eircumeisionem et cetera} in legem [iustitiae] non pervenerunt, hoc est:
 25 legem non perfecerunt, et qui non perficiunt legem, rei sunt iuxta legem. {hie enim inplet legem, qui a lege Moysi pervenit ad fidem Christi.}

9sq. cf. I Cor. 8, 6 14sq. cf. Matth. 5, 20

2 adprehenderunt Φ V 6 magistra] magis Φ V eam] eadem K
 7 deo] de deo I X 8 est alt. β I X V 19sq. in lege iustitiae S I X V
 24 pervenerunt] perfecerunt I² X 25 qui] quia K perficiunt] faciunt K

9, 30. Quid ergo dicemus? quod gentes, quae non sectabantur iustitiam, comprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quae ex fide est. 1. quoniam iustitia est ex lege, quae credita mundo est, quae prohibet peccari, idcirco gentes non hanc iustitiam dicit comprehendisse, quae natura magistra dinoscitur, sed eam iustitiam, quae ex fide est Christi. deo enim ista vera est iustitia et permanens, si agnoscatur. quis est enim tam iustum quam cognoscere deum patrem, ex quo sunt omnia, et Christum filium eius, per quem sunt omnia? prima ergo haec est iustitia agnoscere creatorem, deinde custodire quae praecepit. 1 a. gentes ergo, quae prius non requirebant iustitiam, id est legem quae creatori testimonium perhibebat, veniente Christo adsecuti invenerunt iustitiam superabundantem plus quam scribarum et farisaeorum. qui enim tunc quod minus est non sectabantur, postea comprehenderunt quod maius est; Iudaei autem in lege positi, qui proficere magis debuerant, deterioraverunt.

9, 31. Nam Istrahel sectando legem iustitiae in legem non pervenit. perfectio legis fides est, quam gentes adprehendentes totam legem implere videntur. Iudaei autem, dum per invidiam salvatori non credunt, iustitiam quae in lege mandata est, vindicantes, id est sabbatum, circumcisionem et cetera, in legem non pervenerunt, hoc est: legem non perfecerunt, et qui non perficiunt legem, rei sunt iuxta legem. [hic enim inplet legem, qui a lege Moysi pervenit ad fidem Christi.]

9sq. cf. I Cor. 8, 6 **14sq.** cf. Matth. 5, 20

1 dicimus *W* 2 adprehenderunt *A* 4 ox] in *C* 5 peccare *MA*
 7 ista] haec *DC* iustitia est *C* 8 enim est *AC* 10 haec ergo *W*
10sq. iustitia est *C* 11 precipit *BD* **13sq.** Christo adsecuti *om. C*
16 comprehenderunt postea *C* 17 debuerunt *D* 19 nam Istrahel] israel
 autem *WA* 20 legem] legem iustitiae *G²DA* **26sq.** hic—
 Christi *C*

9, 32. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. 1. spernentes enim fidem, quae, sicut dixi, perfectio legis est, ex operibus legis iustificari se dicebant, id est per sabbatum, neomenias, circumcisionem et cetera, in-
 5 memores scripturae dicentis quia iustus ex fide vivit. iustitia autem legis idcirco dicitur, quia iusto iudicio dei haec Iudaeis data sunt propter duritiam cordis illorum, ut si mustelam forte quis mortuam calcasset aut tetigisset {aliqua morticina} aut si sorex in vas ruisset, inmundi dicerentur (in-
 10 mundum diceretur). quod {magna} cum sollicitudine observantes ex quacumque causa incurrebant, ut inmundi essent. si autem sanguis mustelae
 α in domo esset, non tam le- β pavimento maculasset, vis macula diceretur. non levi cura expiandum erat,
 15 {1 a. et ut a cibus melioribus abstineretur. sabbatum vero et circumcisio propriam habuerunt iustitiam tempore suo, quia in figura data sunt.} 2. hoc dominus per Iezehiel (Ezechiel) profetam ostendit {inter cetera} dicens: propterea dedi illis praecepta non bona, quia erant inreverentes et in-
 20 fidi. {2 a. in adventu autem Christi, quia salutare donum erat daturus, per Hieremiam praedicat dicens: dabo illis testamentum novum, non quale dedi patribus illorum. hoc testamentum legem vocat, in quam non pervenerunt, sicut supra memoravi.} 3. nam cum gentibus quae crediderant
 25 hanc sarcinam observationis Iudaei credentes vellent inponere, tunc apostolus Petrus ait: quid inponitis iugum super cervicem fratrum, quod neque patres nostri neque nos potuimus portare (portare potuerunt)? a tempore enim Christi indulgentia data est promissa in lege;

5 Hab. 2, 4 7sq. cf. Lev. 11, 29 18 Ezech. 20, 25 21 Ier. 31, 31sq. 26 Act. 15, 10

9 in vas ruisset] ianuas rosisset Φ V 10 quod] quo S I¹ V¹, quo I² X
 14 diceretur] dicitur S V¹, uideretur I X 17 hyezehiel V, iczechiel S K,
 ezechiel I, -iel X 26 apostolus] apostolorum princeps I X 27 supra K V

9, 32. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. 1. spernentes enim fidem, quae, sicut dixi, perfectio legis est, ex operibus legis iustificari se dicebant, hoc est per sabbatum, neomenias, circumcisionem et alia, inmemores scripturae dicentis quia iustus ex fide vivit. 5 iustitia autem legis idcirco dicitur, quia iusto iudicio dei haec Iudaeis data sunt propter duritiam cordis illorum, ut si mustelam forte quis mortuam calcasset aut tetigisset aliqua morticina, aut si sorex in vas ruisset, immundum diceretur. quod magna cum sollicitudine observantes ex quacumque causa 10 incurrebant, ut immundi essent. si autem sanguis mustelae pavementum maculasset, non levi cura expiandum erat, 1 a. et ut ab escis melioribus abstineretur. sabbatum vero et circumcisio propriam habuerunt iustitiam tempore suo, quia in figura data sunt. 2. hoc dominus per Ezechiel profetam 15 ostendit inter cetera dicens: propterea dedi illis praecepta non bona, erant enim irreverentes et infidi. 2 a. in adventu autem Christi, quia salutare donum erat daturus, per Hieremiam praedicat dicens: dabo illis testamentum novum, non quale dedi patribus illorum. hoc testa- 20 mentum legem vocat, in quam non pervenerunt, sicut supra memoravi. 3. nam cum gentibus quae crediderant hanc sarcinam observationis Iudaei credentes vellent inponere, tunc apostolus Petrus ait: quid inponitis iugum super cervicem fratrum, quod neque nos neque patres 25 nostri potuerunt portare? a tempore enim Christi indulgentia data est promissa in lege; ait enim Esaias profeta: veniet ex Sion, qui eripiat et avertat impietatem

5 Hab. 2, 4 7sq. Lev. 11, 29 16 Ezech. 20, 25 19 Ier. 31, 31sq. 24 Act. 15, 10 28 Is. 59, 20; 27, 9

2 operibus legis *W* 3 hoc] id *C* 8sq. aliquid morticinum *WA*
 9 surex *MC*, sorix *FGOD* 13 escis] cibis *C* abstinerentur *MWAC*
 15 data] dicta *W* ezechielem *Y* 17 erant enim] quia erant *C* 20 illo-
 rum] eorum *D* 24 supra *C* 26 portare potuerunt *C* 28 ex] ab *DC*

ait enim Esaias profeta: veniet ex Sion, qui eripiat et avertat impietatem ab Iacob. et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. hoc est novum testamentum promissum a deo in Christo.

5 **9, 33.** Offenderunt [enim] in lapidem offensionis, sicut scriptum est: ecce ponam in Sion lapidem offensionis et petram scandali, et qui crediderit in illum non confundetur. 1. hoc in Esaias [profeta] habetur. multorum relatione conpertum est

10 α in lapide et petra Christum β in petra vel lapide Christum significatum esse. esse significatum.

Daniel enim profeta lapidem hunc dicit, qui abscisus a monte sine manibus percussit et conminuit omnia regna et replevit omnem terram; quod evidenter de Christo dictum est. 2. {et} in lege petra, de qua fluxerunt aquae, Christus est appellatus: {bibebant de spiritali sequenti petra.} petra autem, inquit, erat Christus. et Petrus apostolus inter cetera ad Iudaeos ait: hic est lapis, qui reprobatus est a vobis aedificantibus. offensio ergo posita in Sion Christus est, 20 Sion vero

α Hierusalem aut templum dei accipitur. in quem, dum corpus respiciunt, non eredentes offenderunt. β altitudo est sive civitas ipsa Hierusalem, quae propter notitiam dei non inmerito excelsa dicta est, in qua salvator a deo patre suo positus praedicator offensio factus est Iudaeis, dum se filium dei praedieat, natus de spiritu sancto ex muliere.

30 per corpus enim (autem) eius scandalum passi sunt et dice-

1 Is. 59, 20; 27, 9 5 Is. 8, 14 6 Is. 28, 16 12sq. cf. Dan. 2, 34sq. 16 I Cor. 10, 4 18 Act. 4, 11

2 impietates IX 4 est in V 6 pono KV 8 illum] illo ΦV

ex Iacob. et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. hoc est novum testamentum promissum a deo in Christo.

9, 33. Offenderunt in lapidem offensionis, sicut scriptum est: ecce ponam in Sion lapidem offensionis et petram scandali, et qui crediderit in illum non confundetur. 1. hoc in Esaia habetur. multorum relatione conpertum est in petra vel lapide Christum esse significatum. Danihel enim profeta lapidem hunc dicit, qui abscisus a monte sine manibus percussit et conminuit omnia regna et replevit omnem terram; quod evidenter de Christo dictum est. 2. et in lege petra, de qua fluxerunt aquae, Christus est appellatus ipso apostolo testante: bibebant de spiritali sequenti petra. petra autem, inquit, erat Christus. et Petrus apostolus inter cetera ad Iudaeos ait: hic est lapis, qui reprobatus est a vobis aedificantibus. offensio ergo posita in Sion Christus est, Sion vero altitudo est sive civitas ipsa Hierusalem, quae propter notitiam dei non inmerito excelsa dicta est, in qua salvator a deo patre suo positus praedicator offensio factus est Iudaeis, dum dei filium se praedicat, natus de spiritu sancto ex muliere. per corpus autem eius scandalum passi sunt et dicebant: nonne mater et fratres eius apud nos sunt? quomodo ergo dicit hic, quia de caelo

4 Is. 8, 14 5 Is. 28, 16 9 sqq. cf. Dan. 2, 34sq. 14 I Cor. 10, 4 16 Act. 4, 11 23 Ioh. 6, 42; cf. Matth. 13, 55sq.

3 a deo promissum C 4 offensionis] offensionis et petram scandali WA 5 pono OYDWC 6 et alt.] et omnis WA credit A
7 illum] eum WA confundetur] erubescet A 9 danielo W 9sq. profeta—abscisus] propheta testante ita lapis abscisus WA 10 a] de W
13sq. ipso—sequenti (consequente eos W) petra WA 15 erat inquit FGM O
inquit om. D 21 se filium dei C 22 sancto et G² ex muliere] ex uirgine A, om. W corpus] corpus ex uirgine W 23 dicebant enim WA
mater eius WA

bant: nonne mater [eius] et fratres eius apud nos sunt? quomodo ergo hic dicit, quia de caelo descendendi? 3. nolebant enim verba gestis comparare, ut perinde agnoscerent non absurdum esse, quod dicebat de caelo se descendisse, quasi corpus operaretur et non deus latens, operibus tamen se prodens in corpore. petra ergo haec scandalum est Iudaeis et offensio. quae petra sine dubio corpus intellegitur salvatoris. haec excisa sine manibus, {propterea} quia sine viro de sancto spiritu facta de virgine est.

10 **10, 1.** Fratres, voluntas quidem cordis mei et obsecratio ad deum pro illis in salutem. 2. testimonium enim perhibeo illis, quod aemulationem dei habent, sed non secundum agnitionem. quoniam a lege eos vult auferre, quia velamen est Iudaeis, ne quo hoc odio Iudaismi facere videretur, ostendit affectum suum circa illos et legi dat multum. sed docet tempus iam servandae legis non esse ac per hoc providere se illis velle testatur, si modo audiant illum ac probent non esse suum inimicum, quando et testimonium illis perhibet (perhibet illis) nobilitatis et traditionis paternae.

25 **10, 3.** Ignorantes enim dei iustitiam et suam quaerentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti. per ignorantiam dicit non illos credidisse in Christum, aemulationem quidem dei habentes, sed voluntatem et consilium eius nescientes contra deum agebant, quem se defendere testabantur. de his dicit, qui non malivolentia et invidia, sed errore Christum non recipiunt (receperunt). quibus et Petrus apostolus dicit: scio, fratres, quia per igno-

1 Ioh. 6, 42; cf. Matth. 13, 55sq. 14 cf. II Cor. 3, 15 28 Act. 3, 17

1 eius *alt. om. IX* 4 se *om. SIX* 6 ergo] autem *K* 11 deum fit *Φ V* 13 agnitionem] scientiam *Φ V* 14 ne quo] ne quod *V*, nec ob *SIX* 17 se *om. Φ V* 22 constituere] statuere *Φ V* 23 dicit *om. Φ V* 24 uoluntatem eius *K* 25 se *om. S*

descendi? 3. nolebant enim verba gestis comparare, ut perinde agnoscerent non esse absurdum, quod dicebat de caelo se descendisse, quasi corpus operaretur et non deus latens, operibus tamen se prodens in corpore. petra ergo haec scandalum est Iudaeis et offensio. quae petra sine dubio 5 caro intellegitur salvatoris. haec excisa sine manibus, propterea quia sine viro de sancto spiritu facta de virgine est.

10, 1. Fratres, voluntas quidem cordis mei et obsecratio ad deum pro illis in salutem. **2.** testimonium enim perhibeo illis, quod aemulationem 10 dei habent, sed non secundum agnitionem. quoniam a lege <eos> vult auferre, quia velamen est Iudaeis, ne [quo] hoc odio Iudaismi facere videretur, ostendit affectum suum circa illos et legi dat multum. sed docet iam tempus servandae legis non esse ac per hoc providere se illis velle testatur, si 15 modo audiant illum ac probent non esse suum inimicum, quando et testimonium perhibet illis nobilitatis et traditionis paternae.

10, 3. Ignorantes enim dei iustitiam et suam quaerentes constituere, iustitiae dei non sunt sub- 20 iecti. per ignorantiam dicit non illos credidisse in Christum, aemulationem quidem dei habentes, sed voluntatem et consilium eius nescientes contra deum agebant, quem se defen-

12 cf. II Cor. 3, 15

2 absurdum esse *C* 2sq. se de caelo *YW* 3 se *om. MB*¹
 4 latens *om. FGMBOW* 6 caro] corpus *C* 9 obsecratio] ob-
 secratio fit *DGA*, o. est *Y* ad] apud *WA* pro illis ad deum *FGMBOY*
 10 quod] quoniam *FGMBOY* 11 agnitionem] scientiam *WA* quo-
 niam] quod *W* 12 eos *om. codd.* auferre] auferre credentes *DC*,
 auferre iudeos *YWA* Iudaeis] eis *WA* quo *C* 13 hoc odio] quod
 odium *WA* 13 sq. affectum suum circa illos ostendit *WA* 14 iam]
 etiam *D* tempus iam *C* 19 enim] autem *A* suam iustitiam *WA*
 20 constituere] statuere *FGMBOYDW*

rantiam gessistis hoc malum sicut et principes vestri. ignorantes enim hunc esse Christum, quem promiserat deus, alterum expectandum dicebant, huic iustitias suas quas ex lege habebant antepontes, qui est dei iustitia
 5 in fide. iustitia enim ipse est, quia quod promiserat deus in ipso implevit.

10, 4. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. hoc est (dicit), {quia} perfectionem legis habet, qui credit in Christo (Christum). cum enim nullus
 10 iustificaretur ex lege, quia nemo implebat legem, {nisi qui speraret in promisso Christo} fides posita est, quae crederet perfectionem legis, ut omnibus praetermissis fides satisfaceret pro tota lege {et profetis}.

10, 5. Moyses enim scripsit iustitiam quae ex
 15 lege est, quia qui fecerit ea homo, vivet in eis. hoc dicit, quia iustitia legis Moysi reos illos non faciebat ad tempus, si servaretur, id est vivebant faciendó legem; debitores enim erant. hoc dictum est in Numeris et in Levitico.

10, 6. Quae autem ex fide est iustitia, sic
 20 dicit: ne dixeris in corde tuo: quis ascendit in caelum? {hoc in Deuteronomio dictum est, quod hic interpretatur in Christo dicens:}

Hoc est Christum deducere.

10, 7. aut quis descendit in abyssum? id est
 25 Christum ex mortuis reducere. 1. {hoc proprium apostoli est. itaque} iustitiam hanc dicit esse fidei, si non dubitetur de spe {dei} quae in Christo est, {ne diffidens dicat: quis potuit

20 Deut. 30, 12

3 iustias S 4 suas] has V, om. Φ deus SKIV 5sq. in ipso]
 in seipso IX 6 complevit IX 11 crederet et SIX 12 perfectionem]
 -one SIXV, perfectione K 15 quia qui] que cum IX fecerit in K
 ea om. SIX 19 iustitia om. Φ V

dere testabantur. de his dicit, qui non malivolentia invidiae, sed errore Christum non receperunt. quibus et Petrus apostolus dicit: scio, fratres, quia per ignorantiam gessistis hoc malum sicut et principes vestri. ignorantes enim hunc esse Christum, quem promiserat deus, alterum 5 expectandum dicebant, huic iustitias suas quas ex lege habebant antepontes, qui est dei iustitia in fide. [iustitia enim ipse est,] quia quod promiserat [deus] in ipso inplevit.

10, 4. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. hoc dicit, quia perfectionem legis habet, 10 qui credit in Christum. cum enim nullus iustificaretur ex lege, quia nemo inplebat legem, nisi qui speraret in Christo promisso, fides posita est, quae crederet perfectionem legis, ut omnibus praetermissis fides satisfaceret pro tota lege et profetis. 15

10, 5. Moyses enim scripsit iustitiam quae ex lege est, quia qui fecerit ea homo, vivet in eis. hoc dicit, quia iustitia legis Moysi reos illos non faciebat ad tempus, si servaretur, id est vivebant faciendo legem; debitores enim erant. hoc dictum est in Numeris et in Levitico. 20

10, 6. Quae autem ex fide est iustitia, sic dicit: ne dixeris in corde tuo: quis ascendit in caelum? hoc in Deuteronomio dictum est, quod hic interpretatur in Christo dicens:

Hoc est Christum deducere. **10, 7.** aut quis de- 25 scendit in abyssum? id est Christum ex mortuis

3 Act. 3, 17 22 Deut. 30, 12

1 qui] quia *A* invidiae] et invidia *DA* 3 quia] quoniam *A*,
quod *W* 7sq. iustitia—est *ODA* 8 deus *ODA* 10 perfectionis
legem *FGMBW* 12sq. promisso christo *C* 13 perfectionem] pro
perfectione *FG¹MBW* 14 fide *YA* 16 scribit *W* 16sq. scripsit
quoniam (quia *W*) iustitiam (-a *WA*) ... qui fecerit homo *FGMBOYWA*
(*Vulg.*) 17 faceret eam *A* uiuit (-et *A*) in ea *WA* 26 id] hoc *FG*
MBOYDW ex] de *WA*

ascendere in caelum?} quia ideo passus est, ut expoliatis infernis (inferis) {virtute patris} devicta morte resurgens cum animabus ereptis in caelum ascenderet. omnis enim quicumque viso salvatore apud inferos speravit de illo salutem,
 5 liberatus est, Petro apostolo hoc testante; dicit enim quia et mortuis praedicatus est. 2. qui de his ergo in corde suo non dubitat, iustificatus est ex fide; ex lege autem iustificari timor facit. timet enim legem, quia videt poenam illam inferre peccantibus. ideo non magna iustitia legis est nec
 10 meritum conlocat apud deum, sed ad praesens; fides autem quia incredulis stultitia est, mercedem habet apud deum, de quo quod non videtur speratur.

10, 8. Sed quid dicit scriptura? prope est verbum in ore tuo et in corde tuo. 1. hoc scriptum est in
 15 Deuteronomio, quia non est longe ab animo nostro vel ore quod nobis dicitur, ut credamus. quamvis enim oculis non videatur, a natura tamen animorum et lege naturae (loquendi ratione) non discordat quod credimus. in ipsa enim natura inserta sunt velut semina, quae auditu et voluntate exulta
 20 fructificant testimonium creatoris.

Hoc est verbum fidei quod praedicatur. 2. nullo opus dicit {legis}, sed solam fidem dandam in causa Christi.

10, 9. Quia si confitearis in ore tuo dominum
 25 Iesum et credideris in corde tuo, quod deus illum excitavit a mortuis, salvus eris. **10.** corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. quae (quaeque) superius locutus est, hic illa manifestavit, hanc esse regulam fidei, credere {dominum esse

6 I Petr. 4, 6 13 Deut. 30, 14

3 ascenderit SKV¹ 15 deuteronomio IX 19 exulta] ex cultura ΦV
 21 praedicamus ΦV

reducere. 1. hoc proprium apostoli est. itaque iustitiam hanc dicit esse fidei, si non dubitetur de spe dei quae in Christo est, ne diffidens dicat: quis potuit ascendere in caelum? quia ideo passus est, ut expoliatis inferis virtute patris devicta morte resurgens cum animabus ereptis in caelum ascenderet. omnis enim qui/cumque¹ viso salvatore apud inferos speravit de illo salutem, liberatus est, Petro apostolo hoc testante; dicit enim quia et mortuis praedicatus est. 2. qui de his ergo in corde suo non dubitat, iustificatur ex fide; ex lege autem iustificari timor facit. timet enim legem, quia videt poenam illam inferre peccantibus. ideo non magna iustitia legis est nec meritum conlocat apud deum †, sed ad praesens¹; fides autem, quia incredulis stultitia est, mercedem habet apud deum, de quo quod non videtur speratur.

10, 8. Sed quid dicit scriptura? prope est verbum in ore tuo et in corde tuo. 1. hoc scriptum est in Deuteronomio, quia non est longe ab animo nostro vel natura quod nobis dicitur, ut credamus. quamvis enim oculis non videatur, a natura tamen animorum et loquendi ratione non discordat quod credimus. in ipsa enim natura inserta sunt velut semina, quae auditu et voluntate exulta fructificant testimonium creatoris.

Hoc est verbum fidei quod praedicatur. 2. nullo opus legis dicit, sed solam fidem dandam in causa Christi.

10, 9. Quia si confitearis in ore tuo dominum Iesum et credideris in corde tuo, quod deus illum

8 I Petr. 4, 6 15 Deut. 30, 14

2 dicit hanc *FWA* 6 enim *om. FGMBYWA* quicumque *C*
 7 liberatus est *om. FGMBW* 8 adtestante *W* et *om. FG¹MBO* 9 iustificatur] iustificatus est *C* 11 illam (eam *WA*) poenam *WAC* 12sq. sed ad praesens *YDA* 16sq. hoc — Deuteronomio] deuteronomio scriptum est *WA* 18 natura] ore *DAC* 21sq. fructificant] significant *WA*
 23 praedicamus *YDWAC* 25 ore] corde *F¹W* in ore tuo *om. C*

Iesum} et non erubescere confiteri (profiteri), {quia deus illum ex mortuis reducens deduxit in caelum cum corpore, unde venerat incarnandus,} ne incurrat sententiam evangelicam dicentem: multi, inquit, ex principibus crediderunt in Iesum, sed palam non confitebantur (profitebantur) propter Iudaeos; maluerunt enim gloriam hominum magis quam {gloriam} dei.

10, 11. Dicit enim scriptura {per Esaïam}: omnis qui crediderit in eum, non confundetur. cum examen coeperit fieri omnium rerum in die iudicii et omnia falsa commenta vel dogmata in confusionem deduci, tunc in Christum credentes tripudiabunt, videntes omnibus manifestari, quia quod crediderunt verum est {et prudens quod putabatur stultum}. aspicient enim inter ceteros se solos gloriosos et prudentes, qui aestimati fuerant contemptibiles et stulti. illic est enim vera probatio, ubi [et] remuneratio et condemnatio.

10, 12. Non est enim distantia Iudaei et Graeci. 1. generaliter omnes aut confundi propter diffidentiam dicit aut sublimari causa credulitatis, quia sine Christo apud deum nulla salus est, immo poena est {aut mors}. nec enim Iudaeos commendare poterit praerogativa patrum aut legislatio, qui meritum et promissionem patrum non receperunt. gentes autem nullum habent testimonium, quo vel secundum carnem commendentur, nisi credant in Christo (Christum).

4 Ioh. 12, 42sq. 8 Is. 28, 16

11 commenta] documenta *K* vel dogmata *om. K* 15 qui] quia *SIX*

excitavit a mortuis, salvus eris. **10.** corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. quaecumque superius locutus est, hic illa manifestavit, hanc esse regulam fidei, credere dominum esse Iesum et non erubescere profiteri, quia deus illum reducens ex mortuis deduxit in caelum cum corpore, unde venerat incarnandus, ne incurrat evangelicam sententiam: multi, inquit, ex principibus crediderunt in Iesum, sed palam non profitebantur propter Iudaeos; maluerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam dei. 5 10

10, 11. Dicit enim scriptura [per Esaiam]: omnis qui crediderit in eum, non confundetur. cum enim examen coeperit fieri omnium rerum in die iudicii et omnia falsa commenta vel dogmata in confusionem deduci, tunc tripudiabunt credentes in Christum, videntes omnibus manifestari, quia verum est quod crediderunt, et prudens quod stultum putabatur. aspicient enim inter ceteros se solos gloriosos et prudentes, qui aestimati fuerunt contemptibiles et insensati. illic est enim vera probatio, ubi remuneratio et condemnatio. 15 20

10, 12. Non est enim distantia Iudaei et Graeci. 1. generaliter omnes aut confundi propter diffidentiam dicit aut sublimari causa credulitatis, quia sine Christo apud deum nulla salus est, immo poena aut mors est. nec enim Iudaeos commendare poterit praerogativa patrum aut legislatio, qui 25

7 Ioh. 12, 42sq. 11 Is. 28, 16

1 excitavit] suscitavit *WA*, exsuscitavit *FGMBOD* **2sq.** in salute *C*
3 quaeque *FGMBOD* illa] illis *D* **5** ex mortuis reducens *C* **6sq.** ne incurrat] nec horreat *FG¹MBO* **7** sententiam evangelicam *C* *post*
sententiam: dicentem *add. DC*, quae ait *add. W* inquit] etiam *WA* **11** per Esaiam *AC* **12** credit in illum *FGOYWAC* confundetur] erubescit *WA*
enim *om. C* **13** fieri *om. WA* **15** in christum credentes tripudiabunt *C*
16 quod crediderunt verum est *C* **17** putabatur stultum *C* aspicientes *FGMBOY*
18 fuerunt] fuerant *C*, sunt *W* **19** insensati] stulti *C*

Nam idem dominus omnium, dives in omnibus, qui invocant illum. 2. manifestum est ad omnes hoc pertinere, sive Iudaeos sive Graecos {quia sine invocatione domini Christi nemo vivit apud deum}. cum ergo omnium dominus sit, consentiente et Petro apostolo et dicente: hic est, inquit, omnium dominus, dives tamen non est, nisi in his, qui invocant illum, quia ipsi accipient remunerationem. perfidis vero non est dives, quia participes non sunt bonorum eius; neque enim accipient quod daturum illum non crediderunt. 3. et tamen non dixit deum divitem credentibus, sed invocantibus illum, ut postquam credidit, [eius] non desinat animus id postulare, quod a domino semper doctus est postulandum, quia in evangelio Lucae dicit propter adversarium, quia subtilis et versutus est, semper orandum esse. credentibus autem sola datur remissio peccatorum. sequitur autem, ut precibus deditus liberetur a malo et possit consequi, quod promisit deus toto corde vigilantibus.

10, 13. Omnis enim quicumque invocaverit nomen domini salvus erit. {in Michea dictum est.} ipse deus, qui visus est Moysi dicit: nomen mihi dominus est. hic est filius dei, qui ideo et angelus et deus esse dictus est, ut non ipse esse, a quo sunt omnia, putaretur, sed hic esse, per quem sunt omnia, ut ad id pertineat, quia deus dictus est, quod unum sunt pater et filius, angelus autem ad hoc, quia nuntius promissae salutis est missus a patre. et missus ideo dicitur, ut non ipse pater esse credatur, sed ab eo genitus. ideo (ideoque) quicumque invocaverit nomen domini

5 Act. 10, 36 13sq. cf. Luc. 18, 1 16sq. cf. Matth. 6, 13 18 Joel 2, 32 19 Mich. 6, 9? 20 Exod. 6, 3

1 omnibus] omnes X 11 postquam] quam SKI¹, quia I²X credidit om. Φ 14 quia] qui IX subtilis] astutus I²X

meritum et promissionem patrum non receperunt. gentes autem nullum habent testimonium, quo [vel secundum carnem] commendentur, nisi credant in Christum.

Nam idem dominus omnium, dives in omnibus, qui invocant illum. 2. manifestum est ad omnes hoc pertinere, sive Iudaeos sive Graecos, quia sine invocatione domini Christi nemo vivit apud deum. cum ergo omnium dominus sit, consentiente et Petro apostolo et dicente: hic est, inquit, dominus omnium, dives tamen non est nisi in his, qui invocant illum, quia ipsi recipient remunerationem. perfidis vero non est dives, quia participes non sunt bonorum eius; neque enim accipient quod daturum illum non crediderunt. 3. [et tamen] non dixit deum divitem credentibus, sed invocantibus illum, ut postquam credidit, non desinat animus id postulare, quod a domino semper doctus est postulandum, quia in evangelio Lucae dicit propter adversarium, quia subtilis et versutus est, semper orandum esse. credentibus autem sola datur remissio peccatorum. sequitur autem, ut precibus deditus liberetur a malo et possit consequi, quod promisit deus toto corde vigilantibus.

10, 13. Omnis enim quicumque invocaverit nomen domini salvus erit. in Michea dictum est. ipse enim deus, qui visus est Moysi ait: nomen mihi dominus est. hic est filius dei, qui ideo et angelus et deus esse dictus est, ut non ipse [essel], a quo sunt omnia, putaretur, sed hic esse, per quem sunt omnia, ut ad hoc pertineat, quia deus

8 Act. 10, 36 16sq. cf. Luc. 18, 1 19sq. cf. Matth. 6, 13
21 Ioel 2, 32 22 Mich. 6, 9? 23 Exod. 6, 3

2sq. uel (quod A) secundum carnem DA 4 nam idem] idem
enim ipse W, nam id enim ipse idem A in omnes WA 7 uiuet WA
8 et alt. om. MBYW 9 omnium dominus OYDWC 10 accipient WAC
remunerationem] remissionem W 13 et tamen D 16 Lucae] luca C,
secundum lucam WA dicit] tenetur scriptum ita WA 17 esse] est WA
22 michia W 23 enim om. C ait] dicit C dominus] deus MBO
DWA 25 esse C hic] hunc WA 26 hoc] id C

salvus erit. hoc sensu et Moyses locutus est: quicumque {ait} non audierit profetam illum, exterminabitur de plebe. si ipse est omnium dominus, ipse invocatur a servis. et quia verum est, adiecit:

5 **10, 14.** Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? 1. certe Christo (Christum) non credunt Iudaei ipsi, quem dixit dominum. hoc sequitur, quod supra dixi, quia prius credendum est, ut sit fiducia postulandi.

Aut quomodo credent ei, quem non audierunt?
10 2. apertum est non posse credi in illum (illi), cui oboedientia (obaudentia) denegatur.

Quomodo autem audient sine praedicante?
3. nec hoc obscurum est, quia qui praedicanti resistit, auctorem eius non recipit.

15 **10, 15.** Aut quomodo praedicabunt, nisi mittantur? 1. neque istud recipit quaestionem, quia non erunt veri apostoli, nisi a Christo mittantur, nec poterunt praedicare sine auctore; nulla enim his signa virtutum perhibent testimonium.

Sicut scriptum est: quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! 2. {hoc profeta dicit Naum.} pedes dicendo adventum significat apostolorum circumeuntium mundum et regnum dei adventare praedicantium. adventus enim ipsorum inluminabat homines viam ostendens, qua itur in pace ad deum, quam primum
25 Iohannes baptista venerat praedicare (praeparare). hacc pax

1 Deut. 18, 19 19 Nahum 1, 15; cf. Is. 52, 7

6 credunt] crediderunt *K* 7 ipse Φ 13 obscurum] absurdum Φ
quia *om. SK* 24 deum] dominum *SIX*

dictus est, quod unum sunt pater et filius, angelus autem ad hoc, quia nuntius promissae salutis est missus a patre. et missus ideo dicitur, ut non ipse pater esse credatur, sed ab eo genitus. ideoque quicumque invocaverit nomen domini salvus erit. hoc sensu et Moyses locutus est: 5 quicumque, ait, non audierit profetam illum, exterminabitur de plebe. si ipse est omnium dominus, ipse invocatur a servis, et quia verum est, adiecit:

10, 14. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? 1. certe Christum non credunt Iudaei ipsi, 10 quem dixit dominum. hoc sequitur, quod supra dixi, quia prius credendum est, ut sit fiducia postulandi.

Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? 2. apertum est non posse credi illi, cui obaudientia denegatur.

Quomodo autem audient sine praedicante? 15 3. nec hoc obscurum est, quia qui praedicanti resistit, auctorem eius non recipit.

10, 15. Aut quomodo praedicabunt, nisi mittantur? 1. neque istud recipit quaestionem, quia non erunt veri apostoli, nisi a Christo mittantur, nec poterunt praedi- 20 care sine auctore; nulla enim his signa virtutum perhibent testimonium.

Sicut scriptum est: quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! 2. hoc profeta dicit Naum. pedes dicendo adventum significat apos- 25 tolorum circumeuntium mundum et regnum dei adventare praedicantium. adventus enim ipsorum inluminabat homines

6 Deut. 18, 19 23 Nahum 1, 15; cf. Is. 52, 7

1 quod] quia WA 7 de plebe om. FG¹MBOYW si—
omnium] ipse ergo A est] ergo W dominus omnium FG 10 certe
om. FGMBOY christo DC 19 erint W 23sq. evangelizantium
pacem om. FG¹MBOYD 25 nahum W pedes autem WA

est, ad quam festinant credentes in Christo (Christum). denique sanctus Simeon, quia in mundo erat discordia (discordia est), laetus in ortu salvatoris: nunc, ait, domine, dimitte (dimittis) servum tuum in pace, quia regnum dei pax
 5 est; omni enim amputata discordia omnes uni deo genu flectent. denique Hierusalem superior civitas pacis interpretatur, quae est mater nostra.

10, 16. Sed non omnes obaudiunt evangelio. 1. verum est, quia quamvis inlustretur mundus splendore disciplinae dominicae, sunt tamen qui repugnant (repugnent) et
 10 {qui} lumen tenebras vocant. horum enim sic errore acies obtunsa est mentis, ut nec veri luminis recipiant splendorem. quos accusat evangelium dicens: [et] lux in tenebris lucet et tenebrae eam non comprehenderunt.

15 Esaias enim dicit: domine, quis credit (credidit) auditui nostro? 2. hoc est: quis credit quae audivimus abs te et loquimur? firmavit exemplo profetico Iudaeos esse contradictores evangelicae veritatis — lex enim Iudaeos increpat —, quia sicut fuit apud veteres, ita et nunc est. hunc
 20 enim numerum tangit, qui fidem non recipit.

10, 17. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum. manifestum est, quia nisi dicatur aliquid, nec audiri potest nec credi.

10, 18. Sed dico: numquid non audierunt?
 25 1. hoc est: audierunt et credere noluerunt. quamvis enim

3 Luc. 2, 29 4 cf. Rom. 14, 17 7 Gal. 4, 26 13 Ioh. 1, 5 15 Is. 53, 1

2 symeon Φ 5sq. flectent] flectant SKI¹, -unt I² 9sq. splendore disciplinae dominicae] speciosi oris doctrinae domesticae SKI¹, speciosiori lumine doctrinae domesticae I²X 12 splendorem] speculatorem SKI¹, speculationem I²X 15sq. credidit βSIX 16 credidit SIX 17 abs] do IX, om. SK 18 euangelii Φ 22 uerbum christi K

viam ostendens, qua itur in pace ad deum, quam primus Iohannes baptista venerat praeparare. haec pax est, ad quam festinant credentes in Christum. denique sanctus Si-
meon, quia in mundo discordia est, laetus in ortu salvatoris:
nunc, ait, dimitte, domine, servum tuum in pace, 5
quia regnum dei pax est; omni enim amputata discordia
omnes uni deo genu flectent. denique Hierusalem superior
civitas pacis interpretatur, quae est mater nostra.

10, 16. Sed non omnes obaudiunt evangelio.
1. verum est, quia quamvis inlustretur mundus splendore 10
disciplinae [dominicæ], sunt tamen qui repugnent, qui lumen
tenebras vocant. horum enim ita acies obtusa est mentis,
ut nec veri luminis recipiant splendorem. quos accusat evan-
gelium [dicens]: lux in tenebris lucet et tenebrae
eam non comprehenderunt. 15

Esaias enim dicit: domine, quis credidit audi-
tui nostro? 2. hoc est: quis credidit quae audivimus abs
te et loquimur? firmavit exemplo profetico Iudaeos esse con-
tradictores evangelicae veritatis — lex enim Iudaeos in-
crepat —, quia sicut fuit apud veteres, ita et nunc est. hunc 20
enim numerum tangit, qui fidem non recipit.

10, 17. Ergo fides ex auditu, auditus autem per
verbum. manifestum est, quia nisi dicatur aliquid, nec audiri
potest nec credi.

10, 18. Sed dico: numquid non audierunt? 25
1. hoc est: audierunt et credere noluerunt. quamvis enim fides

5 Luc. 2, 29 6 cf. Rom. 14, 17 8 Gal. 4, 26 14 Ioh.
1, 5 16 Is. 53, 1

1 in pace] in pacem *MC*, ad pacem *W* 2 Iohannes—venerat]
iohannis euangelista commemorat *W* 3 in christum credentes *W*
5 dimittis *FG* domine dimittis *C* servum tuum domine *WA* 9 obau-
diunt] obaudierunt *AW*², oboedierunt *W*¹ 10 quia *om.* *FG*¹*MBO*
11 dominicae *AC* 12 enim *om.* *YDWA* 13 recipiat *C* 14 dicens *DC*
16 enim] autem *FGOD* 23 uerbum christi *FGMBODWA*

fides ex auditu sit, sunt tamen, qui audientes non credunt. audiunt enim et non intellegunt, quia malivolentia obcaecatum est cor illorum.

In omnem enim terram exiit sonus eorum et
 5 usque ad fines orbis terrae verba illorum. 2. usque
 adeo praedicationem dei ab his (a Iudaeis) auditam esse testa-
 tur, ut etiam inpletum orbem divina adnuntiatione pro-
 nuntiet,

α quia, ubi forte praesentia β ipsa enim fabrica mundi
 10 corporis defuit, praedicat creatorem; quod
 enim psalmigraphus de crea-
 tura dixit, hoc apostolus de
 evangelistis, quia ubique au-
 dita est et pervenit in omnem
 15 locum praedicatio nominis
 Christi; ubi enim praesentia
 hominis praedicantis defuit,

sonus tamen et fama pervenit, sicut pervenerat opinio facta-
 rum virtutum in Aegypto ad omnes gentes, teste Raab mere-
 20 trice. {si enim in omnem locum pervenit, non potuerunt non
 audire Iudaei apostolicam praedicationem,} ut nemo ex his ex-
 cusatus sit a crimine diffidentiae.

10, 19. Sed dico: numquid Istrahel non cogno-
 vit? 1. hoc est: cognovit. ne, quia per supradicta testimonia
 25 genus Istrahel incredulitatis causa arguit, cum dolore de om-
 nibus Istrahelitibus queri videretur, non negat Istrahel cogno-
 visse et adsecutum esse, quod illi promissum fuerat in lege,
 sed eum, qui spiritu magis Istrahel est quam carne, quem et
 deus praescierat crediturum. omnes enim audierunt et non
 30 omnes crediderunt. ideo:

1 sq. cf. Matth. 13, 13; Marc. 4, 12 4 Ps. 18, 5 18 sq. cf. Iosue 2, 9

1 ex auditu] auditus Φ credant KIX 4 enim *om.* Φ 18 super-
 uenerat K 24 per *om.* Φ 26 israelitis IX uidetur Φ non *om.* Φ
 28 qui in IX 28sq. et—crediderunt *om.* K

ex auditu sit, sunt tamen qui audientes non credunt. audiunt enim et non intellegunt, quoniam malivolentia obcaecatum est cor illorum.

In omnem enim terram exiit sonus eorum et usque ad fines orbis terrae verba illorum. 2. usque adeo praedicationem dei a Iudaeis auditam esse testatur, ut etiam inpletum orbem divina adnuntiatione pronuntiet. sicut enim fabrica mundi praedicat creatorem iuxta verba David profetae, ita et evangelicus sermo pervenit in omnem locum; ubi enim praesentia hominis praedicantis defuit, sonus tamen et fama pervenit, sicut pervenerat opinio factarum virtutum in Aegypto ad omnes gentes, teste Raab meretrice. si ergo in omnem locum pervenit, non potuerunt non audire Iudaei apostolicam praedicationem, ut nemo ex his excusatus sit a crimine diffidentiae.

10, 19. Sed dico: numquid Istrahel non cognovit? 1. hoc est: cognovit. ne, quia per supra dicta testimonia genus Istrahel incredulitatis causa arguit, cum dolore de omnibus Istrahelitibus queri videretur, non negat Istrahel cognovisse et adsecutum esse, quod illi promissum fuerat in lege,

1sq. cf. Matth. 13, 13; Marc. 4, 12 **4** Ps. 18, 5 **11sq.** cf. Iosue 2, 9

2 quoniam] quia *C* malivolentia] malitia *Y* **3** illorum] eorum *WA*
4 ante in: et quidem *add. A* *om. FGW* eorum] illorum *FGO²YD*
5 usque ad] in *WA* orbis *om. FGMBOY* illorum] eorum *FGMBOY*
DWA **7** sicut] ipsa *C* **8sq.** iuxta — locum] quod enim psalmigraphus —
Christi *C ex recens. β* **9** et *om. OWA* **12** aegyptum *MWAC* teste]
testante *WA* ex meretrice *C* ergo] enim *C* **19** israhelitis *WA*

Primus Moyses dicit {in cantico Deuteronomii}:
 ego ad aemulationem vos adducam in non gentem,
 in gentem insipientem in iram vos mittam. 2. in-
 dignantis verba sunt, propter quod {semper} diffidentes in-
 5 venti sunt Iudaei, et omnibus malis unam adsignat generatio-
 nem et causam. dum praesentes increpat, ibidem tangit magis
 futuros ad quos hoc pertinet. omnium enim horum una dam-
 natio est, si permaneant (permanent) in diffidentia. aemulatio
 ergo illis nata est invidiae (invidentiae), dum vident gentem,
 10 quae prius, quia sine deo erat (fuit), sensu bruta erat, deum
 suum appellare, qui fuerat Iudaeorum, et donum illis promis-
 sum esse adsecutam, per quam zelum passi iracundia disten-
 derentur, ut malitiae {et incredulitatis} suae mercedes exsol-
 verent. nulla enim res sic consumit hominem nisi (sicut) zelus,
 15 quem ideo deus ultorem ponit (posuit) incredulitatis, quia
 grave peccatum est. nam semper in iram missi excruciantur,
 quando audiunt profetas et legem (legem et profetas) ad nos
 pertinere, qui Christum credimus.

10, 20. Esaias audet et dicit: palam factus sum
 20 non quaerentibus me, et inventus sum inter eos
 qui me non interrogabant. quoniam supra verbis Moysi
 abusus (usus) est de exclusione Iudaeorum, ad hoc {quoque}
 Esaias profetae exemplum subdidit, ut de eius prosecutione
 apertius doceret deum expulsis Iudaeis ultro gentibus gratiam
 25 nuntiasse (obtulisse) ad obprobrium et necem Iudaeorum.
 {haec enim Esaias ex persona Christi testatur.}

1 Deut. 32, 21 19 Is. 65, 1

5 et om. SIX 12 esse] se Φ 13 malitiae credulitatis K
 14 sic] sa S, ita IX

sed eum, qui spiritu magis Istrahel est quam carne, quem et deus praescierat crediturum. omnes enim audierunt et non omnes crediderunt. [ideo:]

Primus Moyses dicit in cantico Deuteronomii: ego ad aemulationem vos adducam in non gentem, 5 in gentem insipientem in iram vos mittam. 2. indignantis verba sunt, propter quod semper diffidentes inventi sunt Iudaei, et omnibus malis unam adsignat generationem et causam. dum praesentes increpat, ibidem tangit magis futuros ad quos hoc pertinet. omnium enim horum una dam- 10 natio est, si permanent in diffidentia. aemulatio ergo illis nata est invidentiae, dum vident gentem, quae prius, quia sine deo fuit, sensu bruta erat, deum suum appellare, qui fuerat Iudaeorum, et donum illis promissum esse adsecutam, per quam zelum passi iracundia distenderentur, ut malitiae et increduli- 15 tatis suae mercedes exsolvent. nulla enim res sic consumit hominem sicut zelus, quem idcirco deus ultorem posuit incredulitatis, quia grave peccatum est. nam semper in iram missi [ex]cruciantur, quando audiunt legem et profetas ad nos pertinere, qui in Christo credimus. 20

10, 20. Esaias audet et dicit: palam factus sum non quaerentibus me, et inventus sum inter eos qui me non interrogabant. quoniam supra verbis Moysi usus est de exclusione Iudaeorum, ad hoc [quoque] Esaiiae profetae exemplum subdidit, ut de eius prosecutione apertius 25

5 Deut. 32, 21 21 Is. 65, 1

2 et] sed *WA* 3 ideo *C* 4 in cantico Deuteronomii *om. DWA*
 6 genti insipienti *W* mittam] inducam *A*, adducam *W* 7sq. in iudaeis
 inuenti sunt *W* 8 in iudaeis et *A* 11 illis ergo *WA* nata] data *G²C*
 12 invidentiae] inuidiae *WA* 13 qui] qui prius *WA* 14 esse] se *FGM*
BOYDW, sed *A¹* 17 sicut] nisi *F²GOYWAC* idcirco] ideo *C* 19 ex-
 cruciantur *WAC* 20 in *om. C* christum *DAC* 21 esaias autem *FWA*
 palam factus] inuentus *WA* 22 et inventus sum] palam apparui *WA*
 24 quoque *C*

10, 21. Ad Istrahel autem quid dicit? tota die expandi manus meas ad plebem non credentem. 1. hic Istrahel carnalis est, hoc est Abrahae filius (filii), sed non secundum fidem. nam Istrahel verus et spiritalis est, qui
 5 credendo videt deum. tota die 'semper' significat, semper enim correpti sunt. propterea increpantur non credituri, ut sciant quia ipsi sibi sunt causa perditionis. potest hoc et de salvatore accipi, qui in cruce extensis manibus interficientium eum peccatum arguit. causa enim illa clamitat sceleratum
 10 facinus Iudaeorum. {1 a. superius quod ausus sit dicere Esaias de his qui deo fuerant inimici, ostendit hos amicos futuros et eos qui Istrahelitae dicebantur, propter quod inobaudientes erant, ut inimicos abiciendos.}

11, 1. Dico igitur: numquid reppulit deus hereditatem suam? absit. 1. quia populum Istrahel incredulum ostendit, nunc, ne omnem Istrahel diffidentem dixisse putaretur,

<p>α (ostendit), quoniam non reppulisse deum hereditatem suam dixerat, quam promiserat generi Abraham;</p>	<p>β ostendit non reppulisse deum hereditatem suam, quam praesciit, id est filios Abrahae, quos fideles sibi futuros scivit;</p>
--	---

nec enim promitteret {eis regnum}, si sciret nullum ex his crediturum. {hereditas ergo domini iuxta legem filii sunt Abrahae,
 25 sed credentes.}

1 Is. 65, 2

2 ad plebem] ad populum *KIX*, a populo *S* post credentem *add.*
 et contradicentem Φ 4 uerus est *K* 14 numquid sic Φ 18 (ostendit) quoniam] *Bieler*, quando Φ , quaerendo *Bulhart*

doceret deum expulsis Iudaeis ultro gentibus gratiam obtulisse ad obprobrium et necem Iudaeorum. haec enim Esaias ex persona Christi testatur.

10, 21. Ad Istrahel autem quid dicit? tota die expandi manus meas ad plebem non credentem. ⁵
 1. hic Istrahel carnalis est, hoc est Abrahae filii, sed non secundum fidem. nam Istrahel verus et spiritalis est, qui credendo videt deum. tota die 'semper' significat, semper enim correpti sunt. propterea increpantur non credituri, ut sciant quia ipsi sibi sunt causa perditionis. potest istud et de salva- ¹⁰
 tore intellegi, qui in cruce extensis manibus interficientium se peccatum arguit. causa enim illa clamat sceleratum facinus Iudaeorum. 1 a. superius quod ausus sit dicere Esaias de his qui deo fuerant inimici, ostendit hos amicos futuros et eos qui Istrahelitae dicebantur, propter quod inobaudientes erant, ut ¹⁵
 inimicos abiciendos.

11, 1. Dico igitur: numquid reppulit deus hereditatem suam? absit. 1. quia populum Istrahel incredulum ostendit, nunc, ne omnem Istrahel diffidentem dixisse putaretur, ostendit non reppulisse deum hereditatem ²⁰
 suam, quam promisit generi Abrahae. nec enim promitteret eis [regnum], si sciret nullum ex his crediturum. [hereditas ergo domini iuxta legem filii sunt Abrahae, sed credentes.]

4 Is. 65, 2

1 doceret] diceret *FGMBOYW* gratiam gentibus *WA* 5 ple-
 bem] populum *WA* post credentem: et contradicentem *add. G²DWA*
 7 et *om. FG¹BOYWC* 8 tota autem *WA* 9 correpti] cor-
 rupti *FGMBD¹YWA*, correcti *D²* 10 sibi ipsi *W* sunt sibi *Y* causa
 sunt *C* istud] hoc *C* 11 intellegi] accipi *C* se] eum *C* 13 quid *FGM*
OY¹DWA 14 dei *C* 18 hereditatem] plebem *WA* 20 dominum
FGBOY hereditatem] plebem *WA* 21sq. promisit—credentes]
 praesciit—sciuit *C* ex recens. β generi *om. FG* 22 regnum *A* his] eis *W*
 22sq. hereditas—credentes *A* 23 abraham *FG*

Nam et ego Istrahelita sum ex semine Abrahae, de tribu Benjamin. 2. exemplo suo docet partem Istrahel salvatam, quam praesciit deus salvandam, aut adhuc posse salvari, et partem Istrahel propter iugem diffidentiam perditioni deputatam.

11, 2. Non reppulit deus plebem suam, quam praesciit. hoc est quod dicit salvator: pater, quos dedisti mihi, custodivi, et nemo ex his perit (periit) nisi filius perditionis. ita et hi, quos praesciit deus credituros, nemo ex his a promissione repulsus est, quia sic factum est, sicut sciit (praesciit) deus futurum.

An nescitis in Helia quid dicit scriptura? quomodo postulat deum contra Istrahel? **3.** domine, profetas tuos occiderunt, altaria tua effoderunt et ego relictus sum solus et quaerunt animam meam. **4.** sed quid dicit illi responsum divinum? reliqui mihi septem milia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal. aperta sunt haec. ostendit {enim} non solum Heliam remansisse qui devotus deo non adoraverit idola, sed et multos, qui in fide dei permanserunt {sicut et ex Iudacis non pauci crediderunt}. huic rei et historia congruit, quia multi per speluncas occultati sunt propter Achab regem Samariae et Zezabel uxorem eius, qui pseudo-profetas credentes dei profetas persequebantur et populum ad idolatriam cogeant (hortabantur).

11, 5. Sic igitur et in hoc tempore reliquiae secundum electionem gratiae salvae factae sunt. hoc est: ita, inquit, et nunc hi remanserunt in legis promiss-

7 Ioh. 17, 12 13 III Reg. 19, 10 17 III Reg. 19, 18
22sq. cf. III Reg. 18, 4

1 abraham *S* 2 de] e *S*, et *K* 8 periit β *KIX* 10 repul-
sus] apulsus *S*, pulsus *IX* 11 sciit *SIX* 14 suffoderunt Φ
17sq. incurruerunt *K* 18sq. ostendit enim β *IX*, ostendit etiam *K*
23 Zezabel] hiezabel *IX* 23sq. qui—credentes] qui scribunt de pro-
phetis Φ 24 profetas] prophetiam *SK*, -a *I*¹, -ae *I*²*X* 28 est *om.* Φ

Nam et ego Istrahelita sum ex semine Abrahae, de tribu Benjamin. 2. exemplo suo ostendit partem Istrahel salvatam, quam praesciit deus salvandam, aut adhuc posse salvari, et partem Istrahel propter iugem diffidentiam perditioni deputatam. 5

11, 2. Non reppulit deus plebem suam, quam praesciit. hoc est quod dicit salvator: pater, quos dedisti mihi, custodivi, et nemo ex his periit nisi filius perditionis. ita et hi, quos praesciit deus credituros, nemo ex his a promissione repulsus est, quia sic factum est, sicut praesciit deus futurum. 10

An nescitis in Helia quid dicit scriptura? quomodo postulat deum contra Istrahel? **3.** domine, profetas tuos occiderunt, altaria tua effoderunt et ego relictus sum solus et quaerunt animam meam. 15 **4.** sed quid dicit illi responsum divinum? reliqui mihi septem milia virorum, qui non curverunt genua ante Baal. aperta sunt haec. ostendit enim non solum Heliam remansisse qui devotus deo non adoraverit idola, sed et multos, qui in fide dei permanserunt [sicut et ex Iudaeis non pauci crediderunt]. huic rei et historia congruit, quia multi per speluncas occultati sunt propter Achab regem Samariae et Zezabel uxorem eius, qui pseudoprofetis credentes profetas dei persequebantur et populum ad idolatriam hortabantur. 20 25

11, 5. Sic igitur et in hoc tempore reliquiae

7 Ioh. 17, 12 13 III Reg. 19, 10 17 III Reg. 19, 18
22sq. cf. III Reg. 18, 4

2 de om. *MWC* ostendit] docet *C* 3 Istrahel om. *A* 7 praesciuit *W* 8 his] eis *FW* 10 his] eis *W* 12 eliam *W* 13 postulat deum contra] interpellat deum aduersus *WA* 14sq. effoderunt] demoliti sunt *WA* 15sq. et *alt.*—meam om. *FG¹MBOY*
16 illi dicit *MBOD* diuinum responsum *W* 18 genu *FGYDC* bahal *C*
19 deo] domino *W* 20 idolum *FGBO* 20sq. sicut—crediderunt *C*
23 Zezabel] iezabel *WA* seudoprophetis *W* 24 dei prophetas *C* populos *A*

sione recedentibus multis, quos ante praesciit deus. qui enim susceperunt Christum quasi in lege promissum, hi in lege steterunt, qui enim non illum receperunt, a lege recesserunt. ideo credentes reliqui dicuntur, hoc est remanentes in lege.

5 **11, 6.** Si autem gratia, iam non ex operibus. 1. manifestum est, quia gratia donum dei est, non debita merces operibus, sed gratuita ratione misericordia interveniente concessa.

10 Alioquin gratia iam non est gratia. 2. verum est, quia si merces est, non est gratia; sed quia merces non est, sine dubio gratia est, quia veniam dare peccantibus non est aliud quam gratia, et his qui non requirunt, sed offertur illis ut credant. duplex ergo gratia est, quia hoc competit deo, qui abundat misericordia, ut et requirat quos gratis curet (curat).

15 **11, 7.** Quid ergo? quod quaerebat Istrahel, hoc non est adsecutus, electio autem consecuta est. Istrahelitae hi carnales sunt, qui ex operibus legis iustificari se putantes non sunt adepti, ut iusti essent per legem (fidem) apud deum, praeterea cum omnes rei sint per legem, quia
20 maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. qui autem per fidem iustificari se crediderunt, consecuti sunt electionem, ut iustificati filii dei fierent memores scripturae dicitis quia iustus ex fide vivit, {id est} non ex lege.

25 Ceteri vero excaecati sunt, **8.** sicut scriptum est. {hoc subiectum in Esaia legitur.} dedit illis deus spiritum conpunctionis, oculos ut non videant et aures ut non audiant, usque in hodiernum diem.

20 Deut. 27, 26 24 Hab. 2, 4 26sq. Deut. 29, 4; cf. Is. 6, 9

7 gratuita] gratia Φ 16 consecutus Φ electio autem] electionem
consecuta K 19 sunt SK 21 ut om. Φ

secundum electionem gratiae salvae factae sunt. hoc est: ita, inquit, et nunc hi remanserunt in legis promissione recedentibus multis, quos ante praesciit deus. qui enim susceperunt Christum quasi in lege promissum, hi in lege steterunt, qui enim non illum receperunt, a lege recesserunt. 5 ideo credentes reliqui dicuntur, hoc est remanentes in lege.

11, 6. Si autem gratia, iam non ex operibus. 1. manifestum est, quia gratia donum dei est, non debita merces operibus, sed gratuita ratione misericordia interveniente concessa. 10

Alioquin gratia iam non est gratia. 2. verum est, quia si merces est, non est gratia; sed quia merces non est, sine dubio gratia est, quia veniam peccantibus dare non est aliud quam gratia, et his qui non requirunt, sed offertur illis ut credant. duplex ergo gratia est, quia hoc competit deo, qui 15 abundat misericordia, ut et requirat quos gratis curat.

11, 7. Quid ergo? quod quaerebat Istrahel, hoc non est adsecutus, electio autem consecuta est. Istrahelitae hi carnales sunt, qui ex operibus legis iustificari se putantes non sunt adepti, ut iusti essent per fidem apud 20 deum, praeterea cum omnes rei sint per legem, quia maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. quamvis ut si manerent in omnibus scriptis, quod vix possibile est, non iustificarentur apud deum, quia iustus ex fide vivit. ille 25 enim ad praesens iustus est, hic apud deum.

Ceteri vero excaecati sunt, 8. sicut scriptum

21 Deut. 27, 26 25 Hab. 2, 4

6 reliquiae *G² YDA* 8 dei donum *A* 11 est] fit *WA* 12 non est gratia sed quia *om. FG¹MB* 13 dare peccantibus *C* 15sq. qui abundat] ut abundet *D²* 16 et *om. WA* 17 ergo est *WA* 18 adsecutus] consecutus *WA* 21 quia] quia scriptum est *WA* 22 omnis] est *A* 23 eam *C* 23 quamvis—26 deum] qui autem—lege *C ex recens. β* ut] et *A* 26 post deum *add. qui autem per fidem—lege D ex recens. β*

9. et David dicit: fiat mensa eorum in laqueum et in captionem et in scandalum et in retributionem illis. 10. obscurentur oculi eorum, ut non videant, et dorsum illorum in perpetuum incurva.
 5 1. ideo mensam malorum devotat, quia illic solent decipi innocentes; dolo enim vocantur ad convivium, ut perimantur, quia sic et Amon (Ammon) {filius David} deceptus est, et malignus Olofernis per epulum sanctam Iudith putavit se posse decipere {et in mensa scelerati Herodis saevierunt
 10 maligni in caput Iohannis profetae}. unus sensus est duorum profetarum de huiusmodi hominibus, qui ab initio infidi et repugnantes inventi sunt {hostes bonorum}. sed aliqui illorum emendati sunt et correcti, licet tarde, quidam vero in pertinacia manentes severitatem sententiae non evaserunt in
 15 perpetuum curvati {1 a. hoc est excaecati, ne de cetero possent veritatis viam aspicere, quam malivolentia aspernati fuerant declinantes ab ea, et ad salutis gratiam pervenire. qui enim cum intellexisset, credere noluit, id debet consequi quod vult, ne de cetero possit fidem recipere et salvari}. 2. exempla igitur
 20 supra dicta profetarum (profetarum supra dicta) duplicem continent sensum; duobus enim modis decreta sunt et scripta. duo etenim genera hominum hic continentur; unum est, quod malivolentiae suae causa excaecatur in sempiternum, ne salvetur; sunt enim pessimae voluntatis usque adeo, ut intellegentes dicant se nescire quod audiunt. denique dicebant de
 25 salvatore: quid est quod dicit? nescimus quid loquitur. quid eum auditis? daemonium habet et insanit. alia autem pars, quae vere Istrahel est, contradicebant (contradicebat) illis: haec verba non sunt daemonium
 30 habentis. numquid daemonium potest caecorum

1 Ps. 68, 23sq. 7 cf. II Rog. 13, 27sqq. 8sq. cf. Iudith 12, 1
 9sq. cf. Marc. 6, 28 26 Ioh. 10, 20 29 Ioh. 16, 18; 10, 21

4 in porpetuum] somper Φ 7 ammon β IX 8 olofornes IX
 10 duorum] illorum SIX

est. [hoc subiectum] in Esaia legitur. dedit illis deus spiritum conpunctionis, oculos ut non videant et aures ut non audiant usque in hodiernum diem. 9. et David dicit: fiat mensa eorum in laqueum et in captionem et in scandalum et in retributionem 5 illis. 10. obscurentur oculi eorum, ut non videant, et dorsum illorum in perpetuum incurva. 1. ideo mensam malorum maledicit, quia illic solent decipi innocentes; dolo enim vocantur ad convivium, ut perimantur. sic enim Amnon deceptus est filius David a fratre suo Abessalon 10 et malignus Olofernis per epulum sanctam Iudith putavit se posse decipere et in mensa scelerati Herodis saevierunt maligni in caput Iohannis profetae. unus sensus est duorum profetarum de huiusmodi hominibus, qui ab initio infideles et repugnantes inventi sunt hostes bonorum. sed aliqui eorum emen- 15 dati sunt et correcti, licet tarde, quidam vero in pertinacia manentes severitatem sententiae non evaserunt in perpetuum curvati, 1 a. hoc est excaecati, ne de cetero possent veritatis viam aspicere, quam malivolentia aspernati fuerant declinantes ab ea, et ad salutis gratiam pervenire. qui enim cum 20 intellexisset, credere noluit, id debet consequi quod vult, ne de cetero possit fidem recipere et salvari quam sciens prudensque abnuit. 2. exempla igitur profetarum supra dicta duplicem continent sensum; duobus enim modis decreta sunt et

1sq. Deut. 29, 4; cf. Is. 6, 9 4 Ps. 68, 23sq. 10 cf. II Reg. 13, 27sq. 11sq. cf. Iudith 12, 1 12sq. cf. Marc. 6, 28

1 hoc subiectum *C* in Esaia legitur *om. DWA* legitur] loquitur *FGBOY, om. M* 2 conpunctionis *i. soporis cf. Thes. III 2171, 56* 4sq. et *alt.* — scandalum *om. FG¹C* 5 retributionem] tribulationem *WA* 6 ut non] ne *BYA* 7 illorum] eorum *DA* in perpetuum] semper *WA* 8 decipere *A* 9sq. sic enim] quia sic et *C* 10 etenim *WA* amnon *C* filius dauid deceptus est *C* absalon *FGOY* 11 epulas *WA* putabat *W* 14 infideles] infidi *WAC* 15 eorum] illorum *C* 18 incurvati *FG* possint *CA* 18sq. viam veritatis *Y* 19 fuerunt *W²A* 21sq. intellexissent . . . noluerunt . . . debent . . . uolunt . . . possint *WA*

oculos aperire? 3. dum invident ergo salvatori, nolebant videri intellegere quae audiebant, et (ut) dum a legisperitis et farisaeis non intellegi videtur, res absurdas et quae extra legem essent loqui putaretur, quae res etiam alios a fide possit
 5 avertere. unde audiunt a salvatore: vos habetis clavem scientiae, et neque vos intratis neque alios sinitis introire. quis enim non levium, sed paulo graviorum legisperitorum et farisaeorum consilium et sententiam non sequeretur et qui viderentur legis defensores? denique his, qui vere
 10 Istrahelitae sunt, dixerunt: numquid aliquis ex principibus credidit in illum? ut inde iusti viderentur non credidisse, si multos conspiracy suae socios fecissent, quia quod a paucis defenditur, solet non probatum videri. 4. ideo excaecati sunt, ne de cetero possint credere et salvari. in
 15 voluntate ergo sua adiuti sunt, ut quoniam scientes verum dicebant esse falsum, de cetero non intellegerent quod est verum, ut verum haberent falsum quod volebant. 5. alterum genus est, quod cum iustitias legis sectatur, iustitiam Christi non recipit; et quoniam non per invidiam malae voluntatis
 20 hoc agit, sed errore aemulando traditionem patrum, caecantur ad tempus, quia cum deberent magnalibus Christi addiscere hunc non posse fallere, cuius tam magnifica virtus in rebus gestis appareret, et praedicationem eius testamento novo promisso per profetas comparare et exinde profiteri hunc esse
 25 qui promissus est, negligentes contra deum et hominibus adsentientes inventi sunt. propterea ergo caecantur, ut admissis gentibus ad promissionem eorum ipsa aemulatione, dum invident gentibus, revertantur ad fidem dei.

5 Luc. 11, 52 10 Ioh. 7, 48

9 denique] dicebant IX 10 dixerunt om. Φ 11 iusti viderentur] iustificarentur SIX 15 ergo] enim K 20 patrum quia K

scripta. duo etenim genera hominum hic continentur; unum est, quod malivolentiae suae causa excaecatur in sempiternum, ne salvetur; sunt enim pessimae voluntatis usque adeo, ut intellegentes dicant se nescire quod audiunt. denique dicebant de salvatore: quid est, quod dicit? nescimus quid loquitur. quid eum auditis? daemonium habet et insanit. alia autem pars, quae vere Istrahel est, contradicebat illis: haec verba non sunt daemonium habentis. numquid daemonium potest caecorum oculos aperire? 3. dum invident ergo salvatori, nolebant videri intellegere quae audiebant, ut dum a legisperitis et farisaeis non intellegi videtur, res absurdas et quae extra legem essent loqui putaretur, quae res etiam alios a fide possit avertere. his enim dicit salvator: vos habetis clavem scientiae, et neque vos intratis neque alios sinitis introire. quis enim non levium, sed paulo graviorum legisperitorum et farisaeorum consilium et sententiam non sequeretur et qui viderentur legis defensores? denique his, qui vere Istrahelitae sunt, dixerunt: numquid aliquis ex principibus credidit in illum? ut inde iusti viderentur non credidisse, si multos conspirationis suae socios fecissent, quia quod a paucis defenditur, solet non probatum videri. 4. ideo excaecati sunt, ne de cetero possint credere et salvari. in voluntate ergo sua adiuti sunt, ut quoniam scientes verum dicebant esse falsum, de cetero non intellegerent quod est verum, ut verum haberent falsum quod volebant. 5. alterum genus est, quod cum iustitias legis sectatur, iustitiam Christi non recipit; et quoniam non per invidiam malae voluntatis hoc agit, sed errore aemulando traditionem patrum, caecantur ad tempus, quia cum deberent magnalibus Christi addiscere hunc non posse fallere, cuius tam magna virtus in rebus gestis appareret, et praedicationem eius testamento novo promisso per profetas comparare et ex-

5 Ioh. 16, 18; 10, 20 8 Ioh. 10, 21 14 Luc. 11, 52 19 Ioh. 7, 48

14 claves *A*² 15 introire] intrare *BW*

11. 11. Dico ergo: numquid sic offenderunt, ut caderent? absit. 1. hoc dicit, quod supra memoravi, quia non sic diffiderunt, ut numquam iam crederent, id est: non ita propter improbitatem suam caecati sunt, ut curari non
 5 possint (possent), sicut et diabolus legimus cecidisse, dicente Esaia profeta: quomodo cecidit Lucifer de caelo (de caelo Lucifer)? casum apostasiam significavit. non ergo hos sic offendisse dicit, ut caderent, sed offensionis suae causa ad tempus obtunsos.

10 Sed illorum delictum salus gentibus fuit, ut illos aemulentur. 2. {hoc est quod dixit, quia} propter peccatum illorum gentibus salus data est,

β ut quia donum dei recusa- verunt Iudaei, ipso dolore 15 converterentur zelantes pro- missionem patrum.	α quia enim donum dei re- cusaverunt Iudaei, transla- tum hoc ad gentes est, ut aemulatione zeli accensi Iu- dæi converterentur ad Chris- tum zelantes promissionem patrum.
---	---

20 11, 12. Quodsi delictum illorum divitiae sunt mundo et diminutio eorum divitiae gentium, quanto magis plenitudo illorum! manifestum est, quia si delictum illorum profuit mundo, dum horum dispendio

6 Is. 14, 12

10 delicto Φ fuit *om.* Φ 21 mundi *SKI* eorum] illorum *K* 22 il-
lorum] eorum Φ

inde profiteri hunc esse qui promissus est, neglegentes contra deum et hominibus adsentientes inventi sunt. propterea ergo caecantur, ut admissis gentibus ad promissionem eorum ipsa aemulatione, dum invident gentibus, revertantur ad fidem dei. 5a. sed quia aliqui Iudaeorum aemulatione legis resistebant salvatori non malignitate potius, sed ignorantia, non in perpetuum caecati sunt. unde subiecit:

11, 11. Dico ergo: numquid sic offenderunt, ut caderent? absit. 1. hoc dicit, quod supra memoravi, quia non sic diffiderunt, ut numquam possent credere, id est: non ita propter incredulitatem suam caecati sunt, ut curari non possent, sicut [et] diabolum legimus cecidisse dicente Esaia profeta: quomodo cecidit de caelo Lucifer? casum apostasiam significavit. non ergo hos sic offendisse dixit, ut caderent, sed offensionis suae causa ad tempus obtunso.

Sed illorum delictum salus gentibus fuit, ut illos aemulentur. 2. hoc est quod dixit, quia propter peccatum illorum gentibus salus data est. quia enim donum dei recusarunt Iudaei, translatum hoc ad gentes est, ut aemulatione zeli accensi Iudaei converterentur ad Christum promissum Abrahae.

11, 12. Quodsi delictum illorum divitiae sunt mundo et diminutio eorum divitiae gentium,

13 Is. 14, 12

5sq. salvatori resistebant *WAC* 8 sic *om. C* 10 possent credere] iam crederent *C* 11 incredulitatem] improbitatem *C* 12 possint *WA* et *WAC* 13 post Lucifer *add.* qui mane oriebatur *WA* 14 dicit *OC* 16 delicto *WC* fuit *om. WAC* 19 recusauerunt *C* 20sq. promissum Abrahae] zelantes promissionem patrum *DC* 23 eorum] illorum *WA*

plures habet bonos — quia multo plures sunt gentes Iudaeis — et diminutio eorum, quod est damnum promissionis, divitiae gentium per id quod lucrati sunt vitam aeternam, quanto magis plenitudo eorum! apertum est, quia magis
 5 dives erit mundus hominibus bonis, si et hi, qui caecati sunt, convertantur. ex magna enim parte salvatur (salvabitur) mundus. mundus homines significantur (significat), sicut dictum est de salvatore: ecce totus mundus abiit post illum.

10 **11, 13.** Vobis enim dico gentibus: quando quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorifico, **14.** si quomodo aemuler carnem meam, ut salvos faciam aliquos ex illis. ostendit gentibus, quo affectu diligat Iudaeos. nam ministerium suum,
 15 quo apostolus gentium est, honorificat, si propter affectum generis sui data opera etiam Iudaeos adquirat ad fidem. honorificatior (honorificentior) enim fit, si et illos, ad quos non missus est, lucretur ad vitam. patribus enim in laude maxima erit, si fratres invenerit, qui perierant.

20 **11, 15.** Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quae est adsumptio nisi vita ex mortuis? hoc dicit, quia {si} non credentibus Iudaeis gentes reconciliatae sunt deo ad incrementum mundi circa fidem Christi, quae erit in hac parte et quanta plenitudo salutis,
 25 si adsumantur et Iudaei ad fidem Christi, nisi ut ex mortuis vivificetur mundus in hominibus? quia ergo profectus est, dandam dicit operam, ut credant, quoniam caecatis (caecitatis) obtusio tempore compensati delicti aufertur, ut voluntatis suae recipiant arbitrium liberum.

8 Ioh. 12, 19

1 sunt <i>om.</i> SIX	10 quando] quoadiu Φ	12 honorifico]
glorificabo Φ	19 si <i>om.</i> Φ	25 ut] uita Φ
profectus IX		26 profectus]

quanto magis plenitudo illorum! manifestum est, quia si dilectum illorum profuit mundo, dum horum dispendio plures habet bonos — quia multo plures sunt gentes Iudaeis — et diminutio eorum, quod est damnum promissionis, divitiae gentium per id quod lucrati sunt vitam aeternam, quanto magis plenitudo eorum! apertum est, quia magis dives erit mundus hominibus bonis, si et hi, qui caecati sunt, convertantur. ex magna enim parte salvabitur mundus. mundus homines significat, sicut dictum est de salvatore: ecce totus mundus abiit post illum.

11, 13. Vobis enim dico gentibus: quando quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum honorifico, **14.** si quomodo aemuler carnem meam, ut salvos faciam aliquos ex illis. ostendit gentibus, quo affectu diligit Iudaeos. nam ministerium suum, quo apostolus gentium est, honorificat, si propter affectum generis sui data opera etiam Iudaeos adquirat ad fidem. honorificentior enim fit, si et illos, ad quos non missus est, lucretur ad vitam. patribus enim in laude maxima erit, si fratres invenerit, qui perierant.

11, 15. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quae est adsumptio nisi vita ex mortuis? hoc dicit, quia si non credentibus Iudaeis gentes reconciliatae sunt deo ad incrementum mundi circa fidem Christi, quae erit in hac parte et quanta plenitudo salutis, si adsumantur et Iudaei ad fidem Christi, nisi ut ex mortuis vivificetur mundus in hominibus? quia ergo profectus est, dandam dicit operam,

9 Ioh. 12, 19

1 illorum] eorum *WA* 7 excaecati *W* 8 mundus *alt.*] mundus enim *WA* 9 significatur *MB* 10 abiit] exiit *A*
11 quando] *C*, quamdiu *cett.* **13** honorifico] -fieabo *ODA*, inlustrabo *W* aemuler] in emulationem inmittam *WA* **17** data opera] d. operatione *D*, datam operationem *FGBO* **18** fiet *C* **19** laudem maximam *G*

11, 16. Quodsi delibatio sancta est, et massa. 1. manifestum est, quia quod unius substantiae est, unum est; ac per hoc non potest delibatio sancta esse et massa in-
 5 munda; delibatio enim de massa est. ideoque ostendit non posse indignos dici ad fidem hos, quorum iam parentes adepti sunt fidem, quia si pars Iudaeorum credidit, cur non et alia pars posse credere dicatur.

Et si radix sancta, et rami. 2. inmutatis verbis eadem repetit, ut sensum commendet duobus exemplis.

11, 17. Quodsi aliqui ex ramis fracti sunt. 1. id est, si aliqui non crediderunt ex eis, excisi a promissione.

Tu autem cum esses oleaster, insertus es in illos et socius factus es radicis oleae. 2. hoc significat, quia non credentibus multis Iudaeis gentes insertae
 15 (insitae) sunt per fidem in spem promissionis, ut dolori esset Iudaeis. sed non iuxta legem agricolae (agriculturae), quia bonum surculum inserunt in non bonam arborem. hi enim cum essent ex radice mala, inserti sunt in bonam arborem. ideo oleastrum dicit insertum, ut fructum surculus radicis
 20 adferat, socius eius effectus.

11, 18. Noli gloriari adversum ramos. 1. hoc est: noli gaudere incredulitati (in incredulitate) illorum. displicet enim deo, si quis exultet in malis alterius {sicut dicit Solomon}. nec enim causa gentium abiecti sunt, [ut gaudeant] sed quia
 25 non crediderunt {occasionem dederunt, ut praedicaretur gentibus}.

23 cf. Prov. 24, 17

13 illis Φ oleae] oliuae Φ 21 adversum] -us NKIX, -os S 22 in incredulitati K, in incredulitate βIX

ut credant, quoniam caecitatis obtusio tempore compensati delicti aufertur, ut voluntatis suae recipiant arbitrium liberum.

11, 16. Quodsi delibatio sancta, et massa. 1. manifestum est, quia quod unius substantiae est, unum est, ac per hoc non potest delibatio sancta esse et massa inmundā; 5 delibatio enim de massa est. ideoque ostendit non posse indignos dici ad fidem hos, quorum iam patres adepti sunt fidem, quia si pars Iudaeorum credidit, cur non et alia pars posse dicatur credere.

Et si radix sancta, et rami. 2. inmutatis verbis 10 eadem repetit, ut sensum commendat duobus exemplis.

11, 17. Quodsi aliqui ex ramis fracti sunt. 1. id est, si aliqui non crediderunt ex eis, excisi a promissione.

Tu autem cum esses oleaster, insertus es in illos et socius factus es radicis oleae. 2. hoc signi- 15 ficat, quia non credentibus multis Iudaeis gentes insitae sunt per fidem in spem promissionis, ut dolor^{il} esset Iudaeis. sed non iuxta legem agriculturae, quia bonum surculum inserunt in non bonam radicem, quia cum essent isti ex radice mala, inserti sunt in bonam arborem. ideo oleastrum dicit insertum, 20 ut surculus fructum radicis adferat, socius eius effectus.

11, 18. Noli gloriari adversum ramos. 1. hoc est: noli gaudere in incredulitate illorum. displicet enim deo, si quis exultet in malis alterius sicut dicit Solomon. nec enim

24 cf. Prov. 24, 17

2 accipiant *W* liberum arbitrium *WC* 3 sancta] sancta est *FG¹MBO*
D²W 11 sensum suum *FGM* duobus commendat *FG¹* 14 oleaster esses *F*
GMBOYD 15 illis *DW* radicis (*add. et W*) pinguedinis *WA* oleae] *Bulhart*,
oliuae *codd.* 16 insertae *W* 17 spe *D* dolori *C*, -is *W* 18 quia] qua *WC*,
qui *GBOYD*, quod *M* 19 radicem—isti] arborem hi enim cum essent *C*
ex] in *W¹C* 21 fructum surculus *C*, surculos fructus *W* eius *om.* *FG¹*
MBO 22 adversum] *C*, -us *cett.* 23 in *om.* *WA¹C* incredulitati *WC*
illorum] eorum *W*

Quodsi tu gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. 2. id est, si te extuleris super illos, in quorum insertus es radicem, insultas generi, quod te, ut ex malo bonus esses, suscepit; nec stabis, si illud per quod stas, destruis.

5 **11, 19.** Dicis itaque: fracti sunt rami, ut ego insererer. ex persona gentilis {credentis} loquitur, qui exultandum putat in casu Indaeorum diffidentium, dicentis: illorum reprobatio locum fecit gentibus (gentilibus). sed non sunt reprobati a deo, {ut gentes intrarent,} sed seipsos repro-

10 bos fecerunt {spernentes donum dei} occasionem dantes (unde occasionem dederunt) gentibus ad salutem. quam extollentiam reprimi vult, ut magis saluti gaudeatur (congaudeatur), non aegritudini faveatur (insultetur); facile enim decipitur, qui

15 α gaudet alienis malis.

β insultat peccanti.

11, 20. Bene. {id est recte dicis, quia fractis ramis insertus es.} sed incredulitate fracti sunt. 1. {hoc est:} non propter te, {sed suo vitio} quia illis diffidentibus ad illorum aemulationem tu vocatus es ad salutem. ideo gratias

20 debes agere dono dei per Christum, non illis insultare, sed et petere {si malum illorum tibi contulit salutem}, ut et ipsi redeant ad originem. tunc placebis deo, qui tui misertus est; ideo enim te advocavit, ut per tuam aemulationem

α adduceret illos ad id, quod β reduceret et illos ad gratiam.

25 perdiderant.

3 radice *SK* insultans Φ 4 destrues Φ 5 itaque] ergo Φ 7 putant Φ dicentes Φ 17 in incredulitate Φ

causa gentium abiecti sunt, sed quia non crediderunt, occasionem dederunt, ut praedicaretur gentibus.

Quodsi tu gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. 2. id est, si te extuleris supra illos, in quorum insertus es radicem, insultas generi, quod te, ut ex malo bonus 5 esses, suscepit; nec stabis, si illud per quod stas, destruis.

11, 19. Dicis itaque: fracti sunt rami, ut ego insererer. ex persona gentilis [credentis] loquitur, qui exultandum putat in casu Iudaeorum diffidentium, dicentis: illorum reprobatio locum fecit gentilibus. sed non sunt repro- 10 bati a deo, ut gentes intrarent, sed ipsi se reprobos fecerunt spernentes dei donum, unde occasionem dederunt gentibus ad salutem. quam extollentiam reprimi vult, ut magis saluti congaudeatur, non infirmitati insultetur. facile enim decipitur, qui insultat peccanti. 15

11, 20. Bene. id est recte dicis, quia fractis ramis insertus es. sed incredulitate fracti sunt. 1. hoc est: non propter te, sed suo vitio, illis enim diffidentibus ad aemulationem illorum tu vocatus es ad salutem. ideo gratias debes agere dono dei per Christum, non illis insultare, sed et petere, 20 si malum illorum contulit tibi salutem, ut et ipsi redeant ad originem. tunc placebis deo, qui tui misertus est; ideo enim te advocavit, ut per tuam aemulationem reduceret et illos ad gratiam.

4 super *WC* 5 radice *A* ut] qui *OD*, *om.* *F¹G¹Y* ex malo ut *WA*
 7 dices *W* dices eis *A* itaque] ergo *WA* 8 insererer] inserar *W*, inserer *C*, *add.* bene *WA* credentis *C* 9 casum *WAC* dicens *C* 10 facit *F¹GMBOYD* gentibus *WA* 11 se ipsos *WC¹* 12 donum dei *C* unde et *DW* 13sq. congaudeant *A* 14 infirmitati] aegritudini *C* 15 qui insultat peccanti] qui gaudet alienis malis *D* 17 sed] sed in *F¹GM*
 18 propter te] propter incredulitatem *WA* 21 tibi contulit *C*

Tu autem fide stas. 2. quia Iudaei per diffidentiam lapsi sunt, hos fide dicit stare, quia cum prius {perfidiae causa} iacerent, credendo stare coeperunt.

Noli altum sapere, sed time. 3. id est noli super-
5 bus esse, sed cave, ne et tu offendas.

11, 21. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. verum est, quia si illos, qui praerogativa patrum dignitosi erant, quibus etiam facta promissio est deo in filios adoptari, incredulitatis causa
10 excaecavit, quid his, si dubitaverint aut si se extulerint, faciet, qui nulla sublimatione commendati (commendatione sublimati) sunt, qui cum nullius dignitatis essent, honorati sunt?

11, 22. Vide ergo bonitatem et severitatem dei: in eos quidem qui ceciderunt severitatem, in te
15 autem bonitatem, si permanseris in bonitate. alioquin et tu excideris. 1. bonum deum gentibus esse testatur, quia cum idola sequerentur, digni utique mortis (morte), patientia sua expectavit illos et nec sic requirentes se ultro vocavit illos et peccata eis dimisit (remisit). Iudaeis
20 autem severus est; excaecavit enim eos, quia donum dei spreverunt. {1a. hos tamen nunc significat Iudaeos, qui propter malivolentiam suam in perpetuum caecati sunt. unde eos et cecidisse dicit, illos autem, quos supra memoravit, offendisse, non tamen cecidisse, quia ad tempus caecatos illos ostendit, ac per hoc severum deum in eos fuisse, ut in perpetuum
25 caecati essent apostatae.}

11, 23. [Sed] et illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur; potens est enim deus iterum inserere illos. ostendit iustitiam dei non in se-
30 veritate permanere (manere) {circa illos quos excaecavit ad tempus}, quia non sic illos excidit, ut non possit illos (illos possit) inserere iterum (iterum inserere), si convertantur, qui

Tu autem fide stas. 2. quia Iudaei per diffidentiam lapsi sunt, hos fide dicit stare, quia cum prius perfidiae causa iacerent, credendo stare coeperunt.

Noli altum sapere, sed time. 3. id est noli superbus esse, sed cave, ne et tu offendas. 5

11, 21. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. verum est, quia si illos, qui praerogativa patrum dignitosi erant, quibus etiam facta promissio est deo in filios adoptari, incredulitatis causa excaecavit, quid his, si dubitaverint aut si se exaltaverint, 10 faciet, qui nulla commendatione sublimati sunt, quique cum nullius dignitatis essent, honorati sunt?

11, 22. Vide ergo bonitatem et severitatem dei: in eos quidem qui ceciderunt, severitatem, in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate. 15 alioquin et tu excideris. 1. bonum deum gentibus esse testatur, quia cum idola sequerentur, digni utique morte, patientia sua expectavit illos et nec adhuc requirentes se ultro vocavit illos et peccata eis remisit. Iudaeis autem severus est; excaecavit enim eos, quia donum dei spreverunt. 1 a. hos 20 tamen nunc significat Iudaeos, qui propter malivolentiam suam in perpetuum caecati sunt. unde et cecidisse eos dicit, illos autem, quos supra memoravit, offendisse, non tamen cecidisse, quia ad tempus caecatos illos ostendit, ac per hoc severum deum in eos fuisse, ut in perpetuum caecati essent apostatae. 25

11, 23. Et illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur; potens est enim deus iterum in-

1 sta *OD* 2 prius *om. A* 4 alta *WA* 8 dignitosi] *C*,
digni *cott.* 9 incredulitatis eos *FG¹MBY* 10 exaltaverint] *extulerint C*
11 nullae commendationis *WA* 13 bonitatem dei *WA*
17 morti *MO¹WA* 19 illos] eos *C* peccatum *WA* 22 perpetuo *WA*
eos et cecidisse *C* 24 illos caecatos *FG* 25 in eos] eis *W* per-
petuo *WA* 26 et] sed et *OD*

per profetam dixit: revertentes ad me replantabo, ut hoc scientes gentiles Christiani non insultent Iudaeis, certi reservari illis {quasi lapsis} misericordiam dei.

11, 24. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro et contra naturam insertus es in bonam oleam, quanto magis hi secundum suam naturam inserentur suae oleae. oleam fidem, per quam Abraham iustificatus est, accipiamus, oleastrum vero, quia agrestis et infructuosa natura (infructuosae naturae) est, perfidiam significari (significatam). ac per hoc si hi, qui semper inimici dei fuerunt, e conversi in fidem Abrahae inserti sunt, ex cuius origine non sunt, quanto magis Iudaei, si post diffidentiam credant, paternae reddendi sunt naturae, inserti iterum in suam promissionem.

11, 25. Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc, ut non sitis ipsi vobis sapientes, quia obtusio quaedam ex parte Istrahel facta est, donec plenitudo gentium intraret, **26.** et sic omnis Istrahel salvus fieret. 1. non est obseurum, quia ad tempus caecitatis obtusio data est Iudaeis his, qui dum aemuli legis sunt, non viderunt donum venisse promissum {a deo}, quod praedicabatur a Christo. zelo enim excaecati sunt putantes legem factorum numquam debere cessare, unde sabbatum zelabantur. 2. qua offensione ex parte obtusi sunt, α id est, ut his non credentibus, gentes admitterentur cruciarentur, videntes gentes

1 Ier. 24, 6

5 oleam] oliuam Φ 7 olea. oleam] oliuae. oliuam Φ 9 in-
 infructuosae naturae βIX 15sq. mysterium] ministerium S 17 in
 israhel $I^2 X$ 21 venisse] fuisse Φ

serere illos. ostendit iustitiam dei non in severitate manere circa illos, quos obcaecavit ad tempus, nec quidem circa eos, qui nolunt credere, si credant, quia non sic excidit Iudaeos, ut non illos possit iterum inserere, si convertantur, qui per profetam dixit: revertentes ad me replantabo, ut hoc scientes Christiani gentiles non insultent Iudaeis, certi reservari illis quasi lapsis misericordiam dei. 5

11, 24. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro et contra naturam insertus es in bonam oleam, quanto magis hi secundum <suam> naturam inserentur suae oleae. oleam fidem, per quam Abraham iustificatus est, accipiamus, oleastrum vero, quia agrestis et infructuosae naturae est, perfidiam significatum. ac per hoc si hi, qui inimici dei semper fuerunt, conversi in fidem Abrahae inserti sunt, ex cuius origine non sunt, quanto magis Iudaei, si post diffidentiam credant, paternae reddendi sunt naturae, inserti iterum in suam promissionem. 15

11, 25. Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc, ut non sitis ipsi vobis sapientes, quia obtusio quaedam ex parte Istrahel facta est, donec plenitudo gentium intraret, 26. et sic omnis Istrahel salvus fieret. 1. non est obscurum, quia ad tempus caecitatis obtusio facta est Iudaeis his, qui dum aemuli legis sunt, non viderunt donum venisse promissum a deo, 20

5 Ier. 24, 6

2 excaecavit *C* ne *O W* 2sq. nec—credant *om. C* 3 excidit Iudaeos] illos excidit *C* 4 posset *WA* 6 gentiles] ex gentibus credentes *WA* iudaeos *A* 9 oliuam *ODWA* 10 suam *om. codd.* 11 suae oleae] suae oliuae *DWA*, in suam oleam *FGMBY* oleam] oliuam *D* 12 quia] *DC*, qui *cett.* agresti *OY* 13 infructuosae naturae] -osa natura *OYDC*, -osus a natura *WA* significatam *YDWAC* 14 semper inimici dei *C* 19 ipsi vobis] uobis ipsis (ipsi *D*) *FGMBOYDC*, apud uosnet-ipsos *WA* 20 obtusio quaedam] caecitas *WA* facta est] contigit *WA* 21 subintraret *WA* 23 facta] data *C*

- ad fidem, Iudaei autem ad profiteri cum gaudio conse-
tempus indurarentur, ne iter cutos repromissionem Abra-
viderent quo ad vitam per- hae,
gitur,
- 5 copia tamen admissa gentium abstergeretur caligo ab oculis
eorum, ut possint credere,
α hoc pro incredulitate sua, β ut spiritum conpunc-
quia non de malivolentia erat, tionis prohibens a cordibus
sed de errore, emendati sunt, eorum qui eis praestat caeci-
10 ut postea salvarentur. tatem, reddat eis arbitrium
liberum voluntatis, ut quia
non de malivolentia erat in-
credulitas, sed de errore,
emendarentur, ut postea sal-
varentur.
- 15

Sicut scriptum est: 3. ut probaret donum illis reser-
vatum a deo, exemplum Esaiiae profetae subiecit (in subiectis
ponit), ut hac gratia, qua liberati sunt priores (Iudaei creden-
tes), et hos liberari posse doceret, quia non erat exinanita, sed
20 semper abundat. [dicit ergo:]

11, 27. Veniet ex Sion qui eripiat et avertat
impietatem ab Iacob, et hoc illis a me testamen-
tum, cum abstulero peccata eorum. exempli huius
ratio semper manet, quamdiu sunt qui credant. hic ergo
25 (enim) dominus Iesus, qui de caelis venturus promissus est
ad liberationem humani generis, ipse cotidie remittit peccata
conversis ad se. nec statim non credentes condemnans (con-
demnat), sed expectans (expectat) sciens posse proficere ad
agnitionem dei.

7 Rom. 11, 8 21 Is. 59, 20; 27, 9

1 Iudaei] iustitia SK 3 quo] quod S vitam] fidem K 26 cot-
tidie IX

quod praedicabatur a Christo. zelo enim excaecati sunt putantes legem factorum numquam debere cessare, unde sabbatum zelabantur. 2. qua offensione ex parte obtunsi sunt, ut pro incredulitate sua cruciarentur, videntes gentes profiteri cum gaudio consecutos promissionem Abrahae, copia tamen 5
admissa gentium abstergeretur caligo ab oculis mentis eorum, ut possint credere, ut spiritum conpunctionis prohibens a cordibus eorum, qui eis praestat caecitatem, reddat eis arbitrium liberum voluntatis, <ut> quia non de malivolentia erat incredulitas, sed de errore, emendarentur, ut postea salvaren- 10
tur.

Sicut scriptum est. 3. ut probaret donum illis reservatum a deo, exemplum Esaiiae profetae in subiectis ponit, ut hac gratia, qua liberati sunt Iudaei credentes, et hos liberari posse doceret, quia non inanitur, sed semper abundat. 15

11, 27. Veniet ex Sion qui eripiat et avertat impietatem ab Iacob. Et hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. exempli huius ratio semper manet, quamdiu sunt qui credant. hic enim dominus Iesus, qui de caelis venturus promissus est, ad 20
liberationem humani generis, ipse cotidie remittit peccata conversis ad deum. nec statim non credentes condemnat, sed expectat sciens posse proficere ad agnitionem dei.

7 Rom. 11, 8 16 Is. 59, 20; 27, 9

3 qua] quia *G²DW²* 5 repromissionem *C* 7 possent *C* con-
punctionis *i. soporis cf. Thes. III 2171, 56* 8sq. liberum arbitrium *FGW*
9 ut *suppl. Bulhart* 10 emendarentur ut] ut emendati *WA* 15 quia]
qua *C* inanitur] exinanitur *YA*, non erant ex inanita *D* 16 eripiat]
liberet *WA* 17 impietates *W²A* 22 deum] se *D* 23 proficere]
profiteri *FG¹MB*

11, 28. Secundum evangelium quidem inimici propter vos. 1. causa incredulitatis inimici sunt evangelii, ut error et delictum illorum gentibus aperiret viam ante tempus intrandi ad fidem, sicut supra memoravi. prius enim ubique omnibus [Iudaeis] praedicandum erat; tunc demum et gentibus oportebat credi verbum dei. sed quia non erederunt, ablatum ab his regnum datum est gentibus. itaque non insultandum his praemonet quorum delictum profuit gentibus; illi enim insultandum est, cuius peccatum obfuit aliquibus. non ergo perfidiae illorum gloriandum est, sed dolendum, si tardant converti, ut quomodo peccato illorum gavisae sunt gentes, quia salvatae sunt, sic conversione illorum laetentur; ipsorum enim occasione dei gratiam eitis perceperunt.

Secundum electionem autem dilecti propter patres. 2. quamvis graviter peccaverint Iudaei reprobandum donum dei et digni sint morte, tamen quia filii sunt bonorum, quorum praerogativa et merito plurima a deo beneficia perceperunt, regressi ad fidem suscipientur cum laetitia, quia dilectio in his dei exsuscitatur memoria patrum.

11, 29. Sine paenitentia enim sunt dona et vocatio dei. verum est, quia gratia dei [in baptismate] non quaerit gemitum aut planctum aut opus aliquod nisi solam ex corde confessionem. ne enim quia graviter deliquerant non recipiendo promissum dei et quia quae graviter peccantur non sine gemitu et fletu ad veniam pertinent, ideo illos non

5 iudaeis *DC* 7 his] eis *C* 10 in perfidia *A* 11 illorum peccato *FG* 12 conversioni *W* illorum] eorum *C* 15 dilecti] carissimi *WA* 16sq. peccaverunt . . . sunt *FGMBOY* 17 sunt] sint *W* 18 a deo plurima *FG* 21sq. vocationes *WA* 22 quia] qui *W* in baptismate *YDC* 23 solum *WA* 24 professionem *C* no] nec *WA*, nisi *FGMBY*¹ 26 fletu et gemitu *C*

α hunc gradum qui ad fidem promissus est, non hoc exigere; gratia enim dei gratis donat peccata in baptismo. β hoc inter primordia fidei non requiri; donum enim dei gratis donat peccata in baptismo.

5 **11, 30.** Sicut enim et vos aliquando non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum diffidentiam, **31.** ita et isti nunc non crediderunt in vestra miseratione, ut et ipsi misericordiam consequantur. incredulitatem
10 gentium memorat, ut ipso rubore non se iactarent insultantes Iudaeis quia (qui) non crediderant, sed oblectarent illos agnoscere promissum dei. quia {enim} vos, inquit, gentes, cum his eloquia dei credita sint, repugnantes fuistis, nunc autem misericordiam accepistis, non vestro merito, sed ad
15 horum obprobrium, quare non magis isti {conversi} accipiant misericordiam, qui prius in lege dei conversati sunt et quibus facta promissio est?

11, 32. Conclusit enim deus omnia in incredulitate, ut omnibus misereatur. 1. gentes porro ab anti-
20 quis temporibus in impietate et ignorantia versabantur, utpote sine deo. propter quod manifestata lex in litteris est, qua possent refrenari (infrenari) praecipites. et quoniam ver-
suta adversarii cumulari peccata coeperunt, ut per interdic-
tum magis reus homo constitueretur, deus clementia bonitatis
25 suae semper homini procurans, ut et quod sine lege peccatum erat, et in lege possit deleri, hoc decrevit, ut solam fidem poneret, per quam omnia (omnium) peccata abluerentur (abolerentur), ut quia nulla spes per legem omnibus homini-
bus erat, dei misericordia salvarentur. 2. hoc est omnia con-
30 clusisse in incredulitate, ut tunc decretum donum a deo veniret, quando omnes diffidentia laborarent, ut gratia mu-

8 non *om.* Φ 10 robore *SK* 11 oblectarentur *IX* 13 sunt Φ
19 omnium misereatur Φ 27 omnium βK 28 spes *om.* Φ 29 orat] orant Φ 30 incredulitatem *SK*

posse iam accipere misericordiam putarent, quia minime dolere illos videbant, ostendit hoc inter primordia fidei non requiri; donum enim dei gratis donat peccata in baptismo.

11, 30. Sicut enim et vos aliquando non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum diffidentiam, **31.** ita et isti nunc non crediderunt in vestra miseratione, ut et ipsi misericordiam consequantur. incredulitatem gentium memorat, ut ipso rubore non se iactarent insultantes Iudaeis qui non crediderant, sed oblectarent illos, ut agnoscerent promissum dei. quia enim vos, inquit, gentes, cum his eloquia dei sint credita, repugnantes fuistis, nunc autem misericordiam accepistis, non vestro merito, sed ad horum obprobrium, quare non magis isti conversi accipiant misericordiam, qui prius in lege dei conversati sunt et quibus facta promissio est?

11, 32. Conclusit enim deus omnia in incredulitate, ut omnibus misereatur. 1. gentes porro ab antiquis temporibus in impietate et ignorantia versabantur, utpote sine deo. propter quod manifestata lex in litteris est, qua possent infrenari praecipites. et quoniam versutia adversarii cumulari peccata coeperunt, ut per interdictum magis reus homo constitueretur, deus clementia bonitatis suae semper homini procurans, ut et quod sine lege peccatum erat, et in lege possit deleri, hoc decrevit, ut solam fidem poneret, per quam omnium peccata abolerentur, ut quia nulla spes per legem omnibus hominibus erat, dei misericordia salvaren-

1 quia] qui *WA* 2 illis *C* non uidebant *YC* 3 baptisma *A*
 4 etenim *FG* et om. *FGWA* 6 diffidentiam] incredulitatem *WA*
 7 vestra miseratione] uestra misericordia *A*, uestram misericordiam *W*
 8 ipsi postea *WA* 10 crediderunt *WA* oblectarentur *FGBY¹WA* 10sq. ut agnoscerent] agnoscere *C* 12 sunt *FGMD* credita sint *OC* 17 omnia] omnes *WA* 18 omnibus] omnium *FGMBYD* 19 versabantur] uertebantur *FG¹MBC* 19sq. ut pute *GMW*

neris esset gratissima. itaque nemo se iactet; miserum est enim superbum esse eum, cui ignotum est.

11, 33. O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia
 5 eius et investigabiles viae eius! 1. excelsum et immensum deum in divitiis sapientiae et scientiae suae cum omni laude gratiarum actionis testatur; est enim consilium et iudicium eius (consilium eius et iudicium) inconprehensibile. nam ab initio sciens (sciens ab initio) conversationem
 10 (conversations) et opera hominum, quia neque sola severitate iustitiae salvari possit humanum (hominum) genus neque sola misericordia ad profectum meritorum pervenire, unoquoque tempore decrevit, quid esset praedicandum, ante tamen permittens unumquemque suo iudicio, quia natura ipsa duce
 15 cognoscitur iustitia. 2. et quia auctoritas naturalis iustitiae obtorpuerat consuetudine delinquendi, data lex est, ut humanum genus

α terroris metu lege β terrore manifestatae legis frenaretur. et (sed) quia non se cohibentes rei tenebantur a
 20 lege, praedicata misericordia est, quae ad se confugientes salvaret, refutantes autem caecaret ad tempus, ad promissionem eorum gentes, quae prius iustitiam dei datam per Moysen sequi noluerant, advocans, ut horum saluti dum invident, ipso zelo ad radicis salvatoris originem se reformarent promissae
 25 in lege. haec est altitudo divitiarum sapientiae et scientiae dei, quae (qui) tam Iudaeos quam gentes manifesta (multifaria) providentia adquisivit ad vitam.

tur. 2. hoc est omnia conclusisse in incredulitate, ut tunc decretum donum a deo veniret, quando omnes diffidentia laborarent, ut gratia muneris esset gratissima. itaque nemo se iacet; miserum est enim superbum esse eum cui ignotum est.

11, 33. O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et investigabiles viae eius! 1. excelsum et immensum deum in divitiis sapientiae et scientiae suae cum omni laude gratiarum actionis testatur; est enim consilium eius et iudicium inconprehensibile. nam sciens ab initio conversationes et opera hominum, quia neque sola severitate iustitiae salvari possit hominum genus neque sola misericordia ad perfectum meritum pervenire, unoquoque tempore decrevit, quid esset praedicandum, ante tamen permittens unumquemque suo iudicio, quia duce ipsa natura cognoscitur iustitia. 2. et quia auctoritas naturalis iustitiae obtorpuerat consuetudine delinquendi, data lex est, ut humanum genus terrore manifestatae legis frenaretur. sed quia non se continentes rei tenebantur a lege, praedicata misericordia est, quae salvaret confugientes ad se, refutantes autem caecaret ad tempus, gentes autem ad promissionem eorum invitans, quae prius iustitiam dei per Moysen datam sequi noluerunt, ut horum saluti dum invident, ipso zelo ad radicis salvatoris originem se reformarent. haec est altitudo divitiarum sapientiae et scientiae dei, qui tam Iudaeos quam gentiles multifaria providentia adquisivit ad vitam.

6 sunt inscrutabilia *WA* 9sq. et iudicium eius *C* 13 meritum *C* quod *D* 14 dimittens *W* 15 natura ipsa duce *YC*
 18 continentes] cohibentes *C* 19 a] ex *W* 19sq. ad se confugientes
 saluaret *C* 23 salvatoris] salutaris *G²Y* 25 qui] qua *F G M B W A C*
 quam etiam *WA* gentes *C*

11, 34. Quis enim cognovit sensum domini? aut quis illi consiliarius fuit? 35. aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? 1. {hoc in Esaia scriptum habetur.} manifestum est solum deum esse, qui novit (no-
 5 verit) omnia consilia, et hunc unum esse qui nullius eget (egeat), quia ab ipso sunt omnia; ac per hoc consilium eius a nullo nec metitur nec comprehenditur (nec comprehenditur nec metitur), quia inferiora superioris sensum capere (scire) non possunt. 2. denique Iudaeis credentibus impossibile vide-
 10 batur consilium {esse} et voluntatem dei [esse] ad redemptionem gentium; simili modo et gentibus arduum et incredulum {videbatur} Iudaeos, qui non crediderunt (crediderant) [salvatori], posse converti
 α et credere, β aut credentes suscipi,
 15 ut salvarentur. inter cetera hoc est consilium dei, quod latuit et non (nec) potuit comprehendere.

11, 36. Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi gloria. 1. qua ratione sensum et consilium dei investigare (investigari) non potest, declaravit. {ex
 20 ipso enim, inquit, et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi gloria}. hoc dicto aperuit sensum, qui occultus erat mundo, quia enim omnium creator est deus [— fecit enim ea quae non erant, ut essent —] [ideo] ex ipso sunt omnia. et quoniam ab ipso sunt, [et] per filium eius, qui eiusdem utique
 25 substantiae est, esse coeperunt, cuius opus patris est opus. 2. cum (quia) ergo ipse operatur per filium, per ipsum sunt omnia. et quoniam quae ex deo et per deum sunt, post renata in spiritu sancto sunt, in ipso sunt omnia, quia {et} spiritus sanctus de deo est patre; unde et scit, quae in deo sunt. ergo

1 Is. 40, 13

1 domini] dei SIX 3 tribuetur S 18 sensus IX 19 potest] posse Φ 22 quia] qui SK 25 opus *pr. om.* Φ 26 per ipsum] cum ipso K

11, 34. Quis enim cognovit sensum domini? aut quis illi consiliarius fuit? **35.** aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? 1. hoc in Esaia scriptum habetur. manifestum est solum esse deum, qui noverit omnia consilia, et hunc unum esse, qui nullius egeat, quia ab ipso sunt omnia. ac per hoc consilium eius a nullo nec comprehenditur nec metitur, quia inferiores superioris sensum scire non possunt. 2. denique Iudaeis credentibus impossibile videbatur consilium esse et voluntatem dei ad redemptionem gentium; simili modo et gentibus ambiguum et incredulum videbatur Iudaeos, qui non crediderant, posse converti aut eredentes suscipi, ut salvarentur. inter cetera hoc est consilium dei, quod latuit nec potuit comprehendi.

11, 36. Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi gloria. 1. qua ratione sensum et consilium dei investigari non potest, declaravit. ex ipso enim, inquit, et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi gloria. hoc dicto aperuit sensum, qui occultus erat mundo. quia enim omnium creator est deus, ex ipso sunt omnia. et quoniam ab ipso sunt, per filium eius, qui eiusdem utique substantiae est, esse coeperunt, cuius opus patris est opus. 2. quia ergo ipse operatur per filium, per ipsum sunt omnia. et quoniam quae ex deo et per deum sunt, post renata in spiritu sancto sunt, in ipso sunt omnia, quia et spiritus sanctus de deo est patre; unde et seit quae in deo sunt. ergo

1 Is. 40, 13

2 illi consiliarius] eius c. A, c. eius OW, c. illi FG 3 illi] ei W
 retribuetur] roddetur FGMBOY 4 deum esse C omnium FGMBOYD
 7 inferiora C 10 ambiguum] arduum WAC 11 crediderunt C 14 ipso]
 illo W 14sq. et per—ipso om. FGM 15 post gloria add. in secula
 seculorum amen W¹A

et in spiritu sancto pater est, quia quod de patre est deo, non potest aliud esse, quam est deus pater. 3. ac per hoc ipsi gloria, quia ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. itaque quae ex ipso et per ipsum et in ipso, ut essent, esse coeperunt, sensum et consilium eius scire non possunt, ipse autem scit omnia, quia in eo (ipso) sunt cuncta. patefecit mysterium dei, quod superius dixit non ab eis ignorari debere.

12, 1. Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, placentem deo, rationabile obsequium vestrum. 2. et nolite conformari huic saeculo, sed renovamini in novitate sensus vestri, ut probetis quae sit voluntas dei, quod bonum et beneplacitum et perfectum est. 1. [non per salutem illorum neque per Christum illos obsecratur, quamvis misericordia dei in Christo sit, tamen] per misericordiam {dei} illos orat (adhortatur),

α per quam ex mortuis vivere coeperunt, ut memores eius sollicitate agant, ut rata illis permaneat. commonitio est enim haec,

25

β per quam salvatur humanum genus. post tractatum enim legis et fidei et populi naturam Iudaici et gentilis ad bonam vitam agendam hortatur; per hanc enim spes fidei obtinetur. commonitio est ergo haec,

ut memores sint, quia misericordiam acceperunt, ut (et) vigilant circa obsequium eius, a quo illis data est, per quem (quam) ex impiis gratis iustificati sunt, scientes hanc esse hostiam vivam {sanctam} et deo acceptabilem, si corpora

7 cf. Rom. 11, 25

13 renovamini] reformamini Φ

14 et] est *SIX*

21 agunt *SK*

et in spiritu sancto pater est. [quia quod de patre est deo, non potest aliud esse, quam est deus pater.] 3. ac per hoc ipsi gloria, quia ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. itaque quae ex ipso et per ipsum et in ipso, ut essent, esse coeperunt, sensum et consilium eius scire non possunt, 5 ipse autem scit omnia, quia in ipso sunt cuncta. patefecit mysterium dei, quod superius dixit non ab eis ignorari debere.

12, 1. Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, placentem deo, rationabile obsequium vestrum. 2. et nolite conformari huic saeculo, sed renovamini in novitate sensus vestri, ut probetis quae sit voluntas dei, quod bonum et beneplacitum et perfectum est. 1. per misericordiam dei orat illos, per quam salvatur genus humanum. post tractatum enim legis et fidei et populi natura Iudaici et gentilis ad bonam vitam agendam hortatur; per hanc enim spes fidei obtinetur. conmonitio est ergo ista, ut memores sint, quia misericordiam acceperunt et vigilant circa eius obsequium, [a quo illis data est,] per quam ex impiis gratis iustificati sunt, 20 scientes hanc esse hostiam vivam sanctam et deo acceptabilem, si corpora nostra incontaminata servemus, dissimiles a saecularibus, qui voluptatibus student. 1a. haec enim est voluntas dei, sanctificatio nostra. nam corpora subiecta peccatis non viva habentur, sed mortua; sub de- 25

7 cf. Rom. 11, 25 23 I Thess. 4, 3

1sq. quia—pater *G²Y* 4 ipso *alt.*] ipso sunt omnia *FGMBD*
 9 exhibeatis] adhibeatis *FGM* 10 vivam] uiuentem *WA* deo placentem *G²DWA* 12 renovamini] reformamini *FGMO* novitate] renouatione *WA* 13 bonum et *om.* *FGMBOYD* 14 est *om.* *WA* 15 illos orat *C* humanum genus *C* 16 enim *om.* *D* naturam *AC* 18 ista] haec *W* 20 a—est *D* quam] quem *DC* 22 incontaminata] *FG²WA*, intaminata *C* 23sq. est enim *WAC* 24 nostra] uestra *MDW¹*

nostra incontaminata servemus, dissimiles a saecularibus, qui voluptatibus student. {1a. haec enim est voluntas dei, sanctificatio nostra. nam corpora subiecta peccatis non viva habentur, sed mortua; sub desperatione enim promissae
 5 vitae sunt. ad hoc enim peccatis dono dei abluimur, ut de cetero mundam vitam agentes dei amorem in nos provocemus, non irritum facientes opus gratiae eius. nam apud veteres ideo oblata occidebatur hostia, ut homines peccati causa morti subiectos significaret. 1 b. nunc autem, quia per donum dei
 10 purificati sunt homines et a morte secunda liberati, vivam hostiam debent offerre, ut signum sit vitae aeternae. non enim sicut tunc corpora pro corporibus immolantur, nunc vero non corpora, sed vitia corporis perimenda sunt. ut autem obsequii nostri effectum habere possimus, servata iustitia pudorem
 15 custodiamus.}

2. α servire deo rationabiliter, β nihil enim proficit pudor hoc est interveniente iustitia, nec rationalis potest videri conformes autem spiritalibus, neglecta iustitia. hoc erit conformem fieri spiritalium, re-
 20 cepti spiritus, quid placeat novatum in spiritu ac fide, deo, et hoc exsequentes, quia hoc scire quid placeat deo nec hoc est perfectum bonum, aliud bonum et perfectum quod placet deo. esse.

12, 3. Dico enim per gratiam, quae data est
 25 mihi, omnibus qui inter vos sunt, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad prudentiam, et unicuique sicut divisit deus mensuram fidei. aperte ostendit hoc nos debere (debere nos) sapere, quod iustitiae terminos non egrediatur, ut non nobis solis utile sit {sed
 30 et nulli obsit}. haec est enim prudentia, prodesse magis aliquibus quam obesse et contentum esse debere sorte, quam

2 I Thess. 4, 3

1 a om. S²IX 18 autem] esse I²X 20 placet K 26 prudentiam] temperantiam Φ 29 utilis Φ

speratione enim promissae vitae sunt. ad hoc enim dei dono
 peccatis abluimur, ut de cetero mundam vitam agentes dei
 amorem in nos provocemus, non irritum facientes opus gra-
 tiae eius. nam apud veteres ideo oblata occidebatur hostia,
 ut homines peccati causa morti subiectos significaret. 1 b. nunc 5
 autem, quia per donum dei purificati sunt homines et a se-
 cunda morte liberati, vivam hostiam debent offerre, ut signum
 sit vitae aeternae. non enim sicut tunc corpora pro corporibus
 immolantur, nunc vero non corpora, sed vitia corporum peri-
 menda sunt. ut autem obsequii nostri effectum habere pos- 10
 simus, servata iustitia pudorem custodiamus; nihil enim pro-
 ficat pudor nec rationabilis potest videri neglecta iustitia. hoc
 erit conformem fieri spiritalium, renovatum in spiritu ac fide,
 hoc scire quod placeat deo nec aliud bonum et perfectum esse.

12, 3. Dico enim per gratiam, quae data est 15
 mihi, omnibus qui inter vos sunt, non plus sapere
 quam oportet sapere, sed sapere ad prudentiam,
 et unicuique sicut divisit deus mensuram fidei.
 aperte ostendit hoc debere nos sapere, quod iustitiae terminos
 non egrediatur, ut non nobis solis utile sit, sed et nulli obsit. 20
 haec est enim prudentia, prodesse magis aliquibus quam

1 dono dei *WA* 1sq. peccatis dono dei *C* 3 uocemus *FG^A*
MBO 6 autem *om. A* 6sq. morte secunda *C* 14 quid *C* esse]
 est *D* 16 sunt inter uos *FGOYAC* 17 prudentiam] sobrietatem *WA*
 18 et *om. WA* deus diuisit *FGWA* fidei *om. FGMB*

mensus est deus merito {et} fidei uniuscuiusque, nec sibi defendere quod non sibi concessum videt. hoc est non plus sapere, quia uni totum concedi non potest. nec enim si quis bonae vitae est, ex eo sibi etiam doctrinae prudentiam debet
 5 defendere, aut quia peritiam habet legis, levitarum sibi obsequia vindicare debet. hortatur ergo et docet per gratiam sibi datam. haec gratia peritia intellegitur doctrinae dominicae (dominicae disciplinae), per quam humilitati {et iustitiae} studendum tradit.

10 **12, 4.** Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eadem habent officia, 5. ita et multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. exemplo corporis docet non posse nos singulos omnia, quia
 15 sumus invicem membra, ut alter alterius egeat, ac per hoc curam nostri invicem nos agere debere nec alterum alii obistere, quia invicem officii nostris opus habemus. hoc erit diligere Christum, si invicem se membra exhortentur, ut impleant modum, quo corpus in Christo perfectum sit.

20 **12, 6.** Habentes autem donationes dei diversas secundum gratiam, quae data est nobis. 1. nunc autem ipsa officia deputata membris merito fidei enumerat, ut cum viderit membrum, quod sibi deputatum officium est, non perstrepit alteri, cui viderit aliud traditum, sed congau-
 25 deat, ut corpus ecclesiae sit perfectum.

Sive profetiam, secundum rationem fidei. 2. a profetia incipit, quae prima probatio est rationabilem esse fidem nostram; denique credentes accepto spiritu profetabant. haec ergo datur pro modo accipientis, hoc est quantum causa
 30 exigit, propter quam datur.

1 et fide Φ 5 quia] qui iam IX 12 et om. Φ 15 in
 inuicem S alterius] alterius membrum I²X egeat] tangat Φ 16 in
 inuicem Φ debere om. Φ 18 se om. Φ 20 dei om. Φ 23 cum]
 quod SK, quando IX

obesse et contentum esse debere sorte, quam mensus est deus merito et fidei uniuscuiusque, nec sibi defendere quod non sibi concessum videt. hoc est non plus sapere, quia uni totum concedi non potest. nec enim si quis bonae vitae est, ex eo sibi etiam doctrinae prudentiam debet defendere, aut quia peritiam habet legis, levitarum sibi obsequium vindicare debet. hortatur ergo et docet per gratiam sibi datam. haec gratia peritia intellegitur disciplinae dominicae, per quam humilitati et iustitiae studendum tradit.

12, 4. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eadem habent officia, **5.** ita et multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. exemplo corporis docet non posse nos singulos omnia, quia sumus invicem membra, ut alter alterius egeat, ac per hoc curam nostri invicem nos agere debere nec [alterum] alii obsistere, quia invicem officiis nostris opus habemus. hoc erit diligere Christum, si invicem se membra exhortentur, ut impleant modum, quo corpus in Christo perfectum sit.

12, 6. Habentes autem donationes dei diversas secundum gratiam, quae data est nobis. **1.** nunc autem ipsa officia deputata membris merito fidei enumerat, ut cum viderit membrum, quod sibi deputatum officium est, non perstrepat alteri, cui viderit aliud traditum, sed congaudeat, ut corpus ecclesiae sit perfectum.

Sive profetiam, secundum rationem fidei. **2.** a profetia incipit, quae prima probatio est rationabilem esse fidem nostram; denique credentes accepto spiritu profetabant.

1 quam] qua *D* **2** fide *FGOYD* **5** debet *C* **6** obsequia *C* **8** dominicae disciplinae *C* **11** membra autem omnia *WA*
11 sq. eadem—officia] eadem officia habent *FGMBOYD*, eundem actum habent *WA* **12** et *om. DWAC* **13** alter *om. WA* **16** alterum *YDC*
20 autem *om. A* **21** nobis differentiae *WA* **22** numerat *FGMBOY*
24 perstrepat] reputare *FGMBO* aliud] alium *A* **26** prophetia *FGOWA*
rationem] operationem *C*

12, 7. Sive ministerium, in ministrando. 1. ad obsequium fraternitatis praebendum in tantum {minister} firmatur, quantum credit debere se obsequi, ne ultra fidem laborans in obsequio fatigetur in cassum, quia hoc sequitur
 5 unumquemque, quod conatur ex corde.

Sive qui docet, in doctrina. 2. similiter dicit adiuvari doctorem in doctrina, ut in quantum fides eius est ad docendum, in tantum inspiretur ad tradendam doctrinam (disciplinam) caelestem.

10 12, 8. Sive qui exhortatur, in exhortando (exhortatione). 1. et hunc eodem modo in eo ipso, iuxta quod (in quo) se extendit, auxilio spiritus praeparari, ut habeat gratiam, dum provocat; lacessit {enim} fratres ad bonum aut incredulos ad fidem.

15 Qui largitur, in simplicitate. 2. huic {dicit, qui bono animo tribuit} auxilia semper subpeditare procurante spiritu, ut non desit tribuenti simpliciter {dicente Solomone: qui tribuit pauperibus, non indigebit}.

α hic est enim qui tribuit β hic ergo tribuit simpliciter,
 20 simpliciter,

qui non in simulatione hoc agit [neque] ut laus ei ab hominibus detur{, sed ut a deo pro hoc ipso meritum consequatur}.

Qui praeest, in sollicitudine. 3. eum qui curam, ut praesit fratribus, suscipit (suscipit), iuxta fidem suam ac-
 25 cipere vigilantiam et auctoritatem,

4. α ut inconcussa verecundia β ut proficiat in quo sollicitus illis, quibus praeest, possit in est, habens in illis fructum ipso proficere. quibus praeest.

18 Prov. 28, 27

2 fraternitati *S²IX* 8 inspiretur] expiretur *K* 12 exten-
 dit] ostendit *K* 26 ut] et Φ 27 praeesse *K*

haec ergo datur pro modo accipientis, hoc est quantum causa exigit, propter quam datur.

12, 7. Sive ministerium, in ministrando. 1. ad obsequium ecclesiae praebendum in tantum minister firmatur, quantum credit debere se obsequi, ne ultra fidem laborans in obsequio fatigetur in cassum, quia hoc sequitur unumquemque, quod conatur ex corde. 5

Sive qui docet, in doctrina. 2. similiter dicit adiuvari doctorem in doctrina, ut in quantum fides eius est ad docendum, in tantum inspiretur ad tradendam disciplinam caelestem. 10

12, 8. Sive qui exhortatur, in exhortatione. 1. et hunc eodem modo in eo ipso, in quo se extendit, auxilio spiritus praeparari, ut habeat gratiam, dum provocat; lacessit enim fratres ad bonum aut incredulos ad fidem. 15

Qui largitur, in simplicitate. 2. huic [dicit, qui bono animo tribuit] auxilia semper subpeditare procurante spiritu, ut non desit largienti simpliciter dicente Solomone: qui tribuit pauperibus, non indigebit. hic ergo tribuit simpliciter, qui non in simulatione hoc agit, ut laus ei detur ab hominibus, sed ut a deo pro hoc ipso meritum consequatur. 20

Qui praeest, in sollicitudine. 3. eum qui curam, ut praesit fratribus, suscipit, iuxta fidem suam accipere vigilantiam et auctoritatem, 4. ut proficiat in quo sollicitus est, habens in illis fructum quibus praeest. 25

19 Prov. 28, 27

4 ecclesiae] fraternitatis *C* 5 in quantum *A* 10 tradendum *FGMBOYW* 13 se *om. DC* tendit *OYDC* 15 fratres] aut fidelem *A* 16 largitur] tribuit *FGOYDAC* 16sq. dicit—tribuit *OYDC*
 17 suppeditari *D* 18 non desit] denuo desit *BOD*, denuo non sit *FG¹*
 largienti] tribuenti *C* 20 qui] quia *FGMBWA* in *om. BY* 20sq. ei ab hominibus detur *C*

Qui miseretur, in hilaritate. 5. hunc quoque secundum sensum suum, qui hilari (laeto) animo misericordiam facit, non quasi nolenti extorquetur, fundari et roborari a deo, ut

5 α habeat unde misereri et merces illi reservetur in futurum. prope hoc est largiri in simplicitate, quod misereri in hilaritate; tamen propensius
10 opus est misereri; multa enim sunt opera, quae huic nomini subiecta sunt.

β in hac re nullam infirmitatem patiat, sciens dictum esse a Solomone: dum habes occasionem, benefac. sed hoc multifarie intellegendum est; multiplex misericordia sub uno vocabulo. nam si supra dixit: qui largitur, in simplicitate, quid erat opus iterare, nisi quia sub uno misericordiae nomine multa bona opera significavit?

15

6. peccantibus etenim ignoscere misericordia est et in necessitate aliqua posito vel oppresso opem ferre misericordia est
 α et intervenire apud aliquem
20 precibus pro eo misericordia est et non habenti tribuere misericordia est. ideo si haec inpigre et sine tristitia fuerit operatus, habebit huiusmodi
25 et hic auxilium et in futuro mercedem.

β et nudum vestire et esurienti panem frangere et parvulum expositum colligere et cadaver operire et talia operari misericordia est. ideo si haec inpigre et sine taedio fuerit operatus, habebit huius operis et in praesenti et in futuro mercedem.

{6a. omnis ergo misericordia et simpliciter et cum gaudio fieri debet, ut simplicitas excludat hypocrisin, gaudium vero futurum futurae spei testetur examen.}

7 Prov. 3, 27

5 *post unde add. possit I²X, at cf. Thes. VI 2438, 73sqq.*

Qui miseretur, in hilaritate. 5. hunc quoque secundum sensum suum, qui laeto animo misericordiam facit, non quasi nolenti extorquetur, fundari et roborari a deo, ut in hac re nullam infirmitatem patiatur, sciens dictum esse a Solomone: dum habes occasionem, benefac. sed hoc 5 multifarie intellegendum est; sub uno enim vocabulo multiplex est intellegentia. nam si supra dixit: qui tribuit in simplicitate, quid erat opus iterare, nisi quia sub uno misericordiae nomine multa bona opera significavit? 6. peccantibus etenim ignoscere misericordia est et in necessitate 10 aliqua posito vel oppresso opem ferre misericordia est et nudum vestire et esurienti panem frangere et parvulum expositum colligere et cadaver operire et talia operari misericordia est. ideo si haec inpigre et sine taedio fuerit operatus, 15 habebit huius operis et in praesenti et in futuro mercedem. 6a. omnis ergo misericordia et simpliciter et cum gaudio fieri debet, ut simplicitas excludat hypocrisin, gaudium vero fretum futurae spei testetur examen.

5 Prov. 3, 27

3 extorque[a]tur *Bulhart cum recens. aβ* 4 esse *om. C*
 6sq. sub—intellegentia] multiplex est enim misericordia sub uno uocabulo *C* 7 tribuit] largitur *C* 10 ignoscere] in se indulgere *B, om. FG¹ MWA* 13 talia] alia *D* operari] opera *MGF, om. BY* 13sq. misericordia—haec *om. FG¹MB* 14 et haec *W* 15 praesentia *A* 16 ergo] enim *W* 17 ypoerisim *FGYC* 17sq. fretum *absolute cf. Thes. VI 1317, 54* 18 testetur] latitur *FGM*, largitur *B*

12, 9. Dilectio sine simulatione. huic menti, quae hoc meditatatur, ut ideo diligat fratrem, quia scit hoc placere auctori deo, non ut {in} adulatione praesentis vitae hoc agat, subvenit spiritus, ut, quia hoc devota mente quaerit, {obsequiis} possit implere. audivit (audiunt) enim dictum a domino:
 5 praeceptum novum do vobis, ut diligatis invicem.

12, 10. Abhorrentes a malo, adhaerentes bono. fraternitatis amore invicem benigni, honore mutuo praevenientes. non magnum dicit vitare (evitare)
 10 malum, nisi adhaereat bono {— illud enim de timore fit, istud de amore —} nec benignum esse
 α fraternitatis amorem, si non β nec fraternitatis honorem, mutuis se obsequiis praevenierint. si non mutuis se obsequiis praevenierint.

12, 11. Sollicitudine non pigri. 1. hoc est quod dicit profeta Hieremias quia maledictus [a deo est] qui facit opera dei (domini) neglegenter. {piger enim in conversatione divina sine spe est. ideo subiecit:}

Spiritu ferventes. {1a. hoc est, ut in exercitio divini
 20 operis aut legis non sit tepidus, sicut dicit in Apocalypsi Iohannis: quoniam tepidus es, inquit, evomam te ex ore meo. cotidiana enim meditatio tollit stuporem et facit vigilantem. opera autem domini sunt, quae mandat fieri pro utilitate ecclesiae, id est fratrum.}

 6 Ioh. 13, 34

16 Ier. 48, 10

21 Apoc. 3, 16

4 quaerit] gerit IX

7 abhorrentes a malo] odientes malum Φ 8 amorem Φ

12, 9. Dilectio sine simulatione. huic menti, quae hoc meditatur, ut ideo diligat fratrem, quia scit hoc placere auctori deo, non ut in adulatione praesentis vitae hoc agat, subvenit spiritus, ut, quia hoc devota mente quaerit, obsequiis possit implere. audiunt enim dictum a domino: prae- 5
ceptum novum do vobis, ut diligatis invicem.

12, 10. Abhorrentes a malo, adhaerentes bono, fraternitatis amore invicem benigni, honore mutuo praevenientes. non magnum dicit evitare malum, nisi adhaereat bono — illud enim de timore fit, istud de 10
amore — nec benignum esse nec fraternitatis amatorem, si non praevenierint se mutuis obsequiis.

12, 11. Sollicitudine non pigri. 1. hoc est quod dicit profeta Hieremias quia maledictus qui facit opera domini negligenter. piger enim in conversatione divina 15
sine spe est. ideo subiecit:

Spiritu ferventes. 1a. hoc est: [ut] in exercitio divini operis aut legis non sit tepidus, sicut dicit in Apocalypsi Iohannis: quoniam tepidus es, inquit, evomam te de ore meo. cotidiana enim meditatio tollit stuporem et facit 20
vigilantem. [opera autem domini sunt, quae mandat fieri pro utilitate ecclesiae, id est fratrum.]

5 Ioh. 13, 34 14 Ier. 48, 10 19 Apoc. 3, 16

1 post dilectio *add.* et caritas *WA* 3 in *om.* *ODC* 7 abhorrentes a malo] odientes malum *WA* a *om.* *GYD* 8 fraternitatis] caritate (-em *A*) fraternitatis *WA* amore] *YD*, -em *cett.* in invicem *W* 9 dicit esse *WA* vitare *A* 10 istud] hoc *C* 11 amatorem] honorem *C*, amorem tenere dicit *WA* 12 mutuis se obsequiis praevenierint *C* 14 hieremias propheta *WA* 15 domini] dei *WA* 17 ut *C* in] autem *A* exercitatione *W* 18sq. iohannis (-es *A*) in apocalypsi (-in *A*) *WA* 19 iohannes *G²DA* de] ex *C* 21 uigilantiam *D* 21sq. opera— fratrum *C*

Tempori servientes. {1 b. in Graeco dicitur sic habere: domino servientes, quod nec loco ipsi conpetit. quid enim opus erat summam hanc ponere totius devotionis, cum quando singula membra, quae ad obsequia et servitia dei pertinent, memoret? in omnibus enim his quae enumerat plenum deo servitium exhibetur.} 2. {nam} servire tempori quid sit alibi absolvit (solvit), cum dicit: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt, ut sciatis quemadmodum unicuique respondeatis. quoniam autem dixerat: spiritu ferventes, ne hoc sic acciperent, ut passim et inopportune verba religionis ingererent {tempore inimico}, per quod forte scandalum excitarent, statim subiecit: tempori servientes, ut moderate (modeste) et cum honestate aptis et locis et personis {et} apto tempore religionis fidem loquerentur. sunt enim quidam {etiam in hoc tempore, quo pax est}, qui sic perhorrent verba dei, ut audientes cum magna ira blasfement viam Christi. {2 a. nam et ipse servivit tempori, quando quod noluit fecit; invitus enim circumcidit Timotheum et raso capite purificatus secundum legem ascendit templum, ut Iudaeorum sopiret insaniam.}

12, 12. Spe gaudentes. 1. postquam dixit: tempori servientes, adiecit: spe gaudentes, ut si forte propter iniquitatem temporis non liceat de fide publice loqui, sed esse in metu, [spe] gaudeat,
 α haec tristitia gaudium parit. β quia haec tristitia parit laetitiam.

In tribulatione patientes. 2. hoc est spe gaudentes (gaudere), in tribulatione esse patientes (patientem). de gaudio enim spei tolerat tribulationem, sciens multo maiora esse, quae promissa pro his sunt (pro his promissa sunt).

7 Eph. 5, 16 8 Col. 4, 6 18sq. cf. Act. 16, 3; 21, 24

16 blasphemant *NS*¹ 23 licet *K*

Tempori servientes. 1b. in Graeco dicitur sic habere: domino servientes, quod nec loco ipsi competit. quid enim opus erat summam hanc ponere totius devotionis, cum quando singula membra, quae ad obsequia et servitia dei pertinent, memoret? in omnibus enim his quae enumerat 5 plenum deo servitium exhibetur. 2. [nam] servire tempori quid sit alibi solvit, cum dicit: redimentes tempus, quia dies mali sunt, ut sciatis quemadmodum unicuique respondeatis. quoniam autem dixerat: spiritu ferventes, ne hoc sic acciperent, ut passim et inopportune verba 10 religionis ingererent tempore inimico, per quod [forte] scandalum excitarent, statim subiecit: tempori servientes, ut modeste et cum honestate aptis et locis et personis et apto tempore religionis fidem loquerentur. sunt enim quidam et in hoc tempore, quo pax est, qui sic perhorrent verba dei, 15 ut audientes cum magna ira blasphemant viam Christi. [2a. nam et ipse servivit tempori, quando quod noluit fecit; invitus enim circumcidit Timotheum et raso capite purificatus secundum legem ascendit templum, ut Iudaeorum sopiret insaniam.] 20

12, 12. Spe gaudentes. 1. postquam dixit: tempori servientes, adiecit: spe gaudentes, ut si forte propter iniquitatem temporis non liceat de fide publice loqui, sed esse in metu, gaudeat, quia haec tristitia parit laetitiam.

In tribulatione patientes. 2. hoc est spe gaudere, 25 in tribulatione esse patientem. de gaudio enim spei tolerat tribulationem, sciens multo maiora esse, quae promissa sunt pro his.

7 Eph. 5, 16 8 Col. 4, 6 18sq. cf. Act. 16, 3; 21, 24

1sq. in—habere] in graecis enim codicibus sic habetur A 2 domino] A, deo cett. 6 nam DC 11 forte DC 14 et] etiam C 16 nam—
20 insaniam DC 19 in templum D 24 spe gaudeat ODC

Orationi instantes. 3. necessaria est valde oratio, quia, ut tribulatio possit tolerari, precibus insistendum est.

12, 13. Memoriis sanctorum communicantes. 1. manifestum est, quia qui preces suas exaudiri vult, aemulus
 5 debet esse vitae sanctorum {cum imitatur enim, communicat}, ut hoc sit memorem esse et communicare (communicatorem), imitari actus illorum. {1 a. et si sumptibus indigent, communi-
 candum eis, sicut dicit alio loco: de collectis quae fiunt in sanctos, et ad Galatas: ut pauperum memores
 10 essemus.}

Hospitalitatem sectantes. 2. imitator {et amator} sanctorum hospitalitatem sectatur exemplo sancti Abrahae et viri iusti Lot (Lot viri iusti).

12, 14. Benedicite et nolite maledicere. ut servos
 15 Christi (Christianos) per omnia novos faciat, etiam ab hac illos (ab illa) consuetudine auferre vult, quae omnibus communis est, ne irato animo incitati prius {facile} maledicere velint, sed ut magis victa iracundia benedicant {et laudi sit disciplina dominica}.

20 12, 15. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. 1. hoc est, quod alio loco dicit: si quid patitur unum membrum, conpatiuntur omnia {membra}, et si laetatur unum membrum, congaudent omnia membra. cum enim quis fratri solatio est in necessitate,
 25 erigit animum eius et apud deum sibi conlocat meritum, quia membrum diligit corporis Christi. {1 a. et si cum infideli con-
 doleat, provocat magis illum ad affectum disciplinae dominicae.}

8 I Cor. 16, 1 9 Gal. 2, 10 12 cf. Gen. 18, 3 sqq. 13 cf. Gen. 19, 2 sq. 21 I Cor. 12, 26

2 insistendum] instandum *S*²*IX* 13 loth *KIX* 15 novos] eos Φ 17 incitati] inconcitati *S*, concitati *IX*

Orationi instantes. 3. necessaria est valde oratio, quia, ut tribulatione possit tolerari, precibus insistendum est.

12, 13. Memoriis sanctorum communicantes. 1. manifestum est, quia qui preces suas exaudiri vult, aemulus debet esse vitae sanctorum, cum imitatur enim, communicat, ut hoc sit memorem esse et [communicatorem], imitari actus illorum. 1a. et si sumptibus indigent, communicandum eis, sicut dicit alio loco: de collectis quae fiunt in sanctos, et ad Galatas: ut pauperum memores essemus. 5 10

Hospitalitatem sectantes. 2. imitator et amator sanctorum hospitalitatem sectatur exemplo sancti Abrahae et Lot viri iusti.

12, 14. Benedicite et nolite maledicere. ut Christianos per omnia novos faciat, etiam ab hac illos consuetudine auferre vult, quae omnibus communis est, ne irato animo incitati, ut prius facile maledicant, sed ut magis victa iracundia benedicant, ut laudi sit disciplina dominica. 15

12, 15. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. 1. hoc est, quod alio loco dicit: si quid patitur unum membrum, conpatiuntur omnia membra, et cum gaudet unum membrum, conlaetantur omnia membra. cum enim quis fratri in necessitate solatio est, erigit animum eius et conlocat sibi meritum apud deum, quia mem- 20

8 I Cor. 16, 1 9 Gal. 2, 10 12 cf. Gen. 18, 3sq. 13 cf. Gen. 19, 2sq. 20 I Cor. 12, 26

6 communicatorem *C* 7 actibus *WA* 8 collectis autem *C*
 14 post benedicite *add.* persequentes (-ibus *A*) uos benedicite *WA* 15 hac illos] ab illa *FGBOYD* 16 eos auferre *OD* 17 ut *pr. om. C* maledicant] maledicere uelint *C* 18 ut] et *C* laudi] -is *FGMBOY¹D*, laudabilis *A*
 20 patiatum *A* 22 cum gaudet] si laetatur *Y* conlaetantur] congaudent *Y*
 23 solatio est in necessitate *C* solacium *A* 24 apud deum sibi conlocat meritum *C*

12, 16. Idipsum invicem sentientes.

1. α id est conpati in fratris tribulatione, sicut alio loco dixit: β hoc est quod dictum est, conpati debere in fratris tribulatione, sicut et in alia dicit epistola:

5

considerans te ipsum, ne et tu tempteris, alter alterius onera sustinete.

Non alta sapientes. 2. alta sapere

α supra se sapere est, ut

10

β superbia est — nam et diabolus, cum alta sapuit, apostatavit —, ne

elatio sit in animo et praesumens forte de incolumitate actus sui non condoleat fratri, sed exprobret quasi peccatorem [aut improvidum de negligentia]. haec [et] superbia est, quae

15 α obesse potest.

β cum se praeponit, offendit.

quod et dominus denotat dicens: eice trabem prius de oculo tuo, et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. ipsa enim elatio peccatum est; acsi non sit peccator, quod impossibile est, fit peccator, dum superbit.

20 denique dicit Solomon: superbis deus resistit.

Sed humilibus consentientes. 3. hoc est, ut deposita superbia alienam causam suam faciat, et suam {quasi} alienam, {3a. ut habeat gratiam apud deum, quia qui se exaltaverit, humiliabitur}.

25 Nolite esse prudentes apud vos. 4. istud in Esaia profeta scriptum est, quod hic quasi suum (proprium) ponit, ut iustitia communis habeatur, non ut sibi quis (quis sibi) iustus sit, ceteris (aliis) autem iniustus.

6 Gal. 6, 1sq.
25 Is. 5, 21

16 Matth. 7, 5

20 Prov. 3, 34

23 Luc. 14, 11

2 conpati] conplantati Φ

9 se om. SK

12 de om. SIX

19 fit] fit enim IX

25 vos] uosmetipsos Φ

brum diligit corporis Christi. 1 a. et si cum infideli condoleat, provocat magis illum ad affectum disciplinae dominicae.

12, 16. Idipsum invicem sentientes. 1. hoc est quod dictum est, conpati debere in fratris tribulatione, sicut et in alia epistola dixit: considerans teipsum, ne et tu tempteris, alter alterius onera sustinete. 5

Non alta sapientes. 2. alta sapere superbia est — nam et diabolus, cum alta sapuit, apostatavit — ,ne elatio sit in animo et praesumens forte de incolumitate actus sui non condoleat fratri, sed exprobrat quasi peccatorem. haec superbia 10 est, quae cum se praeponit, offendit. quod et dominus denotat dicens: eice primum trabem de oculo tuo et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. ipsa enim elatio peccatum est; acsi non sit peccator, quod impossibile est, fit peccator, dum superbit. denique dicit Solomon: 15 superbis deus resistit.

Sed humilibus consentientes. 3. hoc est, ut deposita superbia alienam causam faciat suam, et suam quasi alienam, 3 a. ut habeat gratiam apud deum, quia qui se exaltaverit, humiliabitur. 20

Nolite esse prudentes apud vos. 4. istud in Esaia profeta scriptum est, quod hic quasi proprium ponit, ut ius-

5 Gal. 6, 1 sq. 12 Matth. 7, 5 16 Prov. 3, 34 19 Luc. 14, 11
21 Is. 5, 21

5 et *pr. om.* WA dicit epistula C dicit MWA 6 sustinete] portate WA 7 superbia] -bi C 8 sapit FG¹ODWAC 12 primum trabem] trabem prius C 13 eicere] iacere A¹ 15 denique et salomon dicit WA 18 suam faciat C quasi] faciat quasi FG 21 uosmetipsos DWA istud *om.* C

12, 17. Nemini malum pro malo reddentes.
 1. hoc est quod dicit dominus: nisi abundaverit iustitia
 vestra plus quam scribarum et farisaeorum, non
 intrabitis in regnum dei. mandatum enim in lege erat:
 5 diliges proximum tibi et odio habebis inimicum
 tibi. haec, quantum videtur, iustitia est; sed ut abundet iusti-
 tia Christianorum, docentur (docetur) non reddere malum
 pro malo, ut perfecti sint et pro hoc merces illis reddatur in
 iudicio dei. supergredi enim videtur ipsam iustitiam, cum
 10 quod licet, ut melior sit, non
 α fiat.

β facit caelestis iustitiae imi-
 tator.

{1a. mundi ergo iustitia a deo illi concessa innocentem facit,
 caelestis autem perfectum, ut meritum habeat apud deum.}

15 Providentes bona non solum coram deo, sed
 etiam coram hominibus. 2. providere est bona futura
 ante oculos habere, ut ea gerantur, quae possint, postquam
 facta fuerint, in reprehensionem non venire, sed magis laudi
 esse sive apud deum sive apud homines. ne quis aestimet,
 20 quia deo licita non displicent, idcirco non curandum, si fratri
 scandalo sint, hoc praemonet, quia illud fieri debet, quod
 et deo non displiceat et fratri scandalo (scandalum) non sit.
 acsi † adsumat † (liceat) enim et fratrem scandalizet, deo
 non placet, quia deus saluti studendum monet. {2a. sic ergo
 25 providentur bona coram deo et hominibus, si ea quae licent
 sic agantur, ne scandalum faciant.}

2 Matth. 5, 20 5 Lev. 19, 18; Matth. 5, 43

5 tibi] tuum *KIX* 6 tibi] tuum Φ habundetur *SK* 18 re-
 prehensione *SK* 23 enim] enim *escam I²K* 24 quia] qua *K*

titia communis habeatur, non ut quis sibi iustus sit, aliis
[autem] iniustus.

12, 17. Nemini malum pro malo reddentes. 1. hoc
est quod dicit dominus: nisi abundaverit iustitia ves-
tra plus quam scribarum et farisaeorum, non in- 5
trabitis in regnum dei. mandatum enim in lege erat:
diliges proximum tibi et odio habebis inimicum
tibi. haec, quantum videtur, iustitia est; sed ut abundet
iustitia Christianorum, docetur non reddere vicem malo, ut
perfecti sint et pro hoc merces illis reddatur in iudicio dei. 10
supergradi enim videtur ipsam iustitiam, cum quod licet, ut
melior sit, non facit caelestis iustitiae imitator. 1a. mundi
ergo iustitia a deo illi concessa ad tempus innocentem facit,
caelestis autem perfectum, ut meritum habeat apud deum.

Providentes bona non solum coram deo, sed 15
etiam coram hominibus. 2. providere est [bona] futura
ante oculos habere, ut ea gerantur, quae possint, [postquam
facta fuerint,] in reprehensionem non venire, sed magis laudi
esse sive apud deum sive apud homines. ne quis aestimet,
quia licita numquam deo displicent, idcirco non curandum, 20
si fratri scandalo sint, hoc praemonet, quia illud fieri debet,
quod et deo non displiceat et fratri scandalum non sit. acsi
liceat enim et fratrem scandalizet, deo non placet, quia deus
saluti studendum monet. 2a. sic ergo providentur bona
coram deo et hominibus, si ea quae licent sic agantur, ne 25
scandalum faciant.

4 Matth. 5, 20 7 Lev. 19, 18; Matth. 5, 43

1 sibi quis *C* aliis] ceteris *C* 2 autem *DC* 3 nemini] nulli *WA*
6 regno *C* dei] caelorum *FMW*¹ 9 docetur] -entur *DC*, docet *A* 10 hoc]
illo *W*¹ 11 etenim *A* ipsam] illam *W* 12 facit] -iat *MW*¹, -iet *A*
13 ad tempus *om. C* 15 solum] tantum *OA* 16 bona *DC* 17 sq. post-
quam—fuerint *DC* 18 laudis *A* 19 existimet *FG* 20 deo licita
numquam *D* 23 scandalizat *FGDW* 25 sic] in ea *FGM*

12, 18. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus pacem habentes. 1. omnes pacificos vult esse, qui divinam servant (servat) iustitiam. viderit, si quis hanc pacem spreverit, ut sit tali viro inimicus, cum aut reprehendi
 5 forte ab illo non vult aut invidet bonis eius; quod ad illum tamen pertinet, non discordat a bene agente (agentibus). hic enim inpacificus est (est enim inpacificus), qui praetermissa voluntate legis suum ius sequitur, quamquam dicat David: cum his qui oderant pacem eram pacificus. {1a. sed
 10 hoc necessitatis erat propter potentiam personarum, ut vel obsequiis humilitatis vincatur, quem sic extollit superbia, ut mandata legis spernat. potest fieri, ut de timore pacificum se quis praebeat illi, qui odit pacem. quando enim vicem malis reddere non vult, pacificus est.} 2. hoc est de bono
 15 vincere malum, ut vel obsequiis vincatur, quem mandata legis non vincunt. [hoc est] ergo: si fieri potest {inquit,} quod ex vobis est, ut bene agentes pacem habere videamini (videantur). iam si non fuerit amator pacis, tu tamen vis esse pacificus, quantum ad te pertinet. si autem irreverens
 20 et blasphemus quis sit et pacem cum illo habere non possis, non utique tibi adscribendum erit, quia Iohannes apostolus eos, qui negant in carne Christum venisse, nec salutari permisit. nos ergo parati simus, si potest fieri, ut cum omnibus pacem habeamus; aliis autem repugnantibus fiet impossibile
 25 non ex nobis, si de nobis tamen querella non deponatur. {2a. qui enim nullum laedit, apparet esse pacificus.}

9 Ps. 119, 6 22 cf. II Ioh. 7

2 omnibus—habentes] omnibus hominibus pacem habete Φ 4 ut—viro] alii uero Φ 7 pacificus SK 22 venisse om. SK 24 habemus IX fiat SKI 25 si—tamen om. Φ non om. Φ

12, 18. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus pacem habentes. 1. omnibus vult esse pacificum, qui divinam servat iustitiam. viderit, si quis hanc pacem spreverit, ut sit tali viro in pacificus, cum aut reprehendi forte ab illo non vult aut invidet bonis eius; quod ad illum tamen pertinet, non discordat a bene agentibus. hic est enim in pacificus, qui praetermissa voluntate legis suum ius sequitur, quamquam dicat David: cum his qui oderant pacem eram pacificus. 1a. sed hoc necessitatis erat propter potentiam personarum, ut vel sic obsequiis humilitatis vincatur, quem sic extollit superbia, ut mandata legis spernat. potest fieri, ut et de timore dei pacificum se quis praebeat ei, qui odit pacem. quando enim vicem malis reddere non vult, pacificus est. 2. hoc est de bono vincere malum, ut vel obsequiis vincatur, quem mandata legis non vincunt. ergo: si fieri potest, inquit, quod ex vobis est, ut bene agentes pacem diligere videamur. iam si non fuerit amator pacis, tu tamen vis esse pacificus, quantum ad te pertinet. si autem inreverens et blasphemus quis sit et pacem cum illo habere non possis, non utique tibi adscribendum erit, quia Iohannes apostolus illum, qui negat in carne Christum venisse, nec salutari permisit. nos ergo parati simus, si potest fieri, ut cum omnibus pacem habeamus; aliis autem repugnantibus fiet impossibile non ex nobis, si de nobis [tamen] querella non deponatur. 2a. qui enim nullum laedit, apparet esse pacificus.

8 Ps. 119, 6 21sq. cf. II Ioh. 7

1 fieri potest] possibile est *WA* 2 omnibus *pr.*] *C*, omnibus hominibus *ceit.* omnibus *alt.*] omnes *D* 2sq. pacificus vult esse *C* pacificum] -us *WC*, -os *DA* 3 servat iustitiam] -ant iustitiam *D*, servare iustitiam videntur *A* 4 tali] -is *A*, alio *D* in pacificus] inimicus *C* aut] athuc *GO*, adhuc *FMBYD* 6 illam *FGB* 7 enim est *FGW* 8 his qui oderant] odientibus *WA* 12 et *om.* *AC* ei] illi *C* 17 diligere] habere *C* videntur *FGMBOD* 18 quantum] quam *FGOY* ad te *om.* *FMBYD* 20 tibi utique *FGM* iohannis *G¹W* 21 illum] eos *DC* negant *DC* carnem *D* 24 tamen *WA*

12, 19. Non vos_{met}ipsos defendentes, carissimi, sed date locum irae. 1. {ut pacis foedera servari possint, ab ira dissimulandum monet, maxime} quoniam per iram solet peccari, {cum} quando quis furore commotus plus
 5 exigit, quam postulat causa delicti, aut sibi ipsi incommodum praestat, si graviora peccata incompetenti vindicta vult exequi; debilem enim efficit, quem potuit emendatum habere et sanum. unde et Solomon: noli, ait, iustus esse multum; est enim, inquit, qui perit in sua iustitia.
 10 **2.** volens enim singulis peccatis respondere, circa vindictam mortem potest invenire, tam sibi quam et quem plagis affligit; solent enim in poena delinquere. non solum tamen de subiectis vindictam prohibet competentem, sed et de paribus et magnis, hoc est de fratre forte in nos peccante non quae-
 15 ramus vindicari, sed remittamus dei iudicio reservantes, ne dum ab ira detinemur, inveniat locum inimicus, {in} quo suggerat et suadeat quod contra nos est.

Scriptum est enim. 3. ut fortius suadeat, exemplo legis hoc firmat, dicens scriptum in Proverbiis:

20 **Mihi vindictam, et ego retribuam, dicit dominus.** 4. ut si minime a nobis fit (fiat) quod docet, deum a nobis contemptum ostendat. {4a. duplici igitur genere proficitur, si deo remittatur vindicta, quia et cum iracundiam vincit, perfectus fit, et dei iudicio vindicabitur.}

25 **12, 20.** Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi; hoc enim faciens carbones ignis congeris capiti eius. 1. non nudam vindictam deo reservari debere ostendit, sed et beneficia dari inimicis, ut {vere} _{nos} ostendamus non meritis nostris habere {nos} in-
 30 imicos, quos, ut ab inimicitiiis desinant, obsequiis vincere

8 Eccl. 7, 17; 16 20 Deut. 32, 35 25 Prov. 25, 21 sq.

3 quoniam] qui *K* 6 competenti *Φ* 7 enim] eum *IX*
 9 enim] autem *X* iustitia *S* 20 et *om.* *Φ* 27 congeres *IX* capiti]
 super caput *Φ* 28 servari *K* 30 inimicitiiis nostris *IX*

12, 19. Non vos ipsos defendentes, carissimi, sed date locum irae. 1. ut pacis foedera possint servari, ab ira dissimulandum monet, maxime quoniam per iram solet peccari, cum quando quis furore conmotus plus exigit, quam postulat causa delicti †, aut sibi ipsi incommodum praestat, 5 si graviora peccata incompetenti vindicta vult exequi; debilem enim efficit, quem potuit emendatum habere et sanum. unde et Solomon ait: noli iustus esse multum; est enim, inquit, qui perit in sua iustitia. 2. volens enim singulis peccatis respondere, circa vindictam mortem potest 10 invenire, tam sibi quam et quem plagis adfligit; solent enim in poena delinquere. non solum tamen de subiectis vindictam prohibet competentem, sed et de paribus et magnis, hoc est de fratre forte in nos peccante non quaeramus vindicari, sed remittamus dei iudicio reservantes, ne dum ab ira detine- 15 mur, inveniat locum inimicus, in quo suggerat et suadeat quod contra nos est†.

Scriptum est enim. 3. †ut fortius suadeat, exemplo legis hoc confirmat, dicens scriptum in Proverbiis:†

Mihi vindictam et ego retribuam, dicit domi- 20 nus. 4. ut si minime a nobis observetur quod docet, deum a nobis contemptum ostendat. 4a. duplici igitur genere proficitur, si deo remittitur vindicta, quia et cum iracundiam vincit, perfectus fit et dei iudicio vindicabitur.

12, 20. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, 25 si sitit, potum da illi; hoc enim faciens carbones ignis congeris capiti eius. 1. non nudam vindictam deo

8 Eccle. 7, 17; 16 20 Deut. 32, 35 25 Prov. 25, 21sq.

1 uosmetipsos *DC* defendentes] uindicantes *WA* 2 seruari
possint *C* 3 maxime] magisque *FG¹MBY* 5 delicti] peccati *Y*
5 aut—17 est *D solus* 18sq. ut—Proverbiis *D* 20 et] *C, om. cett.*
20sq. dominus in prouerbiis *C* 21 observetur] fiat *C* 23 remitta-
tur *WA* 26 sitierit *WA* 27 congeres *FGYWA* capiti] super
caput *YWA*

nitimur. qui si in inimicitiiis perduraverint {inpietate mentis
suae}, nostra obsequia proficient illis ad poenam aut certe
obsequiorum nostrorum sedulitate conpuncti veluti carbones
mortui reviviscent. 2. ut ergo nos in tantum perfectos faciat,
5 ut non solum nos {ipsos}, sed et alios adquiramus ad vitam,
inimicis {non solum vicem} reddere prohibet dominus per
Solomonem {, verum etiam humanitate ad amicitiam provo-
care hortatur}.

12, 21. Noli vinci a malo, sed vince in bono
10 malum. haec interpretatio apostoli est cohortantis, ne vicem
reddamus inimicis {sicut dictum est}.

α proderit enim β multum enim proderit
nobis, si malitiae cedamus. vincit enim malum qui ad tempus
vinci videtur ab illo,

15 α quia et salvator β et salvator enim
sic vicit malum, dum non restitit. contra se enim agit malitia,
et dum vincitur, vincere se putat. id enim agit inimicus, ut
nos de proposito nostro abstrahat, occasionem quaerens quo-
modo peccemus. ideo si provocati ab illo vicem illi non red-
20 damus, vincimus illum in bono. ideo enim non resistimus, ut
bonum servemus neglecta iustitia, quia cogit iustitia ad re-
tribuendum.

13, 1. Omnibus potestatibus sublimioribus sub-
diti estote; non est enim potestas nisi a deo.
25 {1a. quoniam caelestis iustitiae legem sequendam mandavit,
ne ab hac praesenti dissimulare videretur, hanc commendat,
quippe cum nisi haec fuerit servata, illa custodiri non possit.
haec enim quasi praedagogus est, quae parvulos inbuit, ut
possint potioris iustitiae viam sequi. nemini enim potest in-
30 putari misericordia, nisi habuerit iustitiam.} 1. ut {ergo ius

2 proficient Φ 4 reviviscent]-uiscent *SIX*, -uescant *K* 6 post
inimicis *add.* mala *IX*

reservari debere ostendit, sed et beneficia dari inimicis, ut vere ostendamus non meritis nostris habere nos inimicos, quos, ut ab iniquitate desinant, obsequiis vincere nitimur. qui si in inimicitiiis perduraverint impietate mentis suae, obsequia nostra proficient illis ad poenam †, aut certe obsequiorum nostrorum sedulitate compuncti veluti carbones mortui 5 reviviscent¹. 2. ut ergo in tantum perfectos nos faciat, ut non solum nos ipsos, sed et alios adquiramus ad vitam, inimicis non solum vicem reddere prohibet dominus per Solomonem, verum etiam humanitate ad amicitiam provocare hortatur. 10

12, 21. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. haec interpretatio apostoli est cohortantis, ne vicem reddamus inimicis sicut dictum est. multum enim proderit nobis, si malitiae cedamus. vincit enim malum qui ad tempus vinci videtur ab illo, et salvator enim sic vicit malum, dum non 15 restitit. contra se enim agit malitia, et dum vincitur, vincere se putat. id enim agit inimicus, ut nos de proposito nostro abstrahat, occasionem quaerens quomodo peccemus. ideo si provocati ab illo vicem illi non reddamus, vincimus illum in bono. ideo enim non resistimus, ut bonum servemus ad retribuendum neglecta iustitia †, quia cogit iustitia ad retribuendum¹. 20

13, 1. Omnibus potestatibus sublimioribus subditi estote; non est enim potestas nisi a deo. 1a. quoniam caelestis iustitiae legem sequendam mandavit, 25 ne ab hac praesenti dissimulare videretur, hanc commendat, quippe cum nisi haec fuerit servata, illa custodiri non possit. haec enim quasi paedagogus est, quae parvulos inbuit, ut

3 iniquitate] inimicitiiis *C* 4sq. nostra obsequia *C* 5 illis
om. FGMB 5sq. aut—reviviscent *YD* 16 resistit *FGMBOW*
21sq. quia—retribuendum *D* 23 omnibus potestatibus] omnis anima *WA*
sublimioribus om. FGMBO 23sq. subditi estote] subiaceat *WA*

et} timorem legis naturalis confirmet, deum eius auctorem (auctorem eius) testatur et ministrantes {eam} dei ordinationem habere. {ideo adiecit: quae autem sunt, a deo ordinata sunt,} 2. ut nemo putet quasi humana commenta
 5 contemnenda {; vident enim ius divinum humanis auctoritatibus deputatum}. hic ergo subiectus est {potestati}, qui se terrore dei ab his abstinet quae prohibet.

13, 2. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. 1. hoc contra hos (istos) est, qui propter
 10 (per) potentiam forte, aut quia aliqui deprehendi se posse non credunt, et per hoc in ludere legem se putant. ostendit his dei esse legem et non evasuros iudicium dei, qui ad tempus aliquo pacto evadunt.

Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem
 15 adquirunt. 2. manifestum est, quia unusquisque operibus suis aut iustificabitur aut condemnabitur. qui enim audientes legem peccant, inexcusabiles sunt.

13, 3. Nam qui principantur, non sunt timori bonis operibus, sed malis. 1. principes hos reges dicit,
 20 qui propter corrigendam vitam et prohibenda adversa creantur, dei habentes imaginem, ut sub uno sint ceteri.

Vis autem non timere potestatem? bonum facito, et habebis laudem ex illa. 2. laus ex potestate tunc est (surgit), cum quis innocens invenitur.

25 **13, 4.** {Dei enim minister est tibi in bono. 1a. manifestum est ideo rectores datos, ne malum fiat.}

possint potioris iustitiae viam ingredi. nemini enim potest inputari misericordia, nisi habuerit iustitiam. 1. ut ergo ius et timorem legis naturalis confirmet, deum auctorem eius testatur et ministrantes eam dei ordinationem habere. ideo adiecit: quae autem sunt, a deo ordinata sunt, 2. ut nemo putet quasi humana commenta contemnenda; videt enim ius divinum humanis auctoritatibus deputatum. hic ergo subiectus est potestati, qui se terrore dei ab his abstinet quae prohibet.

13, 2. Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. 1. hoc contra istos est, qui per potentiam forte aut quia aliqui deprehendi se posse non credunt, et per hoc invidere legem se putant. ostendit his dei esse legem, et non evasuros iudicium dei, qui ad tempus aliquo pacto evadunt.

Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem adquirunt. 2. manifestum est, quia unusquisque operibus suis aut iustificabitur aut damnabitur. qui enim audientes legem peccant, inexcusabiles sunt.

13, 3. Nam qui principantur, non sunt timori bonis operibus, sed malis. 1. principes hos reges dicit, qui propter corrigendam vitam et prohibenda adversa creantur, dei habentes imaginem, ut sub uno sint ceteri.

Vis autem non timere potestatem? bonum facito, et habebis laudem ex illa. 2. laus ex potestate tunc surgit, cum quis innocens invenitur.

13, 4. Dei enim minister est tibi in bono. 1 a. manifestum est ideo rectores datos, ne malum fiat.

1 ingredi] sequi *C* nemini enim] minime *FGMBOD*, ne *YWA*
 6 vident *C* 8 dei] legis *FGMWA* 12 forte *om.* *FG¹BO*
 13 se legem *C* 17 ex operibus *WA* 18 condemnabitur *BWA*
 21 principes enim *WA* 22 adversa] uicia *A* 24 autem] enim *W*
 24sq. bonum facito] fac quod bonum est *WA* 25 illa] ea *A*, eo *W*
 ex *alt.*] a *FGMY*

Si autem malum feceris, time. non enim sine causa gladium portat. 1. hoc est: ideo comminatur, ut si fuerit contemptus, vindicet.

Dei enim minister est, vindex in iram in eum, qui male agit. 2. quoniam futurum iudicium deus statuit et nullum perire vult, in illo (hoc in) saeculo rectores ordinavit, ut terrore interposito hominibus velut paedagogi sint, erudientes illos quae servent, ne in poenam futuri iudicii incidant (incidant futuri iudicii).

10 **13, 5.** Ideoque subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. recte dicit {, subiectos esse debere} non solum propter iram, id est ultionem praesentem — ira enim vindictam parit (parit enim ira vindictam) —, sed et propter futurum iudicium, 15 {quia si hic evaserint, illic eos poena expectat,} ubi accusante {ipsa} conscientia punientur.

13, 6. Nam et idcirco tributa penditis. ministri enim dei sunt, in hoc ipso servientes. ideo dicit tributa praestari vel quae dicuntur fiscalia, ut subiectionem praestent, per quam sciant non se esse liberos, sed 20 sub potestate agere, quae ex deo est. principi enim suo, qui vicem dei agit, sicut deo subiciuntur, sicut dicit Danihel profeta: dei

α enim, inquit, est β est enim, inquit, 25 regnum et cui vult dabit illud. {unde et dominus: reddite, ait, quae sunt Caesaris, Caesari.} huic ergo subiciendi sunt sicut deo. cuius subiectionis probatio haec est, cum illi tributa dant (pendunt tributa).

23sqq. Dan. 4, 14 26 Matth. 22, 21

4 in iram *om.* Φ 17 et *om.* Φ 18 ipsum *IX* 22 sicut deo subiciuntur *om.* Φ

Si autem malum feceris, time. non enim sine causa gladium portat. 1. hoc est: ideo comminatur, ut si fuerit contemptus, vindicet.

Dei enim minister est, vindex in iram in eum, qui male agit. 2. quoniam futurum iudicium deus statuit et nullum perire vult, huic saeculo rectores ordinavit, ut terrore interposito hominibus velut paedagogi sint, erudientes illos quid servant, ne in poenam incidant futuri iudicii. 5

13, 5. Ideoque subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. recte dicit, subiectos debere esse non solum propter iram, id est ultionem praesentem — parit enim ira vindictam —, sed et propter futurum iudicium, quia si hic evaserint, illic eos poena expectat, ubi accusante ipsa conscientia punientur. 10

13, 6. Nam et idcirco tributa penditis. ministri enim dei sunt in hoc ipso servientes. propter hoc dicit tributa praestari vel quae dicuntur fiscalia, ut subiectionem praestent, per quam sciant non se esse liberos, sed sub potestate agere, quae ex deo est. principi enim suo, qui vicem dei agit, sicut dicit Danihel profeta: dei est enim, inquit, regnum et cui vult dabit illud. unde et dominus: reddite, ait, quae sunt Caesaris, Caesari. huic ergo subiciendi sunt sicut deo. cuius subiectionis probatio haec est, quia pendent illi tributa. 15

20sq. Dan. 4, 14 22 Matth. 22, 21

1 malum] male *FGC*, quod malum est *WA* 4sq. iram—agit] iram ei qui quod (quidquid *A*) malum est agit *WA* 6 huic] hoc in *C* 9 subditi estote] necesse est subditos esse *WA* 10 post iram: id est ultionem praesentem *add. FGMB OY* 11 esse debere *WC* 12 parit—vindictam *om. D* 14 poene *MWA* expectent *A* 15 nam—penditis] ideo enim et tributa praestatis *WA* 16 propter hoc] ideo *C* 18 praestant *W* 21 illum *WA* 21sq. unde—Caesari *ODC* 24 quia—illi] cum illi pendent *C*

13, 7. Reddite ergo omnibus debita. 1. reddi vult ab omnibus {hominibus} debita, quia et potentes sunt debitores minoribus, ut respondeant meritis illorum.

Cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal.

5 2. primum ea quae sunt potestatis (potestati) regiae debita exsolvi iubet, quia maior in his {causa aut} necessitas est.

Cui timorem, timorem.

3. α timor est potestati exhibendus, β timorem potestati exhibendum,

10 quia timor prohibet peccatum; deinde aut parenti aut domino terreno, ut gratias agat in filio aut servo Christiano.

Cui honorem, honorem. 4. potest hic honor {etiam} circa eos esse, qui sublimes videntur in mundo, ut videntes humilitatem servorum Christi laudent potius quam vituperent doctrinam evangelicam (evangelicam disciplinam).

13, 8. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis. 1. pacem vult {nos habere}, si fieri potest, cum omnibus, dilectionem vero cum fratribus. 2. et hoc tamen honore servato. idcirco autem debitores dicit, quia homini, 20 qui dignus honore est, sive praesente sive futuro, dignum est et debitum inclinari. illi enim quis inclinatur, a quo honorem accepit; ideo debitor dicitur. si enim non hoc feceris principi tuo, superbus es. aut enim merito quis aut aetate honorandus est.

25 Qui enim diligit proximum, legem implevit. 3. legem datam a Moyse implet, qui diligit proximum; nam novae legis mandatum est etiam inimicos diligendos (diligere).

2 omnibus] omnibus hominibus β *SIX*, hominibus omnibus *K*
 5 potestates *S* 21 post debitum *add.* illi *K* 22 accipit *IX*

13, 7. Reddite ergo omnibus debita. 1. ab invicem reddi vult debita, quia et potentes sunt debitores minoribus, ut respondeant meritis illorum.

Cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal. 2. prius ea quae sunt potestati regiae debita exsolvi iubet, 5 quia maior in his causa aut necessitas est.

Cui timorem, timorem. 3. potestati timorem exhibendum, quia timor prohibet peccatum; deinde aut parenti aut domino terreno, ut gratias agat in filio aut servo Christiano. 10

Cui honorem, honorem. 4. potest honor hic etiam circa eos esse, qui sublimes videntur in mundo, ut videntes humilitatem servorum Christi laudent potius quam vituperent evangelicam disciplinam.

13, 8. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem 15 diligatis. 1. pacem vult nos habere, si fieri potest, cum omnibus, dilectionem vero cum fratribus, 1 a. et hoc erit nulli quidquam debere, unicuique pro loco suo officium exhibere. 2. et hoc tamen honore servato. idcirco autem debitores dicit, quia homini, qui dignus honore est, sive praesente sive futuro, 20 dignum est et debitum inclinari. illi enim quis inclinatur, a quo honorem accepit; ideo debitor dicitur. si enim non hoc feceris principi tuo, superbus es. aut enim merito quis aut aetate honorandus est.

Qui enim diligit proximum, legem inplevit. 25 3. legem Moysi inplet, qui diligit proximum; nam et novae legis mandatum est etiam inimicos diligere.

1 ergo *om. C* 1sq. invicem] omnibus *D* 2 reddi vult] reddunt *WA* *post* vult: ab omnibus hominibus *add. C* 5 prius] primum *C* 7 timorem potestati *tr. C* 7sq. exhibendum potestati timorem *D* 11 hic honor *DC* 13 christi servorum *W* 18 pro] in *A* 25 inplevit] complet *WA*

13, 9. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non concupisces. 1. hoc Moyses scriptum accepit a deo ad reformationem legis naturalis.

Et si quod aliud mandatum est, in hoc verbo
 5 consummatur: diliges proximum tuum sicut te ipsum. 2. hoc scriptum est in Levitico. manentibus supra dictis mandatis {itaque} in dilectione impleri legem significat {sicut dixi}. acsi sint alia mandata {quae nunc tacuit},

3. α quia qui diligit proximum,
 10 id est fratrem, non potest non amare deum; neque superbus est huiusmodi, quia dilectio temperat illum.

β tamen pro omnibus mandatis dilectio satisfacet. nam si se humanum genus ab initio dilexisset, iniquitas in terris non esset. exordium enim iniustitiae discordia est. ideoque iniquitati dilectio iniquitas est, quia quod bono bonum est, malo malum est.

15

13, 10. Dilectio proximi malum non operatur; plenitudo enim legis est dilectio.

20 1. α dilectionem bona dicit operari, ideoque plenitudinem esse legis, quia mala non faciendo per dilectionem implet legem. nam qui inimicos
 25 diligit, implet legem, ut non solum plena sit, sed et abundet. adimplere enim plus quam implere est. abundantia enim legis praecepta sunt
 30 evangelica, quae constat esse

β malum non operatur, quia bona est dilectio nec peccare potest illa, quae perfectio est legis. per legis verba ad sensum evangelicum vult pervenire. ideo enim quod summum est legis memorat, ut huic evangelium societ, ostendens unius esse sensum auctoris. sed quia tempore Christi addi aliquid oportuit,

1 Exod. 20, 13sq. 5 cf. Lev. 19, 18

2 post furaberis add. non falsum testimonium dices (.is S) SKIX
 4 est aliud mandatum Φ 19 enim] ergo K 25sq. non solum] nullum S

13, 9. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non concupisces. 1. hoc Moyses scriptum accepit a deo ad reformationem legis naturalis.

Et si quod aliud mandatum est, in hoc verbo consummatur: diliges proximum tuum sicut te 5
ipsum. 2. hoc scriptum est in Levitico. manentibus supra
dictis mandatis itaque in dilectione impleri legem significat
sicut dixi. aesi sunt alia mandata quae nunc tacuit, tamen
pro omnibus mandatis dilectio satisfacit. nam si se humanum
genus ab initio dilexisset, iniquitas in terris non esset. ex- 10
ordium enim iniustitiae discordia est. ideoque iniquitati dilec-
tio iniquitas est, quia quod bono bonum est, malo malum est.

13, 10. Dilectio proximi malum non operatur; plenitudo enim legis est dilectio. 1. malum non operatur, quia bona est dilectio nec peccari potest per illam, 15
quae legis perfectio est. per verba legis ad sensum evangelicum vult pervenire. ideo enim quod summum est legis memorat, ut huic evangelium societ, ostendens unius esse sensum auctoris. sed quia tempore Christi addi aliquid oportuit, non solum proximos, sed inimicos diligere praecipit. unde [subditur]: 20
plenitudo legis est dilectio, ut iustitia sit diligere proxi-

1 Exod. 20, 13sq. 5 cf. Lev. 19, 18 20 cf. Matth. 5, 44

4 est aliud mandatum *FGMBA* 5 consummatur] instauratur *FGW*, restauratur *A* sicut] tamquam *A* 6 in leuitico scriptum est *A* manentibus itaque *C* 7 in—inpleri] dilectionem implere *WA*
9 facit satis *W* 11 iniquitati cf. *CSEL*, vol. 76, p. XV, 19 14 enim] ergo *FGO*, om. *A* 16 est perfectio *D* legis uerba *C* legis om. *FGM BOWA* 19 sed] sed et *A*, sed etiam *W* 20 diligere *A* subditur] *G²D*, ait *C*

caelestia, ut faciant homines
similes deo patri.

non solum proximos, sed in-
imicos diligere praecepit.
unde: plenitudo legis est
dilectio, ut iustitia sit dili-
gere proximum, abundans ve-
ro et perfecta iustitia etiam
inimicos diligere.

5

2. inimicum autem diligere quid aliud est (est aliud), quam
optare desinere illum ab odio et nihil asperum petere adversus
10 illum? hoc est amare illum: ea illi exoptare (optare), per quae
deum habeat (habet) propitium. {2 a. haec est caelestis iustitia.
haec deo patri similes facit, qui non colentibus se annua dona
largitur. nam et dominus in cruce positus postulat pro inimi-
cis, ut plenitudinem iustitiae, quam docuerat, demonstraret.}

15

13, 11. Et hoc scientes tempus, quoniam hora
est nos iam de somno surgere. 1. tempus esse dicit,
quo ad meritum proficere debeamus. hoc est de somno sur-
gere: operari bonum quasi in die, hoc est palam; illicita
enim nocte, id est in abscondito fiunt. iam enim in mani-
20 festatione positi, quod est in notitia dei, agnoscentes quid
sequi debeamus, dare operam debemus, ut pure viventes ad
promissum praemium veniamus, excusso somno, id est igno-
rantia {sive neglegentia}.

Propior enim est nunc nostra salus, quam
25 cum credidimus. 2. manifestum est, quia post lavacrum
bene viventes {et caritati studentes} non longe sunt a merito
resurrectionis promissae. bona enim vita Christiani signum
est salutis futurae.

1sq. cf. Matth. 5, 44 13 cf. Luc. 23, 34

19 post fiunt add. palam agunt K 24 propior NS¹K enim
om. Φ 27 christianis NS¹ signum] dignum S, digna IX

mum, abundans vero et perfecta iustitia etiam inimicos diligere. [2. inimicum autem diligere quid est aliud, quam optare desinere illum ab odio et nihil asperum petere adversus illum? hoc est amare illum: ea illi optare, per quae deum habeat propitium.] 2a. haec caelestis iustitia est. haec deo patri 5
similes facit, qui et non colentibus se annua dona largitur. nam et dominus in cruce positus postulat pro inimicis, ut plenitudinem iustitiae, quam docuerat, demonstraret.

13, 11. Et hoc scientes tempus, quoniam hora est nos iam de somno surgere. 1. tempus esse dicit, 10
quo ad meritum proficere debeamus. hoc est de somno surgere: operari bonum quasi in die, hoc est palam; inlicita enim nocte, id est in abscondito fiunt. iam enim in manifestatione positi, quod est in notitia dei, agnoscentes quid sequi debeamus, dare operam debemus, ut pure viventes ad 15
promissum praemium veniamus, excusso somno, id est ignorantia sive negligentia.

Propior enim est nunc nostra salus, quam cum credidimus. 2. manifestum est, quia post lavacrum bene viventes et studentes caritati non longe sunt a merito resur- 20
rectionis promissae. bona enim vita Christiani signum est

7 cf. Luc. 23, 34

1 abundantius A vero] enim W 2sq. inimicum—propitium D
5 est om. C 9 et om. FGMBOD sciatis A tempus om. FGMBOD
10 est autem WA iam nos est FGMBODYDWA 13 enim] autem A
18 nunc enim propior est WA propior G¹OYD est enim FGOYD
20 et om. FGMBWA caritati studentes YC 21 christianis C

13, 12. Nox praecessit, dies autem adpropinquavit.

1. α nocte mundi omne tempus significat, quia iam in casu est mundus et regnum dei in proximo est, id est dies iudicii. ad comparationem eius diei domini, quo adventus eius inlucebit mundum, dies
10 praesens nox est.

β noctem veterem hominem significavit, qui per baptismum innovatus est. hunc praeterisse dicit quasi noctem, diem autem adpropinquasse, cuius lumine veritas nobis apparuit, ut sciremus quid agere deberemus. prius enim ignorantes Christum in tenebris eramus. at ubi didicimus, lux nobis orta est; transivimus enim a falso ad
15 verum.

Abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur (induamus) arma lucis. 2. tenebrarum sunt opera vita carnalis, quae inlecebris agitur (aguntur) saecularibus. {2a. haec digna est tenebris, sicut dicit dominus: tollite
20 illum et ligate manibus et pedibus et mittite in tenebras exteriores.} 3. induere vero arma lucis gesta sunt bona, quia sicut mali actus tenebris deputantur, quia occulte fiunt, ita et qui bene agunt palam agunt, quia non verentur, sed gaudent. boni ergo actus arma lucis sunt, in-
25 pugnantes tenebras, quae sunt vitia carnis.

7sq. cf. Mal. 4, 2 19 Matth. 22, 13

7 eius] enim IX 9 mundum] -us SK, -i IX 10 praesentis IX

salutis futurae. 2a. cum baptizatur ergo unusquisque, ad veniam pertinet, non ad coronam; postea in novitate vitae ambulans vicinus est iam vitae aeternae.

13, 12. Nox praecessit, dies autem adpropinquavit. 1. noctem veterem hominem significavit, qui per baptismum innovatus est. hunc praecessisse dicit quasi noctem, diem autem adpropinquasse, id est solem iustitiae, cuius lumine veritas nobis apparuit, ut sciremus quid agere debeamus. prius enim ignorantes Christum in tenebris eramus. at ubi didicimus, lux nobis orta est; transivimus enim a falso ad verum. 5 10

Abiciamus ergo opera tenebrarum et induamus arma lucis. 2. tenebrae sunt vitia carnalia, quae inlecebris aguntur saecularibus. 2a. haec digna sunt tenebris, sicut dicit dominus: tollite eum et ligatis manibus et pedibus mittite in tenebras exteriores. 3. induere vero arma lucis gesta sunt bona, quia sicut mali actus tenebris deputantur, quia occulte faciunt qui male agunt, ita et qui bene agunt palam agunt, quia non verentur, sed gaudent. 15

7 cf. Mal. 4, 2 15 Matth. 22, 13

1sq. cum—aeternae *om. C* **3** aeternae nam significavit *A*
6 praecessisse] praeterisse *MWAC* **7** id est solem iustitiae *om. C*
8sq. deberemus *W²AC* **10** in nobis *C* **12sq.** induamur *FGMBD*
13 tenebrae] opera tenebrarum *WA*, tenebrarum opera *D*, tenebrarum sunt opera *C* **13sq.** uita carnalis . . . agitur . . . est *FGODC* **15** eum] illum *C* **15sq.** pedibus et manibus *A* **18** faciunt] fiunt *FGOYDWA*
19 sed gaudent *D*

13, 13. Sicut in die honeste ambulemus. 1. [et] {verum est, ut} quia publice non peccatur, sic agamus, quomodo agitur publice {; nihil enim tam publicum quam veritas}.

Non in comisationibus et ebrietatibus. 2. comisationes sunt luxuriosa (luxoriosa) convivia, quae {aut} conlatione omnium celebrantur {aut vicibus solent a contubernalibus exhiberi}, ut neminem illic pudeat aliquid inhoneste dicere aut facere, quia unusquisque praesumit quod suum convivium sit; solent enim in aliena mensa pudore coherceri [ne nimii sint]. {2a. sed hic ad hoc convenitur, ut foeda illic gerantur copia vini et incitetur libidinis diversa voluptas.} 3. idcirco vitanda (evitanda) praecepit talia (huiusmodi) convivia.

Non cubilibus et inpudicitiis. 4. post luxuriosum convivium et ebrietatem hoc subiecit quod sequitur, id est concubitus inpudicos (inpudicus). hic enim huius lascivitatis est fructus.

Non contentione et aemulatione. 5. recte ab his coherceri monet, quia omnis contentio et zelus inimicitiam parit;

α haec tamen omnia β quae tenebras vocat, quia ad lucis praesentiam (praemia) pervenire non possunt.

13, 14. Sed induite dominum Iesum Christum et carnis curam ne feceritis in desideriiis. 1. curam carnis prohibet, id est voluptatem, ut omne quod prohibetur per legem non desideretur aut certe desideratum vincatur.

8sq. cf. I Cor. 11, 21

5 luxuriosa βSK² 7 inhonestate NS¹ 14 non in S²KI¹
 inpudicitiis] in inpudicitiis I, inpudiciis S 16 concubitos SK 18 non
 in S²KIX 24 induite] induemini SK, -imini IX 25 desideriiis
 uestris K

boni ergo actus arma sunt lucis; inpugnant enim tenebras, quae sunt vitia carnis.

13, 13. Sicut in die honeste ambulemus. 1. verum est, ut quia publice non peccatur, sic agamus, quomodo agitur publice; nihil enim tam publicum quam veritas. 5

Non in comisationibus et ebrietatibus. 2. comisationes sunt luxuriosa convivia, quae aut conlatione omnium celebrantur aut vicibus solent a contubernalibus exhiberi, ut neminem [illic] pudeat inhoneste aliquid dicere aut facere, quia [unusquisque praesumit, quod suum convivium sit; 10 solent enim in aliena mensa pudore coherceri. 2a. sed hic] ad hoc convenitur, ut foeda illic gerantur copia vini et incitetur libidinis diversa voluptas. 3. idcirco evitanda praecepit huius- [celmodi convivia.

Non cubilibus et inpudicitiiis. 4. post inlecebro- 15 sum convivium et ebrietatem hoc subiecit quod sequitur, hoc est concubitus inpudicus. hic enim huius lascivitatis est fructus.

Non contentione et aemulatione. 5. recte ab his coherceri monet, quia omnis contentio et zelus inimicitiam 20 parit; quae tenebras vocat, quia ad lucis praemia venire non possunt.

13, 14. Sed induite dominum Iesum Christum et carnis curam ne feceritis in desideriiis. 1. curam

10 cf. I Cor. 11, 21

3 honesti *W* 4 quia] qui *W* 5 nihil] non *W* 6 co-
 missationibus *GA*¹, comesationibus *FOW*, comessionibus *D* 9 il-
 lic *DC* aliquid inhoneste *C* 10sq. unusquisque—hic *D* 13 prae-
 cipit *YD* 13sq. huiuscemodi *C* 15 non in *GMBYD* 15sq. inlece-
 brosum] luxuriosum *C* 16 hoc *alt.*] id *C* 17 hic] hoc *C* lasciviae *G²A²*
 19 non in *FGMBOYDA* 21 peruenire *D*

ipsa sunt enim opera carnis, ut
 α induti β his exuti induant
 dominum Iesum Christum, id est innovati per Christum ab
 his {malis} se retineant. {1 a. hic enim induit Christum, qui
 5 se ab omni errore et turpitudine separaverit, ne in convivio
 nuptiarum sine veste eius inventus turpiter abiectus tenebris
 mancipetur.} 2. si quo minus, non sunt induti Christum
 Iesum (Iesum Christum) [dominum], super cuius novam
 vestem veteres pannos inducunt (induunt). exuti enim ve-
 10 terem hominem in novitate vitae manendum est.

14, 1. Infirmum autem in fide adsumite, non
 in disceptationes cogitationum. quoniam ex Iudaeis
 erant, qui Romanos ad nomen Christi adsumpserant admixti
 (admixta lege), sicut in primordio epistolae memoravi, ideo
 15 quibusdam videbatur prohibitam carnem edere non debere.
 aliquibus autem, qui sine lege Christum sequebantur, vide-
 batur contra {legem} licitum (licere) edere et per hoc ipsum
 disceptationes erant inter eos, quas apostolus saluti studens
 et concordiae (concordiae et saluti studens) divina disputa-
 20 tione aufert, ostendens neque edenti prodesse apud deum
 neque non edenti obesse. infirmum esse dicit, qui propterea
 quod Iudaei prohibiti sunt, timet edere. hunc ergo remitti
 (remittit) iudicio suo, ne scandalum passus a caritate, quae
 quasi mater est animarum, recedat cum mentis perturbatione,
 25 cum Christiani pacifici debeant esse et quieti.

14, 2. Alius enim credit edere omnia. 1. hic fidu-
 cia lectionis non dubitat omnia edenda, quae data sunt hu-
 manis usibus. legit enim in Genesi omnia bona valde esse
 quae creavit deus. ideo nihil reiciendum, quia neque Enoch,

5sq. cf. Matth. 22, 13
 Gen. 5, 24

28sq. cf. Gen. 1, 31

29sq. cf.

3 dominum nostrum *SI* 9 inducunt cf. *Thes. VII 1236, 22*
 12 disceptationibus Φ 16 aliquibus] n quibusdam Φ 16sq. vide-
 bantur Φ 17 hoc om. *SIX* 29 enoh *NS*

carnis prohibet, id est voluptatem, ut omne quod prohibetur per legem non desideretur aut certe desideratum vincatur. ipsa enim sunt opera carnis, ut his exuti induant dominum Iesum Christum, hoc est innovati per Christum ab his malis se retineant. 1 a. hic enim induit Christum, qui se ab omni errore et turpitudine separaverit, ne in convivio nuptiarum sine veste nova inventus turpiter abiectus tenebris mancipetur. [2. si quo minus, non sunt induti Iesum Christum, super cuius novam vestem veteres pannos induunt. exuti enim veterem hominem in novitate vitae manendum est.]

14, 1. Infirmum autem in fide adsumite, non in disceptationes cogitationum. quoniam ex Iudaeis erant, qui Romanos ad fidem Christi adsumpserant admixta lege, sicut in primordio epistolae memoravi, ideo quibusdam videbatur [prohibitam] carnem edere non debere. aliquibus vero, qui sine lege Christum sequebantur, videbatur e contra licere edere et per hoc ipsum disceptationes erant inter eos, quas apostolus concordiae et saluti studens divina disputatione aufert, ostendens neque edenti prodesse apud deum neque non edenti obesse. infirmum esse dicit, qui propterea quod Iudaei prohibiti sunt, timeat edere. hunc ergo vult remitti iudicio suo, ne scandalum passus a caritate, quae quasi mater est animarum, recedat [cum mentis perturbatione, cum Christiani pacifici debeant esse et quieti].

14, 2. Alius enim credit edere omnia. 1. hic fiducia lectionis non dubitat omnia edenda, quae humanis

6sq. cf. Matth. 22, 13

3 sunt enim C 4 hoc] id C 7 nova] eius C inventus] inueniatur WA² turpiterque WA 8sq. si—est D 12 disceptationes] -one Y, -onibus A 13 fidem] nomen C 15 prohibitam G², carnem prohibitam Y 16 vero] autem C uidebantur contra C 20 quod] quia A, om. W 21 timet WC edere timet W 23sq. cum—quieti D 25 edere] manducare WA 26 edenda] manducare WA 26sq. data sunt humanis usibus C

qui {primus} deo placuit, neque Noe {qui in diluvio solus iustus inventus est,} neque Abraham {ille amicus dei,} aut Isaac aut Iacob, iusti et dei amici, inter quos et Lot fuit {aut ceteri iusti ab his} abstinuisse leguntur.

5 Is vero qui infirmus est holera manducet. 2. {igitur ut, quia hoc putat utile, holera edat,} ideo non suadendum (suadendum non) est, ut {earnem} edat, ne eum serupulo edat et videatur peccare, quia propositum suum non eustodit.

10 **14, 3.** Itaque qui edet non edentem non spernat, et qui non edet edentem non iudicet. {1a. quia voluntatis est edere aut non edere,} 1. ac per hoc quaestio hinc fieri non debet. ad hoc enim facta sunt omnia, ut voluntati subiaceant, quia dominio humano subiecta sunt.

15 Deus enim illum adsumpsit. 2. adsumptus a deo est, dum ad gratiam vocatus est.

14, 4. Tu qui es, qui iudices alienum servum? suo domino (domino suo) stat aut eadit. 1. manifestum est servum non debere conservi voluntate iudicari, 20 cui lex in hac parte tradita non est. nam qua conscientia edat aut non edat, deus iudex est, cuius servus est.

Stabit autem; potens est enim deus statuere illum.

2. α stare autem est domino β 'stabit', inquit, 'domino suo' 25 suo, qui neque si edat reus propterea quia neque si edat erit neque si non edat culpabilis est. reus erit neque si non edat culpabilis; si tamen devoti-

1sq. cf. Gen. 6, 8sq. 2 cf. Is. 41, 8; Iac. 2, 23

10 edet non edentem] manducat non manducantem Φ 14 dominio humano] voluntati hominis IX 16 dum] qui IX, om. SK 17 qui pr.] quis KIX 20 non om. Φ

usibus data sunt. legit enim in Genesi omnia bona valde esse quae creavit deus. ideo nihil reiciendum, quia neque Enoch, qui primus deo placuit, neque Noe, qui in diluvio solus iustus inventus est, neque Abraham ille amicus dei, [aut Isaac aut Iacob, iusti et dei amici, inter quos et Lot fuit,] aut ceteri iusti ab his abstinuisse leguntur. 5

Is vero qui infirmus est holera manducet. 2. igitur ut, quia hoc putat utile, holera edat, ideo suadendum non est, ut carnem edat, ne cum scrupulo edat et videatur peccare, quia propositum suum non custodit. 10

14, 3. Itaque qui edet non edentem non spernat, et qui non edet edentem non iudicet. 1a. quia voluntatis est edere aut non edere, 1. ac per hoc quaestio hinc fieri non debet. ad hoc enim facta sunt omnia, ut voluntati subiaceant, quia dominio humano subiecta sunt. 15

Deus enim illum adsumpsit. 2. adsumptus est a deo, dum ad gratiam vocatus est.

14, 4. Tu qui es, qui iudices alienum servum? domino suo stat aut cadit. 1. manifestum est servum non debere conservi voluntate iudicari, cui lex in hac parte tradita non est. nam qua conscientia edat aut non edat, deus iudex est, cuius servus est. 20

Stabit autem; potens est enim deus statuere illum. 2. 'stabit', inquit, 'domino suo', propterea quia neque

1sq. cf. Gen. 1, 31 **2sq.** cf. Gen. 5, 24 **3sq.** cf. Gen. 6, 8sq.
4 cf. Is. 41, 8; Iac. 2, 23

2 nec *C* Enoch] enoc *W*, in hoc *A* **3** diluvio] tempore diluuii *WA* **4sq.** aut—fuit *D* **7** is vero qui] qui autem *WA* infirmus qui *C* manducat *W* **8** ut—utile] quia hoc putat ut ille *OYDC* **11** itaque *om. WA* edet] edit *GOYD*, manducat *WA* manducantem *WA* **12** manducat manducantem *WA* **13** edere *pr.*] manducare *WA* aut non edere *om. WA* **16** enim] autem *A* **16sq.** a deo est *C* **18** quis es *FGMB OYDA* iudicas *GMBODWA* **19** suo domino *C* **19sq.** non debere servum *WA* **23** autem] enim *A* potens—deus] deus potens est iterum *W*

one hoc agat, non evitans
hanc velut contrariam.

14, 5. Nam alius quidem iudicat diem inter
diem. 1. hoc est: alicui placet

5 α die interposita β interpositis
edere. {1a. nam sunt quidam qui tertia feria non edendam
carnem statuerunt, sunt qui sabbatis, sunt iterum qui a
pascha usque ad pentecosten edant.}

10 Alius autem iudicat omnem diem. 2. {hic} om-
nem diem iudicat, qui numquam edet.

Unusquisque in suo sensu abundet. 3. hoc est:
unusquisque suo consilio remittatur.

14, 6. Qui sapit diem, domino sapit. 1. verum
est, quia qui {semper} abstinet, deo placere se putat.

15 Et qui edet, domino edet. {domino edet, quia gra-
tias agit creatori.

Et qui non edet, domino non edet} et gratias
agit deo. 2. gratias agit [deo], dum fatetur domini (dei)
esse creaturam et bona creata, sed {se} dissimulare ab ea, non
20 condemnare.

14, 7. Nemo enim nostrum sibi vivit et nemo
sibi moritur. sibi viveret aliquis, si non sub lege ageret
(ageret sub lege). at qui [in] freno legis gubernatur, non sibi
utique vivit, sed deo, qui legem dedit, ut secundum volun-
25 tatem eius vivatur. et qui moritur, simili modo deo moritur,
quo iudice aut coronabitur aut condemnabitur.

si edat reus est neque si non edat culpabilis; si tamen devotione hoc agat, non evitans hanc velut contrariam.

14, 5. Nam alius quidem iudicat diem inter diem. 1. hoc est: alieni placet interpositis edere. 1a. nam sunt quidam qui tertia feria non edendam carnem statuerunt, 5 sunt qui sabbatis, sunt iterum qui a pascha usque ad pentecosten edant.

Alius autem iudicat omnem diem. 2. iste omnem diem iudicat, qui numquam edet.

Unusquisque in suo sensu abundet. 3. hoc est: 10 unusquisque suo consilio remittatur.

14, 6. Qui sapit diem, domino sapit. 1. verum est, quia qui semper abstinet, deo placere se putat.

Et qui edet, domino edet. domino edet, quia gratias agit creatori. 15

Et qui non edet, domino non edet et gratias agit deo. 2. gratias agit, dum fatetur dei esse creaturam et bona creata, sed se dissimulare ab ea, non condemnare.

14, 7. Nemo enim nostrum sibi vivit et nemo sibi moritur. sibi viveret aliquis, si non ageret sub lege. 20 at qui freno legis gubernatur, non utique sibi vivit, sed deo, qui legem dedit, ut secundum voluntatem eius vivatur, et qui moritur, simili modo deo moritur, ipso enim iudice aut coronabitur aut condemnabitur.

1 est] erit *C* 2 contraria *A* 3sq. alius—diem] alter iudicat
alternos dies *WA* 5 tertia] quarta *WA* carnem non edendam *C*
constituerunt *W* 6 pascha *A* 6sq. pentecosten edunt] pentecosten
edent *C*, quinquagesima (-am *A*) manducant *WA* 7 edunt *D*
8 alter *WA* iste] hic *C* 9 edit *FGBOD* 10 abundat *FGLBOY¹D*
13 abstinendo placere *C* 14 edit (*bis*) *FGD*, manducant *WA* post edet
alt.: et gratias agit deo *add. A* quia] qui *WA* 16 edet *pr.*] mandu-
cant *WA* domino non edet *om. A* 17 esse dei *FG* 21 at qui] qui enim *WA*
sibi utique *C* 22 voluntatem eius] legem *W* 23 ipso enim] quo *C*

14, 8. Sive enim vivimus, domino vivimus. sive morimur, domino morimur. 1. idem sensus est.

Sive ergo vivimus sive morimur, domini sumus. 2. verum est omnes nos domini esse quasi servos in
5 condicione et dominio redemptoris et unumquemque pro merito suo tractari.

14, 9. In hoc enim Christus et vixit et mortuus est et resurrexit, ut et vivorum et mortuorum dominetur (dominetur et mortuorum). 1. per
10 Christum dominum facta est creatura, quae per peccatum alienata est ab auctore, facta captiva. quam deus pater, ne opus eius periret, misso filio suo de caelis ad terras docuit, quid faciendo manus piratarum effugeret. propter quod et occidi se passus est ab inimicis. qui descendens ad inferos,
15 quia innocens erat occisus, reum fecit (faceret) peccatum, ut quos tenebat apud inferos amitteret. 2. quoniam ergo vivis ostendit viam salutis et (ac) se obtulit pro eis, mortuos vero liberavit de inferno, tam vivorum quam mortuorum dominatur. ex perditis enim iterum reformavit sibi illos in
20 servos.

14, 10. Tu autem quid iudicas fratrem tuum in non edendo? aut tu quare spernis fratrem tuum in edendo? omnes enim adstabimus ante tribunal Christi. docet non oportere iudicare {in hac re},
25 quia nec continetur in lege, praeterea cum deum iudicem expectamus (expectemus).

14, 11. Scriptum est enim: vivo ego, dicit dominus, quia mihi flectet omne genu et confitebitur omnis lingua deo. hoc scriptum in Esaia est (in

28 Is. 45, 24

3 *post* vivimus *add.* domino uiuimus Φ 7 et vixit *om.* Φ
8sq. mortuorum et uiuorum Φ 13 manus] mors *SK*, mortis *IX* piratarum] imperium *IX* 15 quia *om.* Φ 23 stabimus Φ 24 Christi] dei Φ 26 expectemus βI 28 quia] quoniam Φ

14, 8. Sive enim vivimus, domino vivimus, sive morimur, domino morimur. 1. idem sensus est.

Sive ergo vivimus sive morimur, domini sumus. 2. verum est omnes nos domini esse quasi servos in condicione et dominio redemptoris et unumquemque pro merito suo tractari. 5

14, 9. In hoc enim Christus et vixit et mortuus est et resurrexit, ut et vivorum dominetur et mortuorum. 1. per Christum dominum facta est creatura, quae per peccatum alienata est ab auctore, facta captiva. quam deus pater, ne opus eius periret, misso filio suo de caelis ad terras docuit, quid faciendo manus piratarum effugeret. propter quod et occidi se passus est ab inimicis, ut descendens ad inferos, quia innocens erat occisus, reum faceret peccatum, ut quos tenebat apud inferos amitteret. 2. quoniam ergo vivis ostendit viam salutis ac se obtulit pro eis, mortuos vero liberavit de inferno, tam vivorum quam mortuorum dominatur. ex perditis enim iterum reformavit sibi illos in servos. 15

14, 10. Tu autem quid iudicas fratrem tuum in non edendo? aut tu quare spernis fratrem tuum in edendo? omnes enim adstabimus ante tribunal Christi. docet non oportere iudicare in hac re, quia nec continetur in lege, praeterea cum deum iudicem expectemus. 20

14, 11. Scriptum est enim: vivo ego, dicit do-

1 domino vivimus *om. C* 2 domino morimur] domini sumus *C* 3 ergo] igitur *YWA, om. FGMBOD* 5 redemptoris dominio *C* 7sq. et vixit—resurrexit] mortuus est et vixit (*reui-xit A*) *WA* 8sq. mortuorum et uiuorum dominatur *WAC* 10 pro peccato *FGMBDW* 12 piratarum] -orum *A, om. FG* 15 apud] ad *W* 19sq. in non edendo *om. WA* 21 stabimus *WA* 22 Christi] dei *WA* 23 deum iudicem] dei iudicium *WA*

Esaias scriptum est), quia omnis lingua confitebitur deo in fide Christi. nam quia occisus resurrexit futurus iudex, recte ait: vivo ego, dicit dominus. et non solum vivo, sed et iudicaturus sum, et inimici fatebuntur in me et genu flectent,
 5 cognoscentes me deum de deo.

14, 12. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. quoniam {inquit} non pro nobis invicem reddituri sumus rationem, nos non in hac parte, quae supra scripta est, alterutrum condemnemus.

¹⁰ **14, 13.** Non ergo amplius invicem iudicemus. 1. id est: scientes hoc cessemus a discordia.

Sed in hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum vel scandalum fratri. 2. in eo iudicandum monet, quod prosit, quod potest ex (et) auctoritate legis defendi,
 15 nulli autem fratrum carnem edenti aut non edenti fiat scandalum.

14, 14. Scio et confido in domino, quia nihil commune per ipsum. 1. manifestum est, quia salvatoris beneficio omnia munda sunt, qui desub iugo legis eruens
 20 homines et iustificans reddidit statum pristinae (pristinum) libertatis, ut digni sint uti tota creatura, sicut et veteres sancti. qui autem sub lege adhuc (adhuc sub lege) sunt, non licet illis uti aut edere quae prohibet lex, quia indulgentiam datam spernunt. {1a. non enim secundum naturam suam, sed cum
 25 contra edictum eduntur, immunda sunt. denique in lege ita ait: erunt immunda vobis.}

26 Lev. 11, 4

7 non] nos Φ 8 nos] nisi Φ 12 in om. Φ 13 vel] aut Φ
 14 ex] et βS 15 edendi (bis) Φ

minus, quia mihi flectet omne genu et confitebitur omnis lingua deo. hoc scriptum est in Esaia, quia omnis lingua confitebitur deo in fide Christi. nam quia occisus resurrexit futurus iudex, recte ait: vivo ego, dicit dominus. ¶ et non solum vivo, sed et iudicaturus sum, et inimici 5 fatebuntur in me et genu flectent, cognoscentes me deum de deo.¹

14, 12. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. quoniam, inquit, non pro nobis invicem reddituri sumus rationem, non nos in hac parte, quae 10 supra scripta est, alter alterutrum condemnemus.

14, 13. Non ergo amplius invicem iudicemus. 1. id est: scientes hoc cessemus a discordia.

Sed in hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum vel scandalum fratri. 2. in eo iudicandum monet, 15 quod prosit, quod potest et auctoritate legis defendi, nulli autem fratrum carnem edenti aut non edenti fiat scandalum.

14, 14. Scio et confido in domino, quia nihil commune per ipsum. 1. manifestum est, quia salvatoris beneficio omnia munda sunt, qui desub iugo legis eruens 20 homines et iustificans reddidit statum pristinum libertatis, ut digni sint uti tota creatura, sicut et veteres sancti. qui autem adhuc sub lege sunt, non licet illis uti quae prohibet lex, quia indulgentiam datam spernunt. 1a. non enim secundum natu-

1 Is. 45, 24

1 quia] quoniam *WA* flectetur *YWA* 2 in eseia scriptum est *WA* 5sq. et—deo *D* 8 itaque] ergo *WA* 11 alter *om. YWAC* alterutrum *YC* 12 iudicemur *BD* 14 in *om. WA* 14sq. offensionem fratri vel scandalum *WA* 15 in eo] ideo *FGMWA* 16 quod prosit *om. FGBY* et *om. GOY²D* 17 fratri *A* aut non edenti *om. FG¹BO* 18 nihil est *WA* 21 ut] qui *FGMBO* 22 sunt *FGMB* totam creaturam *WA* 23 post uti *add.* aut edere *D* 24 datam *om. FGMBOYD*

Ei plane, qui existimat aliquid esse commune, illi commune est. 2. sive qui ex Iudaeo Christianus est sive gentilis fidelis putat esse aliquid tale vitandum, ipse est, quem supra infirmum dicit; dubitando enim

5 α est infirmus.

β non est firmus.

apud istum immundum est quod putat non edendum; et quia non {hoc} superstitione facit, sed timore, suo iudicio remittendum.

14, 15. Nam si propter escam contristatur
10 frater tuus, iam non secundum caritatem ambulat.
1. in alia epistola dicit: esca ventri et venter escis; et hunc et hanc deus destruet. quia non de esca aut placet quis deo aut displicet, ideo caritatem sectandam monet, qua nos deus liberare dignatus est. sic enim ait: deus
15 autem propter nimiam caritatem [suam] misertus est nostri. qui huius ergo (ergo huius) beneficii memor est, hanc excolit nec illi aliquid anteponit, sed praetermittit maxima, quae scit promissionem non parare apud deum.

Noli cibo tuo perdere illum, pro quo Christus
20 mortuus est. 2. quantum valeat salus fratris, ex morte Christi cognoscitur. qui ergo (itaque qui) scit quantum constet, confirmare illum debet, non scandalizare, ut in (ex) re frivola fiat (faciat) illi scrupulum et incipiat haesitare, an manducanda caro sit necne, qui forte simpliciter edebat securus de
25 conscientia sua. at cum vero (vero cum) adeunt controversiae, incipiet perturbatione in dei creaturam peccare et erit
 α iniuria β in iniuriam
creatoris, quae proficiet ad perditionem dubitantis.

11 I Cor. 6, 13 14 Eph. 2, 4

1 ei] et Φ 3 gentili Φ 4 enim non Φ 6 istum] iustum Φ
9sq. frater tuus contristatur Φ 25 vero] eum diuersae IX 25sq. controversiae S

ram suam, sed cum contra interdictum eduntur, immunda sunt. denique in lege ita ait: erunt immunda vobis.

Ei plane, qui existimat aliquid esse commune, illi commune est. 2. sive qui ex Iudaeo Christianus est sive gentilis fidelis [putat esse] aliquid huiusmodi evitandum, 5 ipse est, quem supra infirmum dicit; dubitando enim non est firmus. apud istum immundum est quod putat non edendum; et quia non hoc superstitione facit, sed timore, suo iudicio remittendum.

14, 15. Nam si propter escam contristatur fra- 10
ter tuus, iam non secundum caritatem ambulas.
1. in alia epistola dicit: esca ventri et venter escis;
et hunc et hanc deus destruet. quia non de esca aut
placet quis deo aut displicet, ideo caritatem sectandam monet,
qua nos deus liberare dignatus est. sic enim ait: deus autem 15
propter multam caritatem misertus est nostri. qui
ergo huius beneficii memor est, hanc excolit nec illi aliquid
anteponit, sed praetermittit maxima, quae scit promissionem
non parare apud deum.

Noli cibo tuo perdere illum, pro quo Christus 20
mortuus est. 2. quantum valeat salus fratris, ex morte
Christi cognoscitur. itaque qui scit quantum constet, confir-
mare illum debet, non scandalizare, ut ex re frivola faciat illi
scrupulum [et incipiat haesitare, an manducanda caro sit

2 Lev. 11, 4 12 I Cor. 6, 13 15 Eph. 2, 4

1 interdictum] edictum *C* 2 ita ait] ista *FGMBOYD* 3 ei
plane] nisi ei *WA* aliquid] quid *WA* commune esse *FGMBOYDWA*
5 putat esse *C* huiusmodi] tale *C* uitandum *WAC* 6 infirmem *C*
6sq. non est firmus] est infirmus *YD*, infirmus (*om. est*) *FGOWA*
7 est immundum *W* 10sq. nam—tuus] si enim propter cibum frater tuus
contristatur *WA* frater tuus contristatur *C* 13 deus *om. FG* 15 autem]
enim *FGMBOYD* 20 illum cibo tuo perdere *W* illum perdere *A*
21 ualet *WA* 22 constat *A* 24 scrupulum *FG*¹ 24 et—p. 445, 4
dubitantis *D*

14, 16. Non ergo blasfemetur bonum nostrum. hoc est: doctrina dominica cum sit bona et salutaris, non debet per rem frivolam blasfemari. blasfematur autem, cum dubitatur de dei creatura. potest et sic intellegi bonum nostrum blasfemari, quia qui bona opera habet,
 α si in alia \langle re \rangle reprehendatur, β si in alia reprehendatur re minima,

bonum illud suum obfuscatur et incipiet bonum eius blasfemari per malum eius, sicut scriptum est in Iezechihel (Hiezechihel): iustitia iusti non proficiet si erraverit. tale est, si quis forte decorus vitium habeat (habet) in fronte aut nasum conlisum,

α nonne deformatio erit speciei eius? β unde deformatur species eius.
 15 ideoque illa monet sectanda, quae bonis reliquis non tollant favorem.

14, 17. Non est enim regnum dei esca et potus. 1. manifestum est, quia nemo per escam placet deo aut displicet.

20 Sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto. 2. hos in regnum dei dicit intrare, qui iustitiam sequuntur, sed Christianam habentes pacem, quam dominus dedit dicens: pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, ex qua oritur gaudium in spiritu sancto. disceptatio
 25 autem non habet gaudium, sed iram. ideo non illic respicit

10 Ezech. 33, 12 23 Ioh. 14, 27

1 nostrum] nomen *K* 6 alio *I²X* re *add.* *Bulhart* 8 illum *SK* 9 Hiezechihel (-iel *K*) β *K* 10 non proficiet iusti *K*
 11 qui *SI* 13sq. specie *S* 15 bonis] nobis Φ 17 est ergo Φ
 25 respicit] requiescit *I²X*

necne, qui forte simpliciter edebat securus de conscientia sua. at vero cum adeunt controversiae, incipiet perturbatione in dei creaturam peccare et erit iniuria creatoris, quae proficiet ad perditionem dubitantis¹.

14, 16. Non ergo blasfemetur bonum nostrum. ⁵
hoc est: doctrina dominica cum sit bona et salutaris, non debet per rem frivolam blasfemari. blasfematur autem, cum dubitatur de dei creatura. potest et sic intellegi bonum nostrum blasfemari, quia qui bona opera habet, si in alia reprehendatur re minima, bonum illud suum obfuscat [et incipiet ¹⁰
bonum eius blasfemari per malum eius, sicut scriptum est in Hiezechihel: iustitia iusti non proficiet, si erraverit¹. tale est, si quis forte decorus aliquid vitii habeat in vultu, unde deformetur species eius. ideoque illa monet sectanda, quae reliquis bonis non tollant favorem. ¹⁵

14, 17. Non est enim regnum dei esca et potus. 1. manifestum est, quia nemo per escam placet deo aut displicet.

Sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto. 2. hos in regnum dei dicit intrare, qui iustitiam ²⁰
sequuntur, sed Christianam habentes pacem, quam dominus dedit dicens: pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, ex qua oritur gaudium in spiritu sancto. disceptatio autem non habet gaudium, sed iram. ideo non

12 Ezech. 33, 12 22 Ioh. 14, 27

10sq. et—erraverit *D* 13 habet *W* 15 bonis reliquis *C*
19 gaudium et pax *W* 20 hos] hoc est *WA* 23 qua] qua uti-
que *C*

spiritus sanctus, quia gaudet in solis pacificis; sicut enim ex nobis contristatur, sic et gaudet in nobis.

14, 18. Qui enim in hoc servit Christo, placet deo et probatus est hominibus. quoniam Christus [est, qui] nos redemit, ideo ait: qui in hoc servit Christo, α placet deo. sine dubio β quasi redemptori, placet deo placet, qui servit ei quem deo. quare? quia ipse misit ipse misit, Christum, ut redimeret genus humanum,

10 sicut ipse dominus ait: qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. qui ergo placet deo, probatus est hominibus. quomodo? accepit enim donum, per quod appareat dignus deo.

14, 19. Itaque quae pacis sunt sectemur, et 15 quae aedificationis sunt invicem custodiamus. quoniam disceptatio discordiam parit, ideoque ut pacifici esse possimus, ab intentione edendi aut non edendi dissimulare nos docet, aedificationis {autem} viam sequi hortatur, ut cum pace ea conferamus, per quae invicem nos aedificemus, 20 ab his quae infructuosa sunt et magis contraria declinantes. conlatio enim potest prodesse — est enim excitans mentem —, si tamen vincendi studium contemnatur. hoc est enim, quod parit litem.

14, 20. Noli propter escam solvere opus dei. 25 1. homo opus dei est {per creationem et iterum opus dei est}, dum reformatur per regenerationem, et esca opus dei est; sed non homo propter escam, sed esca propter hominem. multum ergo distat. ideoque (ideo) noli {,inquit,} hoc opus dei, quod praeclarum est, dissolvere propter hoc, quod humiliatum (humillimum) est. 2. hoc est saluti fratris [debere]

10 Ioh. 5, 23

1 ex] de I²X, om. SKI¹ 8 misit Christum β K 18 au-
torem β K viam] quam K 29 quod alt.] quoniam SIX

respicit illuc spiritus sanctus, quia gaudet in solis pacificis; sicut enim a nobis contristatur, sic et gaudet in nobis.

14, 18. Qui enim in hoc servit Christo, placet deo et probatus est hominibus. quoniam Christus nos redemit, ideo ait: qui in hoc servit Christo, id est ut nulli scandalum faciat, congrue obsequitur redemptori placens deo. quare? quia ipse misit Christum, ut redimeret genus humanum, sicut ipse dominus ait: qui non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum. qui ergo placet deo, probatus est hominibus. quomodo? accepit enim donum, per quod appareat dignus deo. 5 10

14, 19. Itaque quae pacis sunt sectemur, et quae aedificationis sunt invicem custodiamus. quoniam disceptatio discordiam parit, ideoque ut pacifici esse possimus, ab intentione edendi aut non edendi dissimulare nos docet, aedificationis autem viam sequi hortatur, ut cum pace ea conferamus, per quae invicem nos aedificemus, ab his quae infructuosa sunt et magis contraria declinantes. conlatio enim potest prodesse — est enim excitans mentem — , si tamen vincendi studium contemnatur. hoc est enim, quod parit litem. 15 20

14, 20. Noli propter escam solvere opus dei. 1. homo opus dei est per creationem et iterum opus dei est, dum reformatur per regenerationem, et esca opus dei est; sed non homo propter escam, sed esca propter hominem. multum 25

8 Ioh. 5, 23

1 illuc respicit *C* quia] qui *A* 2 a] ex *DC*, in *W* 3 qui enim] nam qui *WA* 5sq. id est — placens] quasi redemptori placet *C* 7sq. humanum] hominum *WA¹C* 11 enim *om. A* 13 ad aedificationem *W* 22 propter — solvere] per cibum destruere *WA* 23 per creationem *om. DC* per — est *om. FGO WA*

studere, non curam escae agere, ut fratrem contristes. beneficium enim dei irritum facit, qui fratrem liberatum a peccato per disceptationem rursus provocat ad peccandum, solvens in illo opera Christi quae gessit, ut hominem a peccato liberaret.

Omnia quidem munda sunt. 3. verum et (ac) manifestum est omnia munda esse, quippe cum in Genesi legatur omnia quae deus fecit esse bona valde.

Sed malum est homini, qui per offensionem edet. 4. cum ergo per naturam omnia {bona et} munda sint, dubitantibus tamen fiunt immunda, et erit illi offendiculum, qui cum dubitat edet, tamen non munda conscientia, quia quod sibi inutile putat facit. ideo nulli contradicendum est, quid in hac re sequatur.

14, 21. Bonum est non edere carnem et non bibere vinum. 1. cum de sola carne ageret, adiecit et potum, ut confoveat eos, qui ab his abstinere, ne per id quod licitum est et carnem edere et vinum bibere, contristarentur ab illis, qui his utuntur, dedit eis respirandi solatium, ut {in} voluntate sua requiescerent et disceptatio, per quam discordia fit, cessaret. cum enim non latet bonum esse et carnem edere et vinum bibere, et {e} contra carnem non edere et non bibere vinum bonum esse addiscunt, nemo litigat. creatura enim data est ad usum volentibus, non tamen necessitas est inposita aut volenti aut nolenti.

8 cf. Gen. 1, 31

10 edit Φ 14 quod SIX

ergo distat. propter quod noli, inquit, hoc opus dei, quod praeclarum est, dissolvere propter hoc, quod humillimum est. 2. hoc est saluti fratris studere, non curam escae agere, ut fratrem contristes. beneficium enim dei irritum facit, qui fratrem liberatum a peccato per disceptationem rursus pro- 5 vocat ad peccandum, solvens in illo opera Christi quae gessit, ut hominem a peccato liberaret.

Omnia quidem munda sunt. 3. verum ac manifestum est omnia munda esse, quippe cum in Genesi legatur omnia quae deus fecit esse bona valde. 10

Sed malum est homini, qui per offensionem edet. 4. cum ergo per naturam omnia bona et munda sint, dubitantibus tamen fiunt immunda, et erit illi offendiculum, qui cum dubitat edet, tamen non munda conscientia, quia quod sibi inutile putat facit. ideo nulli contradicendum est, 15 quid in hac re sequatur.

14, 21. Bonum est non edere carnem et non bibere vinum. 1. cum de sola carne ageretur, adiecit et potum, ut confoveat eos, qui ab his abstinent, ne per id quod licitum est et carnem edere et vinum bibere, contristarentur 20 ab illis, qui his utuntur, dedit eis respirandi solatium, ut in voluntate sua requiescerent et disceptatio, per quam fit discordia, cessaret. cum enim non latet bonum esse et carnem edere et vinum bibere, et e contra carnem non edere et non bibere vinum bonum esse addiscunt, nemo litigat. creatura 25

10 *cf.* Gen. 1, 31

1 ergo] enim *W* propter quod] ideoque *C* hoc *om.* *ODW* 2 dis-
 solvere] displicere *W* 3 studere] debere *D* 5sq. per—peccandum] in
 peccatum per disceptationem rursus prouocat *A* 5 rursus *FGMBOYD*
 6 peccatum *FGMBOYW* 10 ualde bona *W* 12 edit *FGBOD*,
 manducat *WA* 13 tamen] autem *A* illis *W* 14 edit *FGODW*
 tamen] ut *A* 15 quod] cum *A* 17 manducare *WA* 18 ageret *C*
 22 quiescerent *C* 22sq. discordia fit *C* 24 edere *pr.*] manducare *W*
 e *om.* *AC*

Neque in quo frater tuus offendit aut (vel) scandalizatur aut infirmatur. 2. eadem dicit: non debere fratri, qui infirmum animum sibi constituit ad edendum, fieri quaestionem, ne perturbatus offendat, nesciens
5 quid teneat.

14, 22. Tu fidem habes. penes te ipsum habeto coram deo. 1. hoc est: tu quis es, qui edes securus, quia creatura dei bona est? non opus est, ut de altero iudices, quia plus est, ut pacem habeas cum fratre; hoc enim utile est
10 {apud deum}. in esca enim utilitas carnis est, in pace vero et carnis et animae, et (ac) per hoc ab huiusmodi disceptatione cessandum {est, ut unusquisque in proposito cordis sui maneat}.

Beatus, qui non iudicat semetipsum in quo
15 probat.

2. α suo iudicio condemnan- β unumquemque proprio iudicio censet eum, dicio censet condemnandum. qui quod dicit non debere se facere facit, et hunc beatum, qui non aliud facit, quam [quod] sibi utile probat.

14, 23. Qui autem discernit, si ederit, damnatus est. 1. verum est, quia qui iudicat non edendum et edit (edet), damnatus est. ipse enim se damnat, quando id quod sibi inutile adserit facit.

Quia non ex fide edit. 2. non utique ex fide edit
25 (edet), qui edendum negat et edit (edet).

Omne autem quod non est ex fide, peccatum est. 3. recte peccatum appellatur, quod aliter fit quam probatum est. quoniam Romani in lege inducti erant, sicut in primordio epistolae memoravi, advenientibus autem qui rec-

3 animum *om.* *K* 6sq. te ipsum habeto] te ipsum habere Φ
7 quis] qui *S* 8 ut de] uide ne *K* 18 se *om.* *SIX* 20 ederit]
manducauerit Φ 24 non utique ex fide edit *om.* *SIX*

enim data est ad usum volentibus, non tamen necessitas est inposita [aut volenti aut nolenti].

Neque in quo frater tuus offendit vel scandalizatur aut infirmatur. 2. eadem dicit: non debere fratri, qui infirmum animum sibi constituit ad edendum, fieri quaestio- 5
stionem, ne perturbatus offendant, nesciens quid teneat.

14, 22. Tu fidem habes. penes te ipsum habeto coram deo. 1. hoc est: tu quis es, qui edes securus, quia creatura dei bona est? non opus est, ut de altero iudices, quia plus est, ut pacem habeas cum fratre; hoc enim utile 10
est apud deum. in esca autem utilitas carnis est, in pace vero et carnis et animae ac per hoc ab huiusmodi disceptatione cessandum est, ut unusquisque in proposito cordis [sui] maneat.

Beatus qui non iudicat semetipsum in quo 15
probat. 2. unumquemque proprio iudicio censet condemnandum, qui quod dicit non debere se facere facit, et istum beatum, qui non aliud facit, quam sibi utile probat.

14, 23. Qui autem discernit, si ederit, damnatus est. 1. verum est, quia qui iudicat non edendum et edet, 20
damnatus est. ipse enim se reum facit, quando id quod sibi utile putat facit.

Quia non ex fide. 2. contra fidem utique edet, qui edendum negat et edet.

Omne autem quod non est ex fide, peccatum 25
est. 3. recte peccatum appellatur, quod aliter fit quam pro-

1 est *alt. om.* *FGMBOYDW* 2 aut—nolenti *G*² 3 offendit] -at *FG*,
-itur *WA* vel] aut *DWAC* 7 habe *WAC* 8 quis] qui *DA*², quis-
quis *WC* edis *FGBOD* 10sq. est enim utile *W* 11 autem] enim *C*
13 ut *om.* *FGM* proposito suo *Y* sui *YDC* 15 quo] eo quod *FGMBOYD*
17 istum] hunc *C* 19 manducaverit *WA* 20 edit *FGOD* 21 quando] quia *YA*
22 putat] adserit *DC* 23 edit *BODW* qui] quia *WA* 26 fit *om.* *WA*

tius crederent, quaestiones moverentur de edenda carne et non edenda, et horum pars, qui edendam et non inprobendam dicerent, melior videretur, quia omnia bona (munda) valde sunt, infirmos dicit qui edendam negarent, sive ex Iudaeis
 5 sive ex gentibus, et remitti illos in proposito cordis sui — nec enim obest non edere aut prodest erga deum edere —, ne quavis ratione adstricti, per quod tamen cum scrupulo ederent, delinquerent.

15, 1. Debemus autem nos firmiores infirmi-
 10 tates invalidorum portare. 1. recte ait: debemus, quia oportet doctores infirmos firmare et inperitos erudire cum mansuetudine, ne provocati, dum contendere volunt, ne humiles videantur, in peius proficiant.

Et non nobis ipsis placere. 2. hoc est: non
 15 [solum] quod nobis prosit et placeat vindicare, sed et quod fratri, quia invicem curam nostri agere debemus.

15, 2. Unusquisque proximo suo placeat in bonum ad aedificationem. nunc personam suam discrevit. hos enim commonet, ut caritati studentes proximis
 20 placeant

α ad aedificationem.

β ad id quod est utile. haec est aedificatio.

sicut alibi ait: ego, inquit, omnibus per omnia placeo.

15, 3. Nam et Christus non sibi placuit, sed
 25 sicut scriptum est: detractiones exprobrantium te ceciderunt super me. 1. {in psalmo sexagesimo octavo} salvatorem non sibi{metipsi} dicit placuisse, sed deo

23 I Cor. 10, 33

2 probandam Φ	6 quamuis <i>SK</i>	9 autem] enim <i>SIX</i>
14 ipsis <i>om.</i> Φ	15 placet Φ	17 suo <i>om.</i> Φ
autem <i>X</i>	26 te <i>om.</i> Φ	23 ait] dicit <i>K</i> ego

batum est. quoniam Romani in lege inducti erant, sicut in primordio epistolae memoravi, advenientibus autem qui rectius crederent quaestiones moverentur de edenda carne et non edenda, et horum pars, qui edendam et non improbandam dicerent, melior videretur, quia omnia munda valde sunt, infirmos dicit qui edendam negarent, sive ex Iudaeis sive ex gentibus, et remitti illos in proposito cordis sui — nec enim obest non edere aut prodest erga deum edere — , ne quavis ratione adstricti, per quod tamen cum scrupulo ederent, delinquerent. 3a. omne ergo quod ad conscientiam pertinet, si aliter fiat, quam fieri debere scitur, dicit esse peccatum. 5

15, 1. Debemus autem nos firmiores infirmitates invalidorum portare. 1. recte ait: debemus, quia oportet doctores infirmos firmare et inperitos erudire cum mansuetudine, ne provocati, dum contendere volunt, ne humiles videantur, in peius proficiant. 15

Et non nobis ipsis placere. 2. hoc est: non quod nobis prosit et placeat vindicare, sed quod et fratribus, quia invicem curam nostri agere debemus.

15, 2. Unusquisque proximo suo placeat in bonum ad aedificationem. nunc personam suam discrevit. hos enim conmonet, ut caritati studentes proximis placeant ad id, quod est utile. haec est aedificatio. [sicut alibi ait: ego, inquit, omnibus per omnia placeo.] 20

15, 3. Nam et Christus non sibi placuit, sed

24 I Cor. 10, 33

12sq. infirmitates] inbecillitates WA 13 invalidorum portare] infirmorum sustinere WA 14 confirmare WA 17 nobis ipsis] nobismetipsos A, nobis (om. ipsis) W 18 prosit et om. BY placeat] WA, -et cett. et quod FG²YCD fratri D quia] qui A 20 unusquisque uestrum codd. 21 bonam (-um W) aedificationem WA 22 hos] hoc WA 23sq. sicut—placeo D

patri, quia dicit: non enim descendi de caelo, ut
 faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius
 qui me misit patris. et quia cum haec diceret contra-
 dicentibus Iudaeis quasi peccator occiditur, psalmigrafus ex
 5 persona eius verba facit ad deum patrem dicens: detrac-
 tiones exprobrantium te ceciderunt super me.
 2. hoc est: ego cum voluntatem tuam faciam, dicunt me pec-
 care in te, qui non me recipiendo quem misisti exprobrant te,
 quia Iudaei, cum peccarent in deum, non recipiendo (recipien-
 10 tes) quem misit Christum, {insuper et} occiderunt {eum} quasi
 peccantem in deum, {et} sic peccata peccantium in deum
 ceciderunt super Christum,
 3. α dicentes mori hunc de- β innocens enim a peccatori-
 bere, quia peccat in deum. bus occiditur quasi blasphemus,
 15 sicut scriptum est in evan-
 gelio.

15, 4. Quaecumque enim scripta sunt, ad nos-
 tram confirmationem scripta sunt, ut per patientiam et exhortationem scripturarum spem habe-
 20 amus. manifestum est, quia quaecumque scripta sunt ad
 nostram doctrinam (disciplinam) scripta sunt, ut ex ipsa ex-
 hortatione proficiamus ad spem, non diffidentes de promissis,
 quod (si) adhuc tardant (tardent).

15, 5. Deus autem patientiae et consolationis
 25 det vobis unum invicem sapere secundum Chris-
 tum Iesum, 6. ut unianimes uno ore magnificetis
 deum et patrem domini nostri Iesu Christi. 1. quasi
 ad salutem missus apostolus bono voto plebem prosequitur
 optans, ut deus det eis unum sensum sapientiae secundum
 30 {Iesum} Christum, ut iuxta doctrinam Christi sapiant. tunc

1 Ioh. 6, 38 5 Ps. 68, 10 13sq. cf. Matth. 26, 65

1 quia] qui *K* 4 psalmigrafus *S¹K* 6 te *om. K* 7 ego]
 ergo *SK* 8 exprobrant *K* 14 peccavit *K* 23 tardent β *K* 26 un-
 animes *KIX* magnificetis] honorificetis Φ 30 sapiunt *S*

sicut scriptum est: detractiones exprobrantium te ceciderunt super me. 1. in psalmo sexagesimo octavo salvatorem non sibimetipsi dicit placuisse, sed deo patri, quia dicit: non enim descendi de caelo, ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me ⁵ patris. et quia cum haec diceret contradicentibus Iudaeis quasi peccator occiditur, psalmigrafus ex persona eius verba facit ad deum patrem dicens: detractiones exprobrantium te ceciderunt super me. 2. hoc est: 'ego' cum voluntatem tuam faciam, dicunt me peccare in te, qui me ¹⁰ non recipiendo quem misisti exprobrant te', quia Iudaei, cum peccarent in deum, non recipientes quem misit Christum, in-super et occiderunt eum quasi peccantem in deum, sic peccata peccantium in deum ceciderunt super Christum. 3. innocens enim a peccatoribus occiditur quasi blasphemus, sicut ¹⁵ scriptum est in evangelio.

15, 4. Quaecumque enim scripta sunt, ad nostram confirmationem scripta sunt, ut per patientiam et exhortationem scripturarum spem habeamus. manifestum est, quia quaecumque scripta sunt ad ²⁰ nostram disciplinam scripta sunt, ut [ex] ipsa exhortatione proficiamus ad spem, non diffidentes de promissis, si adhuc tardent.

15, 5. Deus autem patientiae et consolationis det vobis unum invicem sapere secundum Chris- ²⁵

4 Ioh. 6, 38 8 Ps. 68, 10 14sq. cf. Matth. 26, 65

1 detractiones exprobrantium] inproperia inproperantium WA
 2 in—octavo om. D 3 quia] quod A 9 ego DC 10 faciam dicunt] facerem dixerunt C
 11 exprobrauerunt C 13 sic] et quia A, et qui W
 17 scripta] prescripta A W² 18 confirmationem] consolationem WA
 20 prescripta A 21 disciplinam] doctrinam WA prescripta WA ex GD
 exhortatione] disciplina (exhortationis add. A) WA 24 consolationis] solatii WA
 25 unum] id ipsum WA invicem om. C invicem sapere] sapere in alterutrum WA 25sq. iesum christum FGD

enim poterunt dilectionem servare exemplo domini dicentis: maius hac dilectione nemo habet, quam ut animam suam ponat pro amicis et fratribus suis, et ita uno ore laudent (laudare) deum patrem domini nostri Iesu Christi.

- 5 2. α hi itaque uno ore laudent β si invicem iuxta sensum deum, qui secundum Christum sapiunt. Christi fuerint exhortati, ut sine cessatione laudent deum omnia quae fecit per Christum et post errorem lapsa per eundem iterum erigere et reformare dignatus est, duplex dans beneficium, et misericordiam et cognitionem.
- 10

15 15, 7. Propter quod adsumite alterutrum, sicut et Christus adsumpsit vos in honorem dei, sicut adsumpti sumus a Christo, dum infirmitates nostras accepit et aegritudines nostras portavit, et (ut) hoc exemplo et nos invicem nostras infirmitates per patientiam confirmemus, ut nomen honoris dei adsumptum in nos non evacuetur: filii
20 enim dicimur dei per gratiam Christi.

25 15, 8. Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis pro veritate dei, in hoc ut confirmaret promissiones patrum. {1a. originem commendat Iudaeorum. in circumcisione enim filios significat Abrahae, quibus missus Christus ministravit patribus gratiam re-
promissam. unde salvator: ego enim sum, inquit, in medio vestrum non ut ministrer, sed ut ministrem, ut veritas in promissione facta patribus probaretur.} 1. circum-
cisio {enim} carnis data est Abrahae in figura (figuram) cir-

2 Ioh. 15, 13 16sq. cf. Is. 53, 4; Matth. 8, 17 26 Luc. 22, 27

2 maiorem hac dilectionem K 3 ponat] qui K 22 pro veritate] propter veritatem K ut in hoc IX

tum Iesum, 6. ut unianimes uno ore magnificetis deum et patrem domini nostri Iesu Christi. 1. quasi ad salutem missus apostolus voto bono plebem prosequitur optans, ut deus det eis unum sensum sapientiae secundum Christum Iesum, ut iuxta doctrinam Christi sapiant. tunc enim poterunt [dilectionem servare exemplo domini dicentis: maius hac dilectione nemo habet, quam ut animam suam ponat pro amicis et fratribus suis, et ita uno ore,¹ una confessione deum patrem magnificare in Christo, 2. si invicem iuxta sensum Christi fuerint exhortati, ut sine cessatione laudent deum omnia quae fecit per Christum et post errorem lapsa per eundem iterum erigere et reformare dignatus est, duplex dans beneficium, et misericordiam et cognitionem.

15, 7. Propter quod adsumite alterutrum, sicut et Christus adsumpsit vos in honorem dei. sicut adsumpti sumus a Christo, dum infirmitates nostras accepit et aegrimonia portavit, ut hoc exemplo et nos invicem nostras infirmitates per patientiam confirmemus, ut nomen honoris dei adsumptum in nos non evacuetur; filii enim dicimur dei per gratiam Christi.

15, 8. Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis pro veritate dei, in hoc ut confir-

7 Ioh. 15, 13 17sq. cf. Is. 53, 4; Matth. 8, 17

1 unianimes] *MWAC*, unanimes *cell.* magnificetis] honorificetis *WAC* 3 bono voto *WAC* 4 optans] orans *A*, ortans *W* deus *om.* *FG¹MBOYWA* 6sq. dilectionem—ore *D* 10 invicem se *C*
 11 omnia quae] qui omnia *WA*, omnia qui *OC* 12 errore *FGMB* lapsos *A* 14 cognitionem] cogitationem *W*, operationem *A* 15 adsumite alterutrum] suscipite invicem *WA* 16 et *om.* *WA* adsumpsit] suscepit *FGWA* honore *WC* 17 adsumpti] suscepti *WA* a Christo *om.* *W* 18 aegrimonia nostra *C*, aegritudines nostras *D* ad hoc exemplum *FGMBO* et *alt. om.* *D²C* 22 enim] autem *W* 23 pro veritate] propter misericordiam *WA* 23sq. dei—confirmaret] dei ad stabilien- das *WA*

cumeisionis cordis, quam postea profeta futuram significavit
 dicens: circumcidite duritiam cordis vestri. {huius
 ergo} circumeisionis {promissae} minister Christus est, hoc
 est praedicator, dehinc apostoli. {ut circumeisis carne minis-
 5 trarent cordis circumeisionem.} sic enim ait: sicut me
 misit (misisti) in hunc mundum, ita et ego misi
 eos in hunc mundum. 2. circumeisio autem cordis est
 sublata erroris nebula agnoscere creatorem deum patrem et
 filium eius Christum, per quem creavit omnia, ut veritas dei
 10 impleretur. promiserat enim daturum se misericordiam, et
 promiserat patribus Iudaeorum. nam dixerat Abrahae: in
 semine tuo benedicentur omnes gentes, et ad David
 dixit: de fructu ventris tui ponam super sedem
 tuam, et: orietur stella ab (ex) Iacob.

15 **15, 9.** Gentes autem super misericordiam hono-
 rare deum. 1. quia enim in his nulla promissio erat {quasi
 indignis}, per solam misericordiam adsumpti sunt ad salutem,
 ut per confessionem honorent deum, quia increduli inhono-
 rant [deum].

2 Ier. 4, 4 5 Ioh. 17, 18 11 Gen. 22, 18 13 Ps. 131, 11
 14 Num. 24, 17

2 circumcidite—vestri *om.* Φ 6sq. ita—mundum *om.* SIX
 12 ad *om.* Φ 14 tuam] meam SK 15 misericordia IX

maret promissiones patrum. 1a. originem commendat Iudaeorum. in circumcissione enim filios significat Abrahae, quibus missus Christus ministravit [patribus] gratiam repromissam. unde salvator: ego enim sum, inquit, in medio vestrum non ut ministrer, sed ut ministrem, ut veritas in promissione facta patribus probaretur. 5
 1. circumcisio enim carnis data est Abrahae in figuram circumcissionis cordis, quam postea profeta futuram significavit dicens: circumcidite duritiam cordis vestri. huius ergo circumcissionis promissae minister Christus est, hoc est 10
 praedicator, dehinc apostoli. [ut circumcisis carne ministrarent cordis circumcissionem.] sic enim ait: sicut me misisti in hunc mundum, ita et ego misi eos in hunc mundum. 2. circumcisio autem cordis est, si amputetur velut putredo error accedens cordi, ut revelata veritate possit 15
 agnoscere creatorem deum patrem esse Christi Iesu, per quem creavit omnia, ut veritas dei inpleretur. promiserat enim se daturum misericordiam, et promiserat patribus Iudaeorum. nam dixerat Abrahae: in semine tuo benedicentur omnes gentes, et [ad] David dixit: de fructu ventris 20
 tui ponam super sedem tuam, et: orietur stella ex Iacob.

15, 9. Gentes autem super misericordiam honorare deum. 1. quia enim his nulla promissio erat quasi indignis, per solam misericordiam adsumpti sunt ad salutem, 25
 ut per confessionem honorent deum, quia increduli inhonorant.

4 Luc. 22, 27 9 Ier. 4, 4 12 Ioh. 17, 18 19 Gen. 22, 18
 20 Ps. 131, 11 21 Num. 24, 17

3 patribus *C* 7 figura *MDC* 11 sq. ut—circumcisionem *ODC*
 14 sq. si—possit] sublata erroris nebula *C* 15 post velut *add.* turpio *W*¹
 putrido *W* 16 patrem—Iesu] patrem et filium eius christum *C* 17 sq. daturum se *C* 20 ad *C* 21 tuam] meam *MC* ex] ab *C* 23 super] per *C*
 23 sq. honorare] sperare in *WA* 26 sq. non honorant *A*

Sicut scriptum est: propter hoc confitebor tibi in gentibus et nomini tuo canam. 2. exemplo profetico probat: scriptum est enim in psalmo centesimo (decimo) septimo [olim praedicatum] gentes admittendas ad gratiam dei ad percipiendam salutem. vox enim haec Christi est, quia (quae) futurum dixit, quod in gentibus praedicatio eius

α confiteretur deo, dans illi gloriam doni percepti. β fructum habitura esset confessionis sacramenti dei. ideo gratias ex hoc agit filius patri in obaudientia gentium.

unde in evangelio ait: confitebor tibi pater, domine caeli et terrae, quia abscondisti haec (ea) a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. [ita. pater,] quoniam bonum placitum ante te. confessio ergo ista unius dei est in trinitate. ex qua surgit laetitia, ut post veri confessionem laetus decantet misericordiam et donum dei.

15, 10. Et iterum dicit: laetamini gentes cum plebe eius. {hoc in cantico Deuteronomii.}

15, 11. Et iterum dicit: laudate omnes gentes dominum et magnificate eum omnes populi. {hoc in psalmo centesimo sexto decimo} olim decrevisse deum ostendit interveniente misericordia sua concordare facere Iudaeos et gentes, ut gratiam adepti gentiles socii fierent Iudaeorum, quia (qui) et ipsi olim dono dei plebs eius erat nominata. sed {iam} nobiles Iudaei. hi vero ignobiles per misericordiam nobilitati sunt, ut simul omnes laeti sint agnitione veritatis et laudantibus gentibus {deum} magnificent omnes populi, duodecim tribus, unum deum, quia auxit

1 Ps. 17, 15 12 Matth. 11, 25sq. 19 Dent. 32, 43 21 Ps. 116, 1

5 percipiendum S 8 deo] domino IX 12 confiteor NKI
14 parvulis S 26sq. erant nominati IX 28 sint] sunt S

Sicut scriptum est: propter hoc confitebor tibi in gentibus et nomini tuo canam. 2. exemplo profetico probat; scriptum est enim hoc in psalmo decimo septimo gentes admittendas ad gratiam dei ad percipiendam salutem. vox enim ista Christi est, quae futurum dixit, quod in gentibus praedicatio eius fructum habitura esset confessionis sacramenti dei. ideo gratias ex hoc agit filius patri in obaudientia gentium. unde in evangelio ait: confiteor tibi pater, domine caeli et terrae, quia abscondisti ea a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis, quoniam bonum placitum ante te. confessio ergo ista unius dei est in trinitate, ex qua surgit laetitia, ut post veri confessionem laetus decantet misericordiam et donum dei.

15, 10. Et iterum dicit: laetamini gentes cum plebe eius. hoc in cantico Deuteronomii.

15, 11. Et iterum dicit: laudate omnes gentes dominum et magnificate eum omnes populi. istud in psalmo centesimo sexto olim decrevisse deus ostenditur interveniente misericordia sua concordem facere Iudaeos et gentes, ut gratiam adepti gentiles socii fierent Iudaeorum,

1 Ps. 17, 50 8 Matth. 11, 25sq. 15 Deut. 32, 43 17 Ps. 116, 1

1 propterea *WA* 2 canam] eantabo *DWA* 3 enim est *A*
 3sq. septimo decimo *D* 4 ad gratiam] gratia *C* 5 ista] haec *C*
 quae] qua *WAC* 5sq. in gentibus quod *W* 7sq. patri in *om.* *C*
 8 oboedientiam *FGIOYDA* 9 quia] qui *OW* 10 ea] haec *C*
 11 bonum placitum] ita placuit *WA*, sic fuit placitum *D* 16 populo *A*
 hoc dicit cantium deuteronomii *A*, hoc deuteronomio scriptum est *W*
 17 dicit *om.* *WA* 18 dominum] deum *YW* eum—populi] dominum
 (eum *W*) omnes gentes *WA* istud] hoc *C*

numerum plebis suae adiunctis gentibus. denique cum disceptarent Iudaei contra apostolum Petrum causa Cornelii, reddita sibi ratione quieverunt magnificantes deum et dicentes: forsitan deus et gentibus paenitentiam tribuit ad consequendam vitam.

15, 12. Et Esaias dicit: erit radix Iesse, et qui surget regere gentes, in eo gentes sperabunt. 1. ut maiorem fiduciam gentibus faciat et spem non dubiam, multis testimoniis firmat decretum dei hoc fuisse, ut omnes gentes benedicerentur in Christo, ne insolentia incredulorum (infidentium) Iudaeorum contristaret et dubios redderet animos gentium credentium (credentium animos gentium), quasi frustra sibi spem promittant, quod a deo Abrahae accepto feratur fides illorum, ut ipsa laetitia et securitate crescerent. 2. quare tamen Christus ex radice Iesse et non ex radice Booz, viri iusti, aut ex radice Obeth? sed quia David filius dicitur propter regnum, ut sicut ex deo natus in regem est, ita {et} ex David rege ortum haberet iuxta carnem, ideo radix Iesse arbor David, quae fructum fecit per ramum, quae (qui) est Maria virgo, quae genuit Christum.

15, 13. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe et virtute spiritus sancti. **14.** certus sum autem, fratres, et ego ipse de vobis, quia et ipsi pleni estis bonitatis, repleti omni scientia, ita ut possitis

4 Act. 11, 18 6 Is. 11, 10

3 quieverant *SIX* 6 et Esaias] esaias (is- *NSI*) autem Φ 7 ex-
 surget Φ eum *KX* 8 gentibus non *SIX* 16 boozh *K* 17 regem]
 rege *K* 24 et *pr. om.* Φ 25 bonitatis] dilectione Φ

qui et ipsi olim dono dei plebs eius erat nominata. sed iam nobiles Iudaci, hi vero ignobiles per misericordiam nobilitati sunt, ut simul omnes laeti sint agnitione veritatis et laudantibus gentibus deum magnificent omnes populi, duodecim tribus, unum deum, quia auxit numerum plebis suae adiunctis 5 gentibus. denique cum disceptarent Iudaei contra apostolum Petrum causa Cornelii, reddita sibi ratione quieverunt magnificentes deum et dicentes: forsitan deus et gentibus paenitentiam tribuit ad consequendam vitam.

15, 12. Et Esaias dicit: erit radix Iesse, et qui 10 surget regere gentes, in eo gentes sperabunt. 1. ut maiorem fiduciam gentibus faciat et spem non dubiam, multis testimoniis firmat decretum dei hoc fuisse, ut omnes gentes benedicerentur in Christo, ne insolentia diffidentium Iudaeorum contristaret et dubios redderet [credentium] animos gen- 15 tium, quasi frustra sibi spem promittant, quod a deo Abrahae accepto feratur fides eorum, ut ipsa laetitia et securitate crescerent. 2. quare tamen Christus ex radice Iesse et non ex radice Booz, viri iusti, aut ex radice Obeth? sed quia David filius dicitur propter regnum, ut sicut ex deo natus 20 in regem est, ita et ex David rege ortum haberet iuxta carnem, ideo radix Iesse arbor David, quae fructum fecit per ramum, qui est Maria [virgo], quae genuit Christum.

15, 13. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo, ut abundetis in spe et 25

8 Act. 11, 18 10 Is. 11, 10

1 erant nominati *A* 5 quia] qui *C* 6 cum] unde *A* 7 cor-
neli *W* adquieverunt *A* 8 dominum *YC* et *alt. om. WA* 8sq. paeni-
tentiam gentibus *WA* 11 surget] -it *MC*, exsurget (-it *W*) *BODWA*
14 christum *C* diffidentium] infidentium *AC*, infidelium *Y*, diffidentia *FG*
MB 14sq. post Iudaeorum *add. malitia WA* 15 credentium *DC*
16 promitteret *WA*, -rent *W²A²* 18 Christum *om. FGMBO* 19 obed *D*,
obeb *B* 21 et *om. YWA* 23 virgo *DC* 24sq. deus—sancti *om. FG¹*
MBOYC

vos invicem monere. haec exhortationes sunt; per laudem enim provocat eos ad meliorem {et} intellectum et vitam, qui enim videt se laudari

α dat operam, β data opera elaborat,

- 5 ut vera sint quae dicuntur. ideo non dixit, ut invicem se doceant, sed admoneant. hoc enim solet moneri, quod cum scitur (sciatur), aliquando subterfugit animum (animo). cetera non sunt obscura, ut indigeant explanatione.

15, 15. Audacius autem scripsi vobis, fratres,
10 ex parte, tamquam in memoriam vos reduceens propter gratiam, quae data est mihi a deo. **16.** ut sim minister Christi Iesu in gentibus, sanctificans evangelium dei, ut fiat oblatio gentium accepta, sanctificata in spiritu sancto. non {enim}
15 temere se scripsisse significat; auctoritatem enim sibi datam per dei gratiam dicit, ut omnibus gentibus audeat scribere, admonens et confirmans propositum eorum in Christo, ut sollicitudinem suam ostendat in ministerio evangelii {quasi} magister gentium, et sacrificium eorum possit accepto ferri
20 sanctificationis causa in sancto spiritu. quidquid enim fide integra et mente sobria offertur, in (a) sancto spiritu purificatur.

15, 17. Habeo igitur gloriam in Christo ad deum. **18.** non enim audeo aliquid loqui eorum,
25 quae per me non efficit Christus in obaudientiam gentium verbo et factis, **19.** potestate signorum et prodigiorum in virtute spiritus sancti. 1. gloriam habere se dicit apud deum per Christum Iesum. credens enim

1 vos invicem] alterutrum *SIX*, alter alterutrum *K* haec] haec *SIX*
3 uidit *SK* se *om. S* 6 sed admoneant *om. Φ* 8 explanationem *SK*
12 Iesu *om. Φ* 14 ac sanctificata *IX* 19 ferri] offeri *IX* 23 christo
iesu Φ 25 efficit *S* obaudientia *IX* 26 et *om. Φ* et potestate Φ

virtute spiritus sancti. **14.** certus sum autem, fratres, et ego ipse de vobis, quia et ipsi pleni estis bonitatis, repleti omni scientia, ita ut possitis vos invicem monere. haec exhortationis sunt; per laudem enim provocat eos ad meliorem et intellectum et vitam; qui enim videt laudari se data opera elaborat, ut vera sint quae dicuntur. ideo non dixit, ut invicem se doceant, sed admoneant. hoc enim solet moneri, quod cum sciatur, aliquando subterfugit animo, aut neglegenter habetur. cetera non sunt obscura, ut indigeant explanatione. 10

15, 15. Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tamquam in memoriam vos reducens propter gratiam, quae data est mihi a deo, **16.** ut sim minister Christi Iesu in gentibus, sanctificans evangelium dei, ut fiat oblatio gentium accepta, sanctificata in spiritu sancto. non enim temere se scripsisse significat; auctoritatem enim sibi datam per dei gratiam dicit, ut omnibus gentibus audeat scribere, admonens et confirmans propositum eorum in Christo, ut sollicitudinem suam ostendat in ministerio evangelii quasi magister gentium, et sacrificium eorum possit accepto ferri sanctificationis causa in sancto spiritu. quidquid enim fide integra et mente sobria offertur, a sancto spiritu purificatur. 20

15, 17. Habeo igitur gloriam in Christo ad deum, **18.** non enim audeo aliquid loqui eorum, quae per me non efficit Christus in obaudientiam gentium verbo et factis, **19.** potestate signorum et prodigiorum in virtute spiritus sancti. 1. gloriam 25

3 bonitatis] *C*, -tate *FGMBOD*, dilectione (et bonitate *add. WA*)
YWA ita *om. WA* 3sq. vos invicem] et alios *WA* 6 se laudari *C*
laborat *G²W* 9 aut—habetur *om. C* 10 explanationem *MC* 11 auda-
cius—16 sancto *om. FG¹MBOWC* 21 et] ut *WA* 22 spiritu sancto *YWA*
23 spiritu sancto *YW* 24 christo iesu *DWA* 27 per (*om. W*) potesta-
tem *WA* 28 sancti] dei *WA*

et serviens Christo Iesu in conscientia pura meritum sibi fecit ad (apud) deum patrem, in tantum ut nihil deesse dieat, quod non per illum operatus sit Christus ad exhortationem gentium, dando signa et prodigia per manus eius, ut praedicationem eius virtus commendaret. {1a. hinc est unde gloriam se ostendit habere in Christo ad deum; serviens enim Christo gloriam habet ad deum, in tantum ut de non habeat aliquid divinae virtutis, quod sibi praestitum non sit a deo, sed omnia se, quia idoneus inventus est dispensator, consecutum, quae ad conversionem gentium per signorum virtutem proficerent, profitetur.} 2. quod eo proficit, ut nihil se minus potuisse probet quam ceteros apostolos (ceteri apostoli), qui fuerunt cum domino nec aliquid minus inter gentes virtutum operatum esse deum, ut per hoc ipsum crescant videntes hanc se gratiam consecutos (adsecutos), quam adsecuti erant Iudaei, qui sibi praerogativam vindicant patrum.

Ita ut ab Hierusalem in circuitu usque in Illyricum repleverim evangelium dei et filii eius Iesu Christi. 20. sic autem hoc praedicavi evangelium, non ubi nominatus est Christus, ne supra alienum fundamentum aedificem. 1. non sine causa illic praedicare se (se praedicare) {eniti} dicit, ubi non nominatus est Christus [hoc est adnuntiatus]. sciens enim pseudoapostolos [multos] aliter quam oportebat Christum tradere — ad hoc enim circuibant, ut

α perverse docerent,

β sub nomine Christi alii dogmati populum manciparent,

quod postea corrigere maximi erat laboris — idcirco praevenire voluit, ut

30 α recta ordinatione funda-

β inviolatae praedicationis

12 probat S 14 hoc om. Φ crescant] credant Φ 15 adsecuti] et consecuti IX
 17 in alt.] ad Φ 18 dei— Iesu om. Φ 20 nominatus] nuntiatus Φ super Φ 21 aedificarem Φ 29 ut om. Φ

habere se dicit apud deum per Christum Iesum. credens enim et serviens Christo Iesu in conscientia pura meritum sibi fecit apud deum patrem, in tantum ut nihil deesse dicat, quod non per illum operatus sit Christus ad exhortationem gentium, dando signa et prodigia per manus eius, ut praedicationem eius virtus commendaret. 1 a. hinc est unde gloriam se habere in Christo ad deum ostendit; serviens enim Christo gloriam habet apud deum, in tantum ut de non habeat aliquid divinae virtutis, quod [sibi] praestitum non sit a deo, sed omnia se, quia idoneus inventus est dispensator, consecutum, quae ad conversionem gentium per signorum virtutem proficerent, confitetur. 2. quod eo proficit, ut nihil se minus potuisse probet quam ceteros apostolos, qui fuerunt cum domino, nec aliquid minus inter gentes virtutum operatum esse deum, ut per hoc ipsum crescant videntes hanc se gratiam adsecutos, quam adsecuti fuerant Iudaei, qui sibi praerogativam vindicant patrum.

Ita ut ab Hierusalem in circuitu usque in Illyricum repleverim evangelium dei et filii eius Iesu Christi. 20. sic autem hoc praedicavi evangelium, non ubi nominatus est Christus, ne supra alienum fundamentum aedificem. 1. non sine causa illic se praedicare eniti dicit, ubi non nominatus est Christus. sciens enim pseudoapostolos aliter quam oportebat Christum tradere — ad hoc enim circuibant, ut sub nomine Christi alii dogmati populum manciperent, quod postea corrigere ma-

1 apud] ad *C* 6 unde] quod *W* se habere gloriam *WA* 8 ad deum *C* ut de non habeat] ut non debeat *A*, inde non habeat *FGMB*, ut indigere non habeat *D* 9 sibi *DC* 10 quia] *DC*, qui *cott.* inuentus idoneus *WA* quae] quia *A* 11 conversationem *GMDWA* 12 profite- tur *WAC* 13 ceteri apostoli *C* fuerant *C* 16 fuerant] erant *AC*, sunt *W* 18 in (per *DA*) circuitum *DAC* 19sq. dei—Iesu *om.* *WA* 20 praedicaui hoc *FG* 21 super *WA* 22 aedificarem *ODWAC* 23 se *om.* *FGMBO* eniti] niti *C*, enitur *FG* post Christus: hoc est adnuntia- tus *add.* *D* 25 circumbant *D* 25sq. aliis dogmatibus *D*

mentum poneret nominis verba traderet audientibus, 2. Christi. 2. tardius enim suade- et integra linea superficies or- tur aliquid ei, qui aliter imbu- dinata incolumis fundamenti etur. robur haberet.

5 {et quia magister datus est gentibus, oportebat eum sollicitate hoc curare, ut illic doceret, ubi Christus non fuerat nuntiatus, ut et auctoritatem suam firmaret et laborum suorum plenum fructum haberet ex his, quos plantaverat. hinc est unde omnia loca ecclesia occupavit. hereses enim postea subtilitate
10 malignitatis sub nomine Christi legis et fidei sensum corrumpere nitebantur.} 3. quod testimonio legis munit dicens:

15 **15, 21.** Sicut scriptum est: videbunt quibus non est nuntiatum de illo, et qui non audierunt intellegent. {in Esaia habetur.} ut ergo hic intellectus
15 verus {atque inviolabilis} esset de vero dei filio, se festinasse semper dicit imbuere gentes evangelicam veritatem (evangelica veritate).

15, 22. Propter quod inpediebar plurimum venire ad vos. **23.** nunc vero ulterius locum non ha-
20 bens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam praecedentibus annis. **24.** sed cum in Hispania proficisci coepero, videbo vos, et a vobis praemitti illuc, si vobis primum ex parte fruitus fuero. 1. quod in capite epistolae memorat dicens: quia saepe proposui, inquit,
25 inquit, proposui) venire ad vos et prohibitus sum usque adhuc, nunc absolvit ostendens, qua causa inpeditus sit, ut volens venire aliud ageret, quod iminebat, ut excluderet pseudoapostolorum prava commenta. denique postquam omnibus in circuitu praedicavit, iam vacare sibi dicit
30

12 Is. 52, 15 25 Rom. 1, 13

1 ponere IX 3sq. inbuitur IX 11 munit] monet Φ
12sq. videbunt — illo] quia quibus nuntiatum est de eo videbunt Φ 20 au-
tem om. Φ 22 sed om. S I X hispaniam I X 23 praemitti] permitti K

ximi erat laboris — idcirco praevenire voluit, ut inviolatae praedicationis verba traderet audientibus, 2. et integra linea superficies ordinata incolome fundamenti robur haberet. et quia magister datus est gentibus, oportebat eum sollicite hoc curare, ut illic doceret, ubi Christus non fuerat adnuntiatus, 5 ut et auctoritatem suam firmaret et laborum suorum plenum fructum haberet ex his, quae plantaverat. hinc est unde omnia loca ecclesia occupavit. hereses autem postea subtilitate malignitatis sub nomine Christi legis et fidei sensum corrumpere nitebantur. 3. quod testimonio legis munit dicens: 10

15, 21. Sicut scriptum est: videbunt quibus non est nuntiatum de illo, et qui non audierunt intellegent. in Esaia habetur. ut ergo hic intellectus verus et inviolabilis esset de vero dei filio, se festinasse semper dicit inbuere gentes evangelica veritate. 15

15, 22. Propter quod inpediebar plurimum venire ad vos. **23.** nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam praecedentibus annis. **24.** sed cum in Hispania proficisci 20 coepero, videbo vos, et a vobis praemitti illuc, si vobis primum ex parte fructus fuero. 1. quod in

11 Is. 52, 15

2sq. integra—incolome] ut integrum atque incolome (incolumem *W*) ab aliena superficie (-iem *W*) *YWA* **3** incolome (-mi *C*) *FGC* fundamenti] fundamentum persisteret et quia *WA* robor *FG* **4** hoc sollicite *FG* sollicitus *A*¹ **5** nuntiatus *C* **6sq.** auctoritatem—ex] scit auctoritatem suam firmare et laborem suum plenum habere ex *FGMB* **7** quae] quos *D* **8** ecclesiae *ODW* **9** malignantis *C* **11** sed sicut *WA* **11sq.** videbunt—illo] quia quibus non est nuntiatum de eo (illo *OD*) uidebunt *ODWA* **12** et *om.* *C* **14** et] atque *YDC* **15** euangelicam ueritatem *A* **16** propter—**22** fuero *D*, *om.* *cett.* **17** post vos: et prohibitus sum usque adhuc *add.* *D* **20** hispaniam *D*

venire ad urbem (Romam), quod olim optaverat. 2. Romanos {igitur}, quia in legem (lege) fuerant inducti (inducti fuerant), interim per epistolam

α admonet; ad illos autem, β corrigit; illos autem, qui
 5 qui adhuc non acceperant non audierant adhuc prae-
 praedicationem, dicationem,

utilius esse praesentia sui doceri, ut fundati {recta fide} dif-
 ficile aliquid aliud (aliud aliquid) reciperent. venturum tamen
 se dicit (promisit) tempore, quo ad Hispanias iturus erat (erat
 10 iturus), quia illic

α non erat nominatus Chris- β Christus non erat praedi-
 tus, ut praecuperet mentes catus, ut occuparet mentes
 illorum. illorum.

et quia pseudoapostolis difficile fuit iter ad illos, ideo tardius
 15 si iret, non erat molestum.

15, 25. Nunc vero proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis. 26. probaverunt enim Macedones et Achaii conlationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt Hierosolyma.

20 α prius tamen ministrare se β prius tamen iturum se dicit
 iturum sanctis Hierosolimam ministrare sanctis Hierusa-
 dicit. per quam rem Roma- lem. per quam rem Romanos
 nos scire vult, quia bonis scire vult, quia huiusmodi
 operibus danda opera est, operibus studendum est; qui
 25 quia qui per misericordiam enim per misericordiam vi-
 vivunt et iustificati sunt apud vunt et iustificati sunt apud
 deum, his servire debent me- deum, huic inservire debent.
 mores beneficii dei.

2 fuerunt *S* 7 doceri *om.* Φ 16 in *om.* *SIX* 17sq. Ma-
 cedones et Achaii] machedonia et achaia Φ 18 facere *om.* *SIX*

capite epistolae memorat dicens: quia saepe, inquit, proposui venire ad vos et prohibitus sum usque adhuc, nunc absolvit ostendens, qua causa inpeditus sit, ut volens venire aliud ageret, quod imminabat, ut excluderet pseudoapostolorum prava commenta. denique postquam omnibus in circuitu praedicavit, tum vacare sibi dicit venire Romam, quod olim optaverat. 2. Romanos igitur, quia in lege inducti fuerant, interim per epistolam corrigit; illos autem, qui adhuc non audierant praedicationem, utilius esse praesentia sui doceri, ut fundati recta fide difficile aliud aliquid reciprent. venturum tamen se promisit tempore, quo ad Hispanias erat iturus, quia illic Christus non erat praedicatus, ut occuparet mentes eorum. et quia pseudoapostolis difficile iter fuit ad illos, ideo tardius si iret, non erat molestum.

15, 25. Nunc vero proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis. **26.** probaverunt enim Macedones et Achai conlationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt Hierosolyma. prius tamen iturum se ministrare dicit sanctis Hierusalem. per quam rem Romanos vult scire, quia huiusmodi operibus studendum est; qui enim per misericordiam vivunt et iustificati sunt apud deum, pios debent se exhibere fratribus.

1sq. Rom. 1, 13

2sq. adhuc quod *FGMOYDWAC*, adhuc hoc *B* **3** inpeditus sit] inpeditur sed *A* **4sq.** pseudoapostolorum *W* **6** deuenire *WA*
7 optauerat olim *W* legem *DWAC* **10** doceret *A* **11** ispanias *FGY*, spanias *WA*¹ **13** eorum] illorum *C* pseudoapostolis *W*
fuit itor *C* **15sq.** nunc—Hierosolyma *G²D*, *om. cett.* **18** hierusalem *D* **19** dicit ministraro *WA* **20** scire vult *WAC* **22** pios] huie inseruire *C* se debont *WA* se exhibere fratribus] memores beneficii dei *C*

15, 27. Debitores enim sunt eorum, quoniam si spiritalium eorum participes facti (factae) sunt gentes, debent et in carnalibus ministrare eis. {1a. quippe cum debitores eos dicat Iudaeorum credentium, ut sicut in spiritalibus participes eorum facti sunt, ita et hi communicent corporalibus necessitatibus illorum, ut gaudentes ex Iudaeis credentes conlaudent providentiam dei in salute ipsorum per ministerium eorum. hi enim totos se divinis dedentes obsequiis nihil mundanum curantes exemplum bonae conversationis praebebant credentibus.} 1. in tantum {denique} nos humanos et misericordes vult esse {apostolus}, ut et debitores nos dicat

α huius operis,

β circa elemosinam largiendam et bonis operibus exercendum cum alacritate cordis,

15

quia qui misericordiam a deo sperat, debet esse misericors, ut probet se recte hanc sperare. quia si homo miseretur, quanto magis deus! retributio enim haec est vel merces, ut qui accipiunt misericordiam, misericordiam faciant. unde dominus: beati, inquit, misericordes, ipsis enim miserebitur deus.

15, 28. Hoc igitur cum consummavero et adsignavero fructum hunc, proficiscar per vos in Hispaniam. **29.** scio enim, quoniam veniens ad vos in abundantiam (abundantia) benedictionis Christi veniam. certus de dispositione et gratia dei promittit se in abundantia benedictionis venturum

α Christi quem praedicat. β quem praedicat Christi.

30 benedictio autem haec {signorum} virtus est, per quam confirmati sunt.

21 Matth. 5, 7

3 gentes] gentiles Φ 20 faciunt S 24 eis fructum Φ

15, 27. Debitores enim sunt eorum, quoniam si spiritalium eorum participes factae sunt gentes, debent et in carnalibus ministrare eis. 1a. quippe cum debitores eos dicit Iudaeorum fidelium, ut sicut in spiritalibus participes eorum facti sunt, ita et hi communicent 5 corporalibus necessitatibus eorum, ut gaudentes ex Iudaeis credentes conlaudent providentiam dei in salutem ipsorum per ministerium eorum. hi enim totos se divinis dantes obsequiis nihil mundanum curantes exemplum bonae conversationis praebebant credentibus. 1. in tantum denique nos 10 humanos et misericordes vult esse apostolus, ut et debitores nos dicat circa elemosinam largiendam et bonis operibus exercendum cum alacritate cordis, quia qui misericordiam a deo sperat, debet esse misericors, ut probet se recte hanc sperare. quia si homo miseretur, quanto magis deus! retributio enim 15 haec est vel merces, ut qui accipiunt misericordiam, misericordiam faciant. unde dominus: beati, inquit, misericordes, ipsis enim miserebitur deus.

15, 28. Hoc igitur cum consummavero et adsignavero fructum hunc, proficiscar per vos in 20 Hispaniam. **29.** scio enim, quoniam veniens ad vos in abundantia benedictionis Christi veniam. certus igitur de dispositione et gratia dei promittit se in abundantia

17 Matth. 5, 7

1sq. debitores—eis *G², om. cett.* **4** fidelium] credentium *C*
4sq. fidelium—eorum *om. WA* **5** eorum] illorum *C* **10** post credentibus *add. D*: placuit enim eis debitores sunt eorum nam si spiritalium eorum participes facti sunt gentiles debent et in carnalibus ministrare eis
19 hoc—**22** veniam *G²D, om. cett.* **21** enim] autem *D*

15, 30. Obsecro igitur vos, fratres, per dominum nostrum Iesum Christum et per caritatem spiritus sancti, ut sollicitudinem impertiamini mihi in orationibus pro me ad dominum, 31. ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudaea. {dehinc} orat, ut adiuvetur in orationibus, ut (et) evaderet manus Iudaeorum infidelium, non quia ipse minus mereatur, sed ordinem sequitur, ut ab ecclesia fiat oratio pro rectore suo. multi enim minimi dum congregantur {unianimes}, fiunt 10 magni; et multorum preces impossibile est ut non impetrent. si ergo et ipsi cupidi sunt videndi apostolum, inpensius orent, ut inde liberatum possint suscipere illum in gaudio caritatis.

15, 32. Ut et munerum meorum oblatio accepta fiat in Hierosolima sanctis, ut veniam ad vos cum gaudio per voluntatem Christi Iesu et refrigerer vobiscum. 1. etiam hoc orandum dicit, ut ministratio munerum eius accepta fiat sanctis in Hierusalem, ut omnia cum dei voluntate facere se ostendat, et quia devotus est animus eius ad ferenda munera, etiam illorum animo (animum) 20 dei iudicio responderi (respondere) sibi vult, ut intellecta caritate illius erga se simul cum illo unianimes deo gratias agant. magnus enim profectus est {ei},
 2. α si plurimi fratres concordantes sint, maxime cum dicat dominus: si convenerit duobus ex vobis, fiet illis de omni re, quam postulaverint a patre meo. β cuius ministerio laeti effecti deum laudibus prosequantur.

25 Matth. 18, 19

3 sancti om. Φ
 19 deferenda K

4 dominum] deum Φ

6 iuuetur K

benedictionis venturum quem praedicat Christi. benedictio autem ista signorum virtus est, per quam confirmati sunt.

15, 30. Obsecro igitur vos, fratres, per dominum nostrum Iesum Christum et per caritatem spiritus sancti, ut sollicitudinem in pertiamini mihi in orationibus pro me ad dominum, **31.** ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudaea. dehinc orat, ut adiuvetur in orationibus et evadat manus Iudaeorum infidelium, non quia ipse minus mereatur, sed ordinem sequitur, ut ab ecclesia pro rectore suo fiat oratio. multi enim minimi dum congregantur unianimes, fiunt magni; et multorum preces impossibile est contemni. si itaque et ipsi cupidi sunt videndi apostolum, impensius orent, ut inde liberatum possint suscipere illum in gaudio caritatis.

15, 32. Ut et munerum meorum oblatio accepta fiat in Hierosolima sanctis, ut veniam ad vos cum gaudio per voluntatem Christi Iesu et refrigerer vobiscum. 1. etiam hoc orandum dicit, ut ministratio munerum eius accepta fiat sanctis in Hierusalem, ut omnia cum dei voluntate agere se ostendat, quia enim devotus est eius ad ferenda munera, etiam illorum animum dei iudicio respondere sibi vult, ut intellecta caritate illius erga se deo per illum unianimes gratias agant. magnus enim profectus est ei, cuius ministerio multi laeti effecti deum laudibus prosequuntur.

2 ista] haec *C* 3 obsecro—7 Iudaea *G²D*, *om. cett.* 10 fiat oratio pro rectore suo *C* 11 unianimes] *WAC*, unanimes *cett.* 12 contemni] ut non impetrent *DC* si itaque] itaque si *D*, si ergo *C* 13 inde] de *FGMBOWA* deliberatum *Y* 15 ut—18 vobiscum *G²D*, *om. cett.* 20 uoluntate dei *C* se] eos *C* se agero *WA* quia] qui *FG¹MY¹* 21 eius] eis *FGBW* ferenda] perferenda *C*, offerenda *WA* 22sq. per illum unanimes deo *C* 23 unianimes] *WA*, unanimes *cett.* 24 multi] plurimi *C*

15, 33. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. [amen.] deus pacis Christus est, qui ait: pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. quem optat esse cum his, sciens dixisse dominum: {et} ecce ego
 5 vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. tales ergo istos cupit esse, ut sit cum illis dominus Iesus Christus, qui amputata omni discordia erroris humani dedit ac ostendit quid sit verum, ut in ipsa veritate maneant pacifici.

10 16, 1. Commendo autem vobis Foeben, sororem nostram, quae est ministra ecclesiae apud Cenchris, 2. ut eam suscipiatis in domino digne sanctis et adsistatis illi in quibuscumque desideraverit vestri. etenim ipsa quoque adstitit multis et mihi.
 15 Foeben venientem commendat sororem communem, id est de lege. quam ut merito commendet, ait hanc ministram esse ecclesiae Cenchris. et quia multis adiutorio fuit, etiam ipsam dicit adiuvandam peregrinationis causa. ut autem sine intermissione excipiendam illam et adsistendum illi in necessitate,
 20 si provenisset, suaderet, etiam sibi illam adfuisse testatur, ut quanto sublimior persona eius ceteris sit, tanto magis huic reddendo (reddi huic) debitum obsequium per caritatem ostenderet.

16, 3. Salutate Aquilam et Priscillam, socios
 25 laboris mei in Christo Iesu, 4. qui pro anima mea suas cervices subposuerunt, quibus non solum ego gratias ago, sed et cunctae ecclesiae gentium, 5. et domesticam eorum ecclesiam. 1. hi ex Iudaeis fuerunt, qui credentes facti sunt socii laboris apostoli, quia

2 Ioh. 14, 27 4 Matth. 28, 20

10 pheben Φ 11sq. cenchres S, cenchris KIX 14 adstitit] -stetit S, assistit X mihi ipsi Φ 15 pheben Φ 19 adsistendam SIX
 24sq. Aquilam—mei] priscillam et aquilam adiutores meos Φ 27 cuncta ecclesia SK

15, 33. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. deus pacis Christus est, qui ait: pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. quem optat esse cum his, sciens dixisse dominum: et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem 5 saeculi. tales ergo istos cupit esse, ut sit cum illis dominus Iesus Christus, qui amputata omni discordia erroris humani ostendit ac dedit quid verum sit, ut in ipsa veritate maneant pacifici.

16, 1. Conmendo autem vobis Foeben, sororem 10 nostram, quae est ministra ecclesiae apud Cencris, 2. ut eam suscipiatis in domino digne sanctis et adsistatis illi in quibuscumque desideraverit vestri. etenim ipsa quoque adstitit multis et mihi. Foeben venientem commendat sororem communem, id est de 15 lege. quam ut merito commendet, ait hanc ministram esse [ecclesiae] Cencris. et quia multis adiutorio fuit, digne istam dicit adiuvandam peregrinationis causa. ut autem sine intermissione excipiendam illam et adsistendum illi in necessitate, si provenisset, suaderet, etiam sibi illam adfuisse testatur, ut 20 quanto sublimior persona eius ceteris est, tanto magis reddi huic debitum obsequium per caritatem ostenderet.

16, 3. Salutate Aquilam et Priscillam, socios laboris mei in Christo Iesu, 4. qui pro anima mea suas cervices subposuerunt, quibus non solum ego 25

2 Ioh. 14, 27 4 Matth. 28, 20

7 christus iesus *AC* 8 sit uerum *C* 9 pacifice *A* 10 con-
mendo—14 mihi *om.* *FG¹MBYC* foeben *WA* 11 uestram *A* mini-
stra—apud] in ministerio ecclesiae quae est *WA* Cencris] *WA*, cenchriss *cell.*
12sq. ut—mihi *om.* *WA* 16sq. ecclesiae esse *D* 17 ecclesiae *C*
Cencris] *OWA*, cenchriss *cell.* quia] qui *FG¹MO*, quae *BW* fuerit *WA*
istam] ipsam *YD* 19 suscipiendam *W* 21 praeceteris *W* 23sq. so-
cios—mei] adiutores meos *WA* 24 qui—p. 477, 2 ecclesiam *G²D*, *om.* *cell.*

recte crediderant, ut etiam ipsi exhortarentur ceteros ad fidem
 rectam. denique Apollo, quamvis fuerit exercitatus in scrip-
 turis, ab his tamen viam domini diligentius instructus est.
 ideo socios laboris {sui} istos dicit (dicit eos), sed in Christo
 5 Iesu. cooperarii enim eius fuerunt in evangelio dei. Aquila
 vir Priscillae est, quos non otiose Roman venisse manifestum
 est {;propensiores enim erant in dei devotione}. nam ad con-
 firmationem Romanorum hi omnes, quos salutat, hic {Romae}
 fuisse intelleguntur. 2. unde dicit non solum se, sed et omnes
 10 gentium ecclesias gratias his referre, tangens et Romanos, ut
 his oboediant (obaudiant), quos ad profectum gentium audiunt
 laborare ad exhortandam fidem [veritatis] {in Christo}.

α in tantum hos

β quos in tantum

laudat, ut pericula pro se (eo) pati non abnuerint. inimicitias
 15 enim et Iudaeorum et falsorum fratrum subire non aspernati
 sunt, dummodo apostolum obsequiis et caritate iuarent.
 3. falsi fratres hi erant, qui credentes in Christum legem tamen
 sectandam (servandam) dicebant {,non sufficere ad plenum
 salutis effectum Christum putantes}. quod apostolus destrue-
 20 bat. quare et persecutiones ab his perpetiebatur. horum etiam
 domesticos et vernaculos salutat, quos ecclesiam appellat,
 quia sanctorum virorum erant discipuli circa fidem.

Salutate Efenitum dilectum meum, qui est
 primitiae Asiae in Christo. 4. huius Efeniti etiam prae-
 25 sentem dignitatem non tacet, ut ostendat et dignitose credere

2sq. cf. Act. 18, 24sqq.

3 his] istis K 6 est] esse S, om. IX 7 est om. S ad om. Φ
 8 hic] his SK, ex his IX 11 oboediant] obedientiam Φ ad om. SIX
 18 sectandam] sperandam SK 20 perpetiebatur IX 23 ephene-
 tum KI²X meum] mihi Φ 24 primitiae]primitius Φ Efeniti]
 ephenen SI¹, ephenen KI²X

gratias ago, sed et cunctae ecclesiae gentium, 5. et domesticam eorum ecclesiam. 1. hi ex Iudaeis fuerunt, qui credentes facti sunt socii laboris apostoli, quia recte crediderant, ut etiam [ipsi] exhortarentur ceteros ad huiusmodi fidem. denique Apollo quamvis fuerit exercitatus in scripturis, 5 ab istis tamen viam domini diligentius instructus est. ideo socios laboris sui dicit eos, sed in Christo Iesu. cooperarii enim eius fuerunt in evangelio [dei]. Aquila vir Priscillae est, quos non otiose Romam venisse manifestum est; propensiores enim erant in dei devotione. nam ad confirmationem Romano- 10 rum hi omnes quos salutatur, hic, id est Romae, fuisse intelleguntur. 2. unde dicit non solum se, sed et omnes gentium ecclesias gratias his referre, tangens et Romanos, ut his obaudiant, quos ad profectum gentium audiunt laborare ad exhortandam fidem in Christo. quos in tantum laudat, ut 15 pericula pro eo pati non abnuerint. inimicitias enim et Iudaeorum et falsorum fratrum subire non aspernati sunt, dummodo apostolum obsequiis et caritate iuvarent. 3. falsi fratres hi erant, qui credentes in Christum legem tamen servandam dicebant, non sufficere ad plenum salutis effectum 20 Christum docentes. quod apostolus destruebat. quare et persecutiones [ab his] patiebatur. horum etiam domesticos et vernaculos salutatur, quos ecclesiam appellat, quia sanctorum virorum erant discipuli circa fidem.

Salutate Efenitum dilectum meum, qui est 25 primitiae Asiae in Christo. 4. huius Efeniti etiam prae-

5sq. cf. Act. 18, 24sqq.

3 quia] qui *FG* 3sq. crediderunt *WA* 4 ipsi *G²DC* et ceteros *WA* 6 istis] his *WA* instructus est diligentius *WA* 8 dei *DC*
aquila namque *WA* 9 otiosos *WA* 11 id est Romae *om. C* Romae] *G²*
Y²D², romam *cett.* 12 omnium *FG* 15 christum *C* ut] et *FGBOD*
21 docentes] putantes *C* pro quare *WA* 22 ab his *DC* 23 quia] qui *W*
24 discipuli circa fidem *G²* 25 ephenetum *C*, ephenetum (aeph- *A*) *FG*
OYDAC, epinetum *W* meum] mihi *DWA* 26 primitiae] primitivus *G²D*,
initium *WA* christo iesu *D*

et (ut) invitet primos Romanorum [ad fidem], aut certe {ut} humiles crescerent.

16, 6. Salutate Mariam, quae multum laboravit in vobis. conmonet hos nomine Mariae, quam intellegimus
5 ad exhortationem eorum (illorum) {inpensius} laborasse [ut gratias illi agant].

16, 7. Salutate Andronicum et Iuniam (Iuliam), cognatos et concaptivos meos, qui sunt insignes in apostolis, qui ante me fuerunt in Christo Iesu.
10 hos cognatos et iuxta carnem et iuxta (secundum) spiritum, quomodo et angelus dixit ad Mariam: et ecce Elisabeth, cognata tua {et cetera}. quos etiam apostolis prioribus obsecutos cum testimonio sui declarat et secum captivitatem
15 passos fidei causa. [Iudaei enim incitabant gentiles ad persecuendum illos aut ad claudendum.] ideoque istos plenius honorandos.

16, 8. Salutate Ampliatum, carissimum meum in domino. hunc quasi amicum salutatur, sed in domino amicum, non tamen qui interfuerit labori eius aut captivitati.

16, 9. Salutate Urbanum, participem operis nostri in Christo. 1. non solum istum
20 α participem dicit, β suum adiutorem dicit, sed et ceterorum fuisse socium in exhortatione credulitatis.

11 Luc. 1, 36

4 vobis] domino Φ 8 insignes] nobiles Φ 9 qui et Φ
10 spiritum dicit IX 13 secum] secundum Φ 15 ideo SIX
17sq. carissimum — domino *pr.*] dilectissimum mihi in christo Φ 20sq. participem — nostri] adiutorem meum Φ

sentem dignitatem non tacet, ut ostendat et dignitosos credere et inclinari ad fidem, ut invitet primos Romanorum, aut certe ut humiles crescerent.

16, 6. Salutate Mariam, quae multum laboravit in vobis. conmonet hos nomine Mariae, quam intellegimus 5 ad exhortationem illorum inpensius laborasse.

16, 7. Salutate Andronicum et Iuliam, cognatos et concaptivos meos, qui sunt insignes in apostolis, qui ante me fuerunt in Christo Iesu. hos cognatos et iuxta carnem et secundum spiritum, quomodo 10 et angelus dixit ad Mariam: et ecce Elisabeth, cognata tua et cetera. quos etiam apostolis prioribus obsecutos cum testimonio sui declarat et secum captivitatem passos fidei causa. idcirco istos plenius honorandos.

16, 8. Salutate Ampliatum, carissimum meum 15 in domino. istum quasi amicum salutatur, sed in domino amicum, non tamen qui interfuerit labori eius aut captivitati.

16, 9. Salutate Urbanum, participem operis nostri in Christo. 1. non solum participem hunc suum dicit, sed et ceterorum fuisse socium in exhortatione credulitatis. 20

11 Luc. 1, 36

1 dignitosos] dignatos esse *FGMBOY*, dignatos hos *D*, dignitatis uiros *A*² 2 et inclinari ad fidem *om. C* romanorum ad fidem *C* 3 ut *om. FGM B* 5 vobis] domino *W* 6 illorum] eorum *Y* post laborasse: ut gratias illi agant *add. D* 7 iuniam *WC* 7sq. cognatos meos *WA* 8 insignes] nobiles *WA* 9 et qui *DWA* 10 secundum carnem et iuxta spiritum *W* 13 testimonium suum *W* suo *FG MBD* secum postea *WA* 14 causa et *D* idcirco] ideoque *C* 15 carissimum meum] dilectissimum mihi *WA* 16 istum] hunc *C* 17 aut] et *FGMBOA W* 18 participem] adiutorem nostrum *WA* 19 participem hunc suum] istum suum participem *C*, hunc adiutorem suum *WA*

Stachin (Stachyn) quoque, dilectum meum. 2. hunc Stachin (Stachyn) quamvis dilectum vocet, tamen subiecit (subicit) illum Urbano participi operis evangelii (evange,lici).

5 **16 10.** Salutate Apellen, probum in Christo. 1. hunc Apellen non quasi amicum suum aut participem operis salutatur, sed propter quod temptationibus probatus {est et} in Christo fidelis inventus [est].

Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli. 2. Aristobolus iste intellegitur congregator fuisse (congregator fuisse intellegitur) fratrum in Christo. cuius factum sic probatur, ut eos quos congregabat, dignos salutatione sua designet.

16, 11. Salutate Herodionem (Herodianum), cognatum meum. 1. hunc quem cognatum tantum vocat, ostendit devotum in caritate renascibilitatis, non tamen vigilantiam illius [et meritum] designavit.

Salutate eos, qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino. 2. Narcissus hic illo tempore presbyter dicitur fuisse {, 2 a. sicut legitur in aliis codicibus. et quia praesens non erat, videris qua causa eos in domino salutatur ut sanctos, qui ex eius erant domo. hic ergo Narcissus presbyter peregrini officio fungebatur exhortationibus firmans credentes}. 3. et quoniam non sciebat apostolus merita illorum, qui cum illo fuerant, sic dixit: salutatur eos, qui sunt ex
25 Narcissi domo, qui sunt in domino, hoc est, quos scitis esse dignos ex his salutatione mea, qui in domino posuerunt spem suam, illos salutatur nomine meo.

18sq. cf. Act. Petri c. Simone 3 (ed. Lipsius, p. 48, 7)

1 Stachin quoque] et stachen *SIX*, estacen *K*, stachin *N* 2 stachen *SIX*, stacen *K* 5 Apellen] appellem et Φ 9 aristobuli domo *IX* 13 herionem Φ 17 domo *om. SK* 23 quoniam] qui *K*
25 domo qui sunt *om. SK*

Stachyn quoque, dilectum meum. 2. hunc Stachyn quamvis dilectum vocet, tamen subicit illum Urbano participi operis evangelici.

16, 10. Salutate Apellen, probum in Christo. 1. hunc Apellen non quasi amicum suum aut participem operis salutatur, sed propter quod temptationibus probatus est et in Christo fidelis inventus. 5

Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli. 2. Aristobolus iste congregator intellegitur fuisse fratrum in Christo. cuius factum sic probatur, ut eos, quos congregabat, dignos salutatione sua designet. 10

16, 11. Salutate Herodianum, cognatum meum. 1. istum quem cognatum tantum appellat, ostendit devotum in caritate renascibilitatis, non tamen vigilantiam illius designat. 15

Salutate eos, qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino. 2. Narcissus hic illo tempore presbyter dicitur fuisse, 2a. sicut legitur in aliis codicibus. et quia praesens non erat, videris qua causa eos in domino salutatur ut sanctos, qui ex eius erant domo. hic ergo Narcissus presbyter peregrini officio fungebatur exhortationibus firmans credentes. 3. et quoniam non sciebat apostolus merita illorum, qui cum illo fuerant, sic dixit: salutatur eos, qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino, hoc est, quos scitis esse dignos ex his salutatione mea, qui in domino posuerunt spem suam, illos salutatur nomine meo. 25

17sq. cf. Act. Petri c. Simone 3 (ed. Lipsius, p. 48, 7)

1 et stachym WA 4sq. apellem (bis) WA 5 hunc uero W
 6sq. est et om. A 7 et om. FGMBY inuentus est WA
 9 fuisse intellegitur C 12 salutatur et FGB herodionem (heru- A¹)
 YDA¹ 13 istum] hunc C appellat] uocat C 14 illius] eius WA
 16 domo om. FG¹MWA 16sq. qui sunt om. FGMBODYDC 17 in domino om. C
 18 et] sed W 21 peregrino W

16, 12. Salute Trifenam et Trifosam, quae laborant in domino. 1. has uno honore dignas declarat in Christo.

Salutate Persidam carissimam, quae multum laboravit in domino. 2. ista anteposita videtur supra dictis, quia multum laboravit in domino. labor hic aut (et) in exhortatione est {et in ministerio sanctorum} aut (et) in pressura aut (et) in egestate propter Christum, quia et domos (domus) suas relinquebant fugati et obprobrio erant infidis.

16, 13. Salute Rufum, electum in domino, et matrem eius et meam. ideo istum Rufum praeposuit matri propter electionem administrationis gratiae dei, in qua mulier locum non habet. electus enim erat, id est promotus a domino ad res eius agendes. matrem autem (tamen) tam sanctam habuit, ut apostolus suam quoque matrem hanc vocaret.

16, 14. Salute et Asincritum (Asincretum), Flegontam, Hermam, Patrobam, Hermen et qui cum eis sunt fratres. hos simul salutatur, quia sciebat eos esse concordem in Christo, hoc est, iunctos in amicitia Christiana. salutatur simul et fratres, qui erant cum eis, quorum nomina nesciebat (praetermisit).

16, 15. Salute Filologum et Iuliam (Iuliam) et Nereum et sororem eius et Olymfan et omnes qui cum eis sunt sanctos. hi omnes unanimes (unanimes) intelleguntur fuisse quos hac causa simul salutatur, quorum meritum ex his, qui simul cum eis erant, dinoscitur. sanctos {enim} nuncupatur eos, ut merito illos salutare videatur.

1 Trifenam] trifinam SK 2 laborauerunt Φ 5sq. ista—
domino om. Φ 9 domus β S 18 et om. Φ asinehritum Φ 19 flec-
tona Φ Hermam] ermen SK, hermen IX Hermen] erman S, erman K,
herman IX 24 Iuliam β SIX 25 et pr. om. Φ Olymfan] olimpiadem
(oly- S, olimph- K) SKIX

16, 12. Salutate Trifenam et Trifosam, quae laborant in domino. 1. has uno honore dignas declarat in Christo.

Salutate Persidam carissimam, quae multum laboravit in domino. 2. ista anteposita videtur supra dictis, quia multum laboravit in domino. labor hic et in exhortatione est et in ministerio sanctorum et in pressura et in egestate propter Christum, quia et domus suas relinquebant fugati et obprobrio erant infidis. 5

16, 13. Salutate Rufum, electum in domino, et matrem eius et meam. ideo istum Rufum praeposuit matri propter electionem administrationis gratiae dei, in qua mulier locum non habet. electus enim erat, id est promotus a domino ad res eius agendas. matrem tamen tam sanctam habuit, ut apostolus suam quoque matrem hanc vocaret. 10 15

16, 14. Salutate et Asincretum, Flegontam, Hermam, Patrobam, Hermen et qui cum eis sunt fratres. hos simul salutatur, quia sciebat eos esse concordem in Christo nec dissidere in amicitiam. salutatur simul et fratres, qui erant cum eis, quorum nomina praetermisit. 20

16, 15. Salutate Filologum et Iuliam et Nereum

1 tryphenam *BC*, trifonam *A* tryfosam *C* 2 laborant] multum laborauerunt *WA* declarat dignos fuisse *W* 4 persidem *C* 8 domos *DWAC* 9 in obprobrio *A* 10 domino nostro *WA* 13 promotus] probatus *FGMBOY¹D* 16 et] *C*, *om. cett.* Asincretum] asincretum *WC*, sincretum *FGMO*, sincretum *B* flecontan *A*, flegonta *OW*, flecontum *G¹* 17 Hermam] hermen *DA*, ermen *W* patroban *FAC* Hermen] herman *A*, hermam *D*, herba *W* et si *W* 17sq. sunt fratres (fratres sunt *A*) cum eis *WA* 19 nec—amicitiis] hoc est iunctos in amicitia christiana *D* dissidere] desiderare *FMO* 21 iuliam *C*

16, 16. Salutate vos invicem in osculo sancto. 1. omnes quibus scribit et quos nominat, iubet salutare se invicem in osculo sancto, id est in pace Christi, non in desiderio carnis, sed in spiritu sancto {,ut religiosa sint oscula, non
5 carnalia}.

Salutant vos omnes ecclesiae Christi. {2a. per hoc intellegitur dici ecclesia, quae non sit Christi; unde et David conspirationem iniquorum ecclesiam malignantium vocat. omnium ergo locorum illorum ecclesias dicit eos salu-
10 tare, ut crescant in fide.} 2. et hoc (hoc ergo) ad superiorem sensum retulit, ut ostendat Christum esse, in quo est salus (salus est), et hunc esse, cuius populus Christianus (fidelis) est et cuius nutu vivit {cuncta creatura, auctor enim vitae hic est, sicut dicit Petrus apostolus},

15 α non sicut quidam illorum β non lex, in qua quidam illo-putabant legem servandam. rum putabant sperari debere.

16, 17. Oro autem vos, fratres, observetis eos qui dissensiones et offendicula praeter disciplinam quam vos didicistis faciunt, et devitate illos.
20 **18.** hi enim tales Christo domino non serviunt, sed suo ventri et per inlecebras ac blandimenta sermonum depravant corda innocentium. **19.** vestra autem obaudientia in omni loco provulgata est.

8 cf. Ps. 25, 5 13 cf. Act. 3, 15

1 vos om. Φ 16 servandum S 17 ut obseruetis Φ 18 disciplinam] doctrinam Φ 19sq. devitate—tales] declinate ab illis huiusmodi enim Φ 21sq. per—depravant] per dulces sermones et benedictiones seducunt Φ 23 autem—provulgata] enim obedientia in omnem locum diuulgata Φ

et sororem eius et Olymfan et omnes qui cum eis sunt sanctos. hi omnes unianimes intelleguntur fuisse quos hac causa simul salutatur, quorum meritum ex his, qui simul cum eis erant, dinoscitur. sanctos enim nuncupatur eos, ut merito illos salutare videatur.

5

16, 16. Salutatur vos invicem in osculo sancto. 1. omnes quibus scripsit et quos nominatur, iubetur salutare se invicem in osculo sancto, id est in pace Christi, non in desiderio carnis, sed in spiritu sancto, ut religiosa sint oscula, non corporea.

10

Salutatur vos omnes ecclesiae Christi. 2a. per hoc intellegitur dici ecclesia, quae non sit Christi; unde et David conspirationem iniquorum ecclesiam malignantium vocatur. omnium ergo locorum illorum ecclesias dicit eos salutare, ut crescant in fide. 2. istud ergo ad superiorem sensum retulit, ut ostendatur Christum esse, in quo salus est, et hunc esse, cuius populus fidelis est et cuius nutu vivit cuncta creatura, quia auctor vitae hic est, sicut dicit Petrus apostolus, non lex, in qua quidam illorum putabant sperari debere.

16, 17. Oro autem vos, fratres, observetis eos qui dissensiones et offencicula praeter disciplinam quam vos didicistis faciunt, et devitate illos. **18.** hi enim tales Christo domino non serviunt, sed

13 cf. Ps. 25, 5 18 cf. Act. 3, 15

1 olympham *FGB*¹, olimpiadem (-am *D*) *OYDWAC* 1sq. sanctos qui cum eis sunt *WA* 2 unianimes] *WAC*, unanimes *cell.* 4 nuncupatur *A* 6 vos *om.* *DWA* 7 scribit *C* 10 corporea] carnalia *DC* 12 hoc] hoc quod *FGMB*, quoque *YWA* dicit ecclesiam *FGB* unde] sicut *W* 14 illorum] ipsorum *W* eos dicit *WA* 15 istud] hoc *DC* 17 et cuius *C* 18 auctor enim *C* 19 sperare *BW*²*A* 20 oro] rogo *WA* fratres ut *BOYDWA* 21 disciplinam] doctrinam *WA* 22 devitate illos] declinate ab illis huiusmodi enim *WA* 23 domino nostro *AC*

1. hoc loco de personis erupit pseudoapostolorum, quos in tota epistola cavendos monuit, sicut et nunc. sed sine manifestatione traditionem illorum compressit. hi enim volebant Christianos (cogebant credentes) iudaizare, ut beneficium dei circa se (circa se dei) inanirent, sicut supra memoravi. compositis enim

α et mollibus verbis tractatus sibi aptabant, β genealogiae verbis tractatus sibi coaptabant ad commendationem traditionis suae,

10 per quos simplicium corda deciperent. vestra enim (autem) obaudientia, inquit, in omnem locum provulgata est. hoc est, quod in primordio epistolae dicit: quia fides vestra praedicatur in universo mundo.

2. α doctrinam quam dicit illos adsecutos esse, non ipsa est quam per totam epistolam arguit, sed post quam fuerant adepti. per hos quos salutatur, proficere illos vult. β hoc significat, quod securus sit de obaudientia eorum. erat enim incredulum, quod non se subicerent post cognitam veritatem rei stultae quasi prudentes.

20 {Gaudeo igitur in vobis. 3. et hic sensus de superiore parte epistolae est. gaudet enim, quia Romani, qui regnum habere videntur, subiecerunt se fidei Christianae.

Volo vos proficere, ut eruditi sitis in bonum, rudes vero in malum. 4. eruditus in bono hic est, qui bona operatur; rudes autem in malum hi sunt qui ignorant opera mala, id est usum malitiae nesciunt.

7 cf. 1 Tim. 1, 4; Tit. 3, 9 12 Rom. 1, 8

11 provulgata] divulgata Φ 17 quam post I fuerunt SK' fuerunt post X 18 hos vero IX 19 post vult: recens. a desinit. Sequuntur in codicibus hae subscriptiones: explicit tractatus epistolae (in epistolam X) ad Romanos NKX, explicit aepistula ad Romanos I; sine subscriptione S

suo ventri, et per inlecebras ac blandimenta sermonum depravant corda innocentium. 19. vestra autem obaudientia in omni loco provulgata est. 1. nunc prorupit de personis pseudoapostolorum quos in tota epistola cavendos monet, sicut et nunc. sed sine manifestatione traditionem illorum compressit. hi enim cogebant credentes iudaizare, ut beneficium circa se dei inanirent, sicut supra memoravit. compositis enim genealogiae verbis tractatus sibi coaptabant ad commendationem traditionis suae, per quos simplicium corda deciperent. vestra autem obaudientia in omnem locum provulgata est. [hoc est,] quod in primordio epistolae dicit: quia fides vestra praedicatur in universo mundo. 2. hoc significat, quod securus sit de obaudientia illorum. erat enim incredulum, quod non se subicerent post cognitam veritatem [rei stultae quasi prudentes].

Gaudeo igitur in vobis. 3. et hic sensus de superiore parte epistolae est. gaudet enim, quia Romani, qui regnum habere videntur, subiecerunt se fidei Christianae.

Volo vos proficere, ut eruditi sitis in bonum, rudes vero in malum. 4. eruditus in bono hic est, qui

8 cf. I Tim. 1, 4; Tit. 3, 9 12 Rom. 1, 8

1sq. per—depravant] per dulces sermones et benedictiones seducunt *WA* 3 autem] enim *C* in omni loco] in omnem locum *FGMBOC*, ubique *WA* diulgata *G²D*, uulgata *W¹* 4 prorumpit *Y*
 5 monuit *C* 7 dei inanirent] dei minuerunt *OD*, dei inicerent *W*, deminuerent *FG¹MB* 10 simplicium *FGMB* autem] *O*, enim *cett.* obaudientia inquit *C* 11 in omni loco *D* diulgata *G²* hoc est *OD*
 12 praedicatur] adnuntiatur *WA* 14 illorum] eorum *C* se *om.* *WA*
 15 subiacerent *DWA* 15sq. rei—prudentes *G²YDC* 17 in vobis ergo gaudeo *WA* 20sq. proficere—malum] sapientes esse in bono et simplices in malo *WA* 21 rudes vero] eruditos enim *W* est *om.* *FG²MBY*

16, 20. Deus autem pacis conteret satanam sub pedibus vestris velociter. 1. id est brevi. hoc de adventu suo dicit, quia adventus eius obrimeret diabolum ob hoc, quod isti spiritalem gratiam accepturi erant. cui rei invidet
 5 satanas; vult enim homines permanere in errore, ut discrepent, cum sint unius professionis.

Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. 2. gratiam quam promisit illis in adventu suo, iam optat esse cum illis. si enim merentur accipere, iam cum illis est in spe.

16, 21. Salutatur vos Timotheus, consors laborum meorum, et Lucius et Iason et Sosipater, cognati mei. Timotheus consors laborum eius est quasi coepiscopus et magna cum sollicitudine ecclesiam gubernabat, positus in invidiam Iudaeorum usque adeo, ut inter initia circumcideretur propter scandalum Iudaeorum, ut quia a matre Iudaea erat, doctor esse non posset incircumcisis. illos vero cognatos dicit, partim generis, partim fidei causa.

16, 22. Saluto vos ego Tertius, qui hanc epistolam scripsi, in domino. tertius nomine, non numero. hic est scriba epistolae, cui concessit suo nomine salutare plebem Romanam, ad quam scribit, ut ceteros salutent quos nominat. adhuc enim rectores ecclesiis paucis erant in locis.

16, 23. Salutatur vos Gaius hospes meus et universae ecclesiae. 1. hic est Gaius, ut arbitror, ad quem scribit Iohannes apostolus, exultans in caritate eius, quam exhibebat fraternitati, praebens sumptus illis necessarios. et cum superius dicat: salutant vos omnes ecclesiae Christi, nunc iterat dicens: salutant vos universae ecclesiae. quod puto non otiose iteratum. nihil enim tantus vir et tam tractabilis superfluum ponebat. sed quia: salutant vos, in-

bona operatur; rudes autem in malo hi sunt qui ignorant iniusta opera, id est nesciunt usum malitiae.

16, 20. Deus autem pacis conteret satanan sub pedibus vestris velociter. 1. id est brevi. hoc de adventu suo dicit, quia adventus eius obprimeret diabolum ob hoc, quod isti spiritalem gratiam accepturi erant. cui rei invidet satanas; vult enim homines permanere in errore [ut discrepent, cum sint unius professionis].

Gratia domini nostri Iesu Christi vobiscum. 2. gratiam quam promisit illis in adventu suo, iam optat esse cum illis. si enim merentur accipere, iam cum illis est in spe.

16, 21. Salutatur vos Timotheus, consors laborum meorum, et Lucius et Iason et Sosipater, cognati mei. Timotheus consors laborum eius est quasi coepiscopus et magna cum sollicitudine ecclesiam gubernabat, positus in invidiam Iudaeorum usque adeo, ut inter initia circumcideretur propter scandalum Iudaeorum, ut quia mater erat Iudaea, doctor esse non posset incircumcisis. illos vero cognatos dicit, partim generis, partim fidei causa.

16, 22. Saluto vos ego Tertius, qui hanc epistolam scripsi, in domino. tertius nomine, non numero. hic est scribe epistolae, cui concessit suo nomine salutare plebem Romanam, ad quam scribit, ut ceteros saluent quos nominat. adhuc enim rectores ecclesiis paucis erant in locis.

16, 23. Salutatur vos Gaius hospes meus et universae ecclesiae. 1. hic est Gaius, ut arbitror, ad quem scri-

14sq. cf. Act. 16, 1sq. 26sq. cf. III Ioh. 1

1 rudes] simplices *WA* 2 iniusta opera] opera mala *C* usum malitiae nesciunt *C* 3 conterat *FGW* 5 eius *om. G* 7 quia vult *C* 7sq. ut—professionis *C* 9 Iesu Christi *om. W* 11 spe] pace *FGBOY* 12sq. consors—meorum] adiutor meus *WA* 14 consors] adiutor *WA* 15 et] qui *BWA* sollicitudine et *FGMY* 16 invidia *YDWA*¹ 17 mater erat Iudaea] mater (matre *C*) iudea erat *YDC*, matrem iudaeam habebat *WA* 25sq. uniuersa ecclesia *W*

quit, omnes ecclesiae Christi — id est omnes sancti, sicut alio loco dicit: qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt —, nunc subiecit etiam hos salutare, qui sequentes sunt, ut bis dictum totum populum significet
 5 ecclesiae, quia in omni ecclesia duo sunt populi. potest et duarum provinciarum nominasse ecclesias, ut primum unius, deinde alterius loci dixisset omnes ecclesias, aut certe Iudaeorum et gentilium.

Salutat vos Erastus, dispensator civitatis, et
 10 Quartus frater. 2. dispensator civitatis est quasi curator, qui dictante iustitia gubernabat civitatem, maxime in pretiis moderandis. hos omnes ideo nominatim enumerat in salutatione Romanorum, ut scirent, quales et quanti congaudent bono coepto illorum.

15 **16, 25.** Ei autem, qui potest vos stabilire secundum evangelium meum et praedicationem Christi Iesu secundum revelationem mysterii, quod temporibus aeternis in silentio fuit, **26.** manifestatum est autem nunc per scripturas profeticas secundum
 20 imperium aeterni dei ad obaudientiam fidei in omnes gentes, cognitum **27.** soli sapienti deo per Iesum Christum, cui gloria in saecula. amen. 1. deo patri, ex quo sunt omnia, dat gloriam, ut coeptum Romanorum, quia potens est, dignetur implere, confirmando
 25 in fide animos eorum ad profectum evangelii et revelationem mysterii absconditi a saeculis, manifestati autem per Christum vel in Christo. sacramentum enim quod latuit semper in

bit Iohannes apostolus, exultans in caritate eius, quam exhibebat fratribus, praebens sumptus illis necessarios. et cum superius dicit: salutant vos omnes ecclesiae Christi, nunc iterat dicens: salutant vos universae ecclesiae. quod puto non otiose iteratum. nihil enim tantus vir et tam tractabilis superfluum ponebat. sed quia: salutant vos, inquit, omnes ecclesiae Christi — id est omnes sancti, sicut alio loco dicit: qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt —, nunc subiecit etiam hos salutare, qui sequentes sunt, ut bis dictum totum populum significet ecclesiae, quia in omni ecclesia duo sunt populi. potest et duarum provinciarum nominasse ecclesias, ut primum unius, deinde alterius loci dixisset omnes ecclesias, aut certe Iudaeorum et gentilium.

Salutat vos Erastus, dispensator civitatis, et Quartus frater. 2. dispensator civitatis est quasi curator, qui dictante iustitia gubernabat civitatem, maxime in pretiis moderandis. hos omnes ideo nominatim enumerat in salutatione Romanorum, ut scirent, quales et quanti congaudent bono coepto illorum.

16, 25. Ei autem, qui potest vos stabilire secundum evangelium meum et praedicationem Christi Iesu secundum revelationem mysterii, quod temporibus aeternis in silentio fuit, **26.** manifestatum est autem nunc per scripturas profeticas secundum imperium aeterni dei ad obaudientiam

3 Rom. 16, 16 8sq. Gal. 5, 24

1 iohannis *W* 2 fraternitati *C* illis sumptos *WA* 3 dicat *DC*
 4 universae ecclesiae] omnes ecclesiae christi *FGBMYWA* 6 quia] que *A* 9 suam *om.* *FGYA* hos] eos *W* 14 gentium *WA* 21 potens est *W* stabilire] confirmare *WA* 23 iesu christi *WA* 23sqq. mysterii—nunc] sacramenti temporibus saeculorum in silentio habiti (-enti *W*¹) manifestati autem (uero *W*) modo *WA* 26 imperium] praeceptum *WA* oboedientiam *WA*

deo, temporibus Christi declaratum est, quia non singularis est deus, sed est apud illum ex aeternis et sermo et paraclitus. 2. in qua veritate omnem creaturam decrevit salvam fieri per agnitionem. cuius quidem sacramenti veritas per profetas
5 fuerat designata figuris quibusdam soli deo cognita sapienti; cuius gratiae participes voluit esse gentes, quod latuit genus hominum. solus ergo est sapiens, quia ab ipso est omnis sapientia, sicut dicit Solomon: omnis sapientia a domino deo est et cum ipso fuit semper. 3. haec sapientia
10 Christus est, quia de ipso est et cum illo erat semper, per quem ipsi gloria in saecula saeculorum. amen. ideo nihil sine Christo plenum, quia per ipsum omnia, quia cum agnoscitur, datur deo patri laus per ipsum, quia intellegitur per Christum quasi per sapientiam suam, in quo salvos fecit credentes.
15 gloria ergo patri per filium, hoc est ambobus gloria in spiritu sancto, quia uterque in una gloria est.

fidei in omnes gentes, cognitum 27. soli sapienti deo per Iesum Christum, cui gloria in saecula. amen. 1. deo patri, ex quo sunt omnia, dat gloriam, ut coeptum Romanorum, quia potens est, dignetur implere, confirmando in fide animos illorum ad profectum evangelii et 5 revelationem mysterii absconditi a saeculis, manifestati autem per Christum vel in Christo. sacramentum enim quod latuit semper in deo, temporibus Christi declaratum est, quia non singularis est deus, sed est apud illum ex aeternis et sermo 10 et paraclitus. 2. in qua veritate omnem creaturam decrevit salvam fieri per cognitionem. cuius quidem sacramenti veritas per profetas fuerat designata figuris quibusdam soli sapienti deo cognita; cuius gratiae participes voluit esse gentes, quod latuit genus hominum. solus est ergo sapiens, quia ab ipso est [omnis] sapientia, sicut dicit Solomon: omnis sapientia 15 a domino deo est et cum ipso fuit semper. 3. haec sapientia Christus est, quia de ipso est et cum ipso erat semper, [per quem ipsi] gloria in saecula saeculorum. amen. ideo nihil sine Christo plenum, quia per ipsum omnia, quia cum agnoscitur, datur deo patri laus per illum, quia intellegitur 20 per Christum quasi per sapientiam [suam], in quo salvos facit credentes. gloria ergo patri per filium, hoc est ambobus gloria in spiritu sancto, quia uterque in una gloria est.

6 cf. Eph. 3, 9 15 Sirach 1, 1

1 cognitum]manifestati WA 2 cui] ipsi WA saecula saeculorum WA 4 quia] qui A 7 enim] autem FGMO 8 deo] domino WA 9 sed] quia ODC sermo] uerbum WA 10 paraclitus C, paraelytus D 12sq. deo cognita sapienti C 14 humanum W ergo est C 15 omnis DC 16 deo domino A 16sq. sapientia ista C 17 ipso] illo C 18 per quem ipsi C 19 plenum est WA quia alt.] qui WAC 20 illum] ipsum WAC 21 suam WAC quo] qua C 22sq. hoc—sancto] et spiritum sanctum W, et spiritui sancto A 23 quia] que A¹ est] sunt A est gloria D

16, 28. Gratia domini Iesu Christi cum omnibus vobis. amen. in conclusione Christum ponit, per quem facti et iterum reformati sumus gratia eius, ut mentibus nostris haereat, quia si beneficiorum eius memores sumus, semper nos⁵ tuebitur, sicut dixit: ecce ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. amen.

Finit ad Romanos.}

⁵ Matth. 28, 20

16, 28. Gratia domini Iesu Christi cum omnibus vobis. amen. in conclusione Christum ponit, per quem facti et iterum reformati sumus gratia eius, ut mentibus nostris haereat, quia si beneficiorum eius memores sumus, semper nos tuebitur, sicut dixit: ecce ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. [amen.]⁵

Finit ad Romanos.

5 Matth. 28, 20

1 domini nostri *DWA* christi sit *W* 3 et *om. FGBO* 5 et
 ecce *C* inquit ego *C* inquit *om. MW*¹ 6 omnibus diebus *om. FG*¹
MBOW 7 amen *WC*

finit ad Romanos] *om. DWAC, add. hucusque sublata discordia etc. (v. prolegom. p. XXXV) FGMBOY. Sequuntur variae subscriptiones: explicit beati Ambrosii in epistulam ad Romanos FG, explicit tractatus sancti Ambrosii episcopi Mediolanensis in epistulam beati Pauli apostoli ad Romanos BD, explicit ad Romanos C, finit M; sine subscriptione OWA.*

INDEX SCRIPTORUM¹

I. SCRIPTURA SACRA

Asterisco lectio scripturae a Vulgata discrepans, verbo cf. ipsa verba scripturae non afferri indicatur.

- Gen.
1, 31: cf. 435, 1sq.;
 cf. 449, 10
2, 17: cf. 173, 1
3, 1sqq.: cf. 235, 21sq.
3,4sq.: cf. 301, 14
5, 24: cf. 435, 2sq.
6, 8sq.: cf. 435, 3sq.
15, 5sq.: cf. 145, 13sqq.
*15, 16: 231, 15
17, 4: cf. 81, 25sq.
17, 10sq.: cf. 135, 17sqq.
18, 3sqq.: cf. 407, 12
19, 2sq.: cf. 407, 13
19, 24: cf. 169, 6sq.
19, 24sq.: cf. 59, 21sq.
21, 12: 307, 19
22, 18: 309, 18; 311, 12; 459, 19
25, 23: cf. 311, 20; 319, 5
31, 30: cf. 171, 16sq.
31, 32sqq.: cf. 167, 11sqq.
32, 28: cf. 81, 26sq.
39, 20: cf. 115, 18; 167, 13sqq.
40, 1sqq.: cf. 115, 18sq.;
 167, 15sq.
*49, 8: 83, 2
- Exod.
2, 12sqq.: cf. 167, 16
*6, 3: 351, 23
7,11sq.: cf. 301, 17sq.
12, 48sq.: cf. 125, 2sqq.
- *20, 2sqq.: 175, 28
24, 7: 184, 8
32, 33: 315, 26
- Lev.
*11, 4: 443, 2
11, 29: cf. 339, 7sqq.
*15, 31: 9, 4
*18, 5: 128, 9
19, 18: 411, 7
- Num.
24, 17: 459, 21
- Deut.
6,5: cf. 39, 22sq.
*6, 13: 163, 25
*10, 16: 93, 2
*18, 19: 353, 6
*27, 26: 365, 21
*32, 35: 415, 20
- Ios.
2, 9: cf. 95, 5; cf. 357, 11sq.
2,9sqq.: cf. 325, 5
24, 2: cf. 171, 16sq.
- Iudic.
*20, 18: 83, 1
- I Reg.
*9, 2: 317, 12
15, 24sqq.: cf. 321, 1sq.
28, 7sqq.: cf. 323, 7sqq.
- II Reg.
11, 4sqq.: cf. 99, 29
12, 13: cf. 321, 2sq.

¹ Primo numero indicatur pagina, secundo linea.

- 13, 27sq.: cf. 367, 10
 15, 16: cf. 321, 22
 16, 10: cf. 321, 23sq.
- III Reg.
 12, 28: cf. 47, 2
 18, 4: cf. 363, 22sqq.
- II Par.
 16, 12: cf. 107, 10sqq.
- Iudith
 12, 1: cf. 367, 11sq.
- Iob
 2, 6: cf. 55, 27
- Ps.
 *1, 5: 79, 19
 2, 8: 139, 1
 18, 2: 39, 18
 25, 5: cf. 487, 13
 *38, 6: 281, 3
 50, 6: 101, 18
 *68, 10: 455, 8
 75, 2: 177, 27; 331, 20
 84, 12: 17, 7
 85, 15: cf. 99, 3sq.
 *99, 3: 11, 2
 115, 11: cf. 99, 3sq.
 *119, 6: 413, 8
 131, 11: 459, 20
- Prov.
 *1, 7: 111, 3
 *3, 27: 401, 5
 *3, 34: 409, 16
 24, 12: cf. 321, 6
 24, 17: cf. 375, 24
 *25, 21sq.: 415, 25
 *28, 27: 399, 19
- Eccle.
 1, 2: 281, 2
 7, 16. 17: 415, 8
- Sap.
 *1, 4: 267, 18
 *15, 17: 45, 18
- Sirach
 *1, 1: 495, 15
 1, 16: cf. 75, 23
- Is.
 *1, 4: 111, 20
 *7, 14: 15, 24
 *8, 20: 185, 13
 *9, 6: cf. 299, 27
 *14, 12: 371, 13
 *27, 9: 11, 28; 339, 28
 *29, 13: 205, 8
 *40, 5: 115, 8; 269, 1
 41, 8: cf. 435, 4
 *42, 14: 65, 16
 *45, 9: 327, 14
 *45, 14sq.: 85, 18
 *50, 1: 233, 21
 52, 5: cf. 87, 14
 53, 4: cf. 457, 17sq.
 *56, 7: 121, 24
 *59, 20: 11, 27; 339, 28
- Ier.
 *4, 4: 93, 3; 459, 9
 *24, 6: 381, 5
 26, 8: cf. 111, 8
 26, 16: cf. 111, 10
 *31, 31sq.: 127, 11; 339, 19
 *31, 34: 121, 21
 *48, 10: 403, 14
- Baruch
 3, 36: 291, 21
- Ezech.
 *18, 4: 199, 14; 267, 24
 *20, 25: 339, 16
 *33, 12: 445, 12
- Dan.
 2, 34sq.: cf. 341, 9sqq.
 *4, 14: 421, 20sq.
 9, 21sqq.: cf. 127, 3sqq.
 *9, 26: 127, 6
 14, 21: cf. 45, 28

- Hab.
 *2, 4: 123, 8; 339, 5; 365, 25
- Zach.
 3, 1: cf. 55, 27
 *12, 2: 127, 19; 331, 21
- Mal.
 1, 2sq.: 313, 15; 319, 3
 *3, 6: 97, 6
 4, 2: cf. 429, 7
- I Macc.
 3, 1sqq.: cf. 37, 6sqq.
- II Macc.
 8, 1sqq.: cf. 37, 6sqq.
- Matth.
 *3, 7: 111, 18
 3, 17: 87, 10
 *4, 10: 163, 25; cf. 307, 3sqq.
 5, 7: 473, 17
 *5, 11sq.: 153, 14
 5, 17: 127, 16
 5, 20: cf. 337, 14sq.: 411, 4
 *5, 43: 411, 7
 5, 44: cf. 425, 20
 *5, 45: 65, 2
 *6, 8: 289, 26
 6, 10: cf. 285, 8sq.
 6, 13: cf. 351, 19sq.
 6, 24: 205, 10
 7, 5: 409, 12
 8, 17: cf. 457, 17sq.
 *11, 25sq.: 461, 8
 *11, 29sq.: 207, 22
 12, 8: 11, 17
 12, 27: 77, 21
 12, 39: 111, 18
 13, 13: cf. 357, 1sq.
 13, 17: 131, 24
 13, 55sq.: cf. 341, 23
 15, 18: cf. 219, 10
 *18, 19: 474, 25
 *19, 17: 229, 16
 20, 22: 287, 26
- *21, 43: 331, 24
 *22, 13: 429, 15; cf. 433, 6sq.
 22, 21: 421, 22
 23, 37: 111, 17
 24, 24: cf. 301, 25sq.
 *26, 41: 269, 9
 26, 65: cf. 455, 14sqq.
 27, 5: cf. 317, 19sq.
 27, 54: cf. 17, 9sq.
 *28, 7: 83, 5
 28, 20: 477, 4; 497, 5
- Marc.
 3, 14: cf. 19, 5
 4, 12: cf. 357, 1sq.
 6, 13: cf. 351, 19sq.
 6, 28: cf. 367, 12sq.
- Luc.
 1, 36: 481, 11
 2, 29; cf. 211, 9; cf. 285, 6sq.;
 355, 5
 2, 52: 11, 10
 3, 6: 269, 1
 4, 6: 55, 25
 8, 11: 335, 9
 *8, 12: 235, 13
 *9, 48: 87, 20
 10, 1: cf. 293, 10sq.; cf. 315, 18;
 cf. 317, 18
 *10, 5: 21, 7
 10, 17: cf. 293, 10sq.
 *10, 20: 315, 20
 *11, 52: 369, 14
 *14, 11: 409, 19
 15, 12: cf. 275, 22sq.
 16, 16: 7, 19; 127, 9
 16, 26: cf. 173, 18sq.
 *17, 34: 321, 10
 18, 1: cf. 351, 16sq.
 *22, 27: 459, 4
 *22, 31sq.: 295, 21
 23, 34: cf. 427, 7
 *24, 21: 17, 12

Ioh.

- 1, 5: 355, 14
 1, 14: 15, 11
 1, 29: 137, 23
 1, 45: 75, 14
 1, 47: 333, 4
 *2, 19: 193, 7
 *2, 21: 193, 8
 *3, 18: 79, 18
 3, 35: cf. 265, 23
 4, 22: 315, 4
 *4, 23sq.: 25, 6
 5, 23: 163, 5; 447, 8
 5, 46: 333, 25
 *6, 38: 455, 4
 6, 42: 341, 23
 6, 67: cf. 293, 10sq.; cf. 315, 18
 6, 71sq.: cf. 293, 10sq.
 *7, 48: 369, 19
 *8, 28: 17, 14
 8, 34: 171, 2; 203, 1
 8, 44: cf. 55, 20; 273, 8
 10, 20: 369, 6
 10, 21: 369, 8
 *12, 19: 373, 9
 *12, 32: 17, 15
 *12, 42sq.: 349, 7
 *13, 34: 403, 5
 14, 27: 445, 22; 477, 2
 *15, 13: 457, 7
 16, 18: 369, 5
 *17, 3: 13, 10; cf. 199, 27
 17, 12: 363, 7
 *17, 18: 459, 12

Act.

- 1, 9: cf. 301, 4sq.
 1, 17: 317, 14
 2, 4: cf. 155, 13sq.
 3, 15: 91, 13; cf. 487, 18
 *3, 17: 345, 3
 4, 11: 341, 16
 *4, 12: 13, 17; 137, 6

- 9, 3: cf. 319, 7
 10, 31: cf. 125, 5sqq.
 10, 34: cf. 317, 10
 10, 36: 9, 19; 351, 8
 *11, 18: 463, 8
 *14, 22: cf. 153, 10sq.
 *15, 10: 339, 24
 16, 1sqq.: cf. 491, 14sqq.
 16, 3: cf. 405, 18sq.
 16, 7: cf. 31, 21sq.
 *18, 9sq.: 31, 24
 18, 24sqq.: cf. 479, 5sq.
 21, 24: cf. 405, 18sq.
 *23, 11: 27, 15

Rom.

- 1, 7: 31, 12
 *1, 8: 489, 12
 1, 13: 471, 1
 1, 24: cf. 51, 13
 2, 14: 207, 2
 2, 29: cf. 261, 1sq.
 *6, 12: 177, 5
 8, 3: cf. 215, 25
 *9, 5: 49, 27
 10, 4: 91, 4
 *10, 5: 128, 9
 11, 8: 383, 7
 11, 13: 75, 18
 11, 25: cf. 393, 7
 12, 5: 285, 11
 *13, 2: 129, 23
 14, 8: cf. 139, 2
 14, 10: cf. 79, 20sq.
 14, 17: cf. 355, 6
 *14, 18: 163, 24; 307, 7
 16, 16: 493, 3
 16, 25: cf. 13, 6; cf. 93, 7

I Cor.

- 1, 30: cf. 205, 18
 5, 12: 79, 17
 *6, 13: 443, 12

- 8, 6: 11, 8; cf. 25, 12sq.; cf. 75,
24sq.; cf. 337, 9sq.
10, 4: 341, 14
10, 33: 453, 24
11, 21: cf. 431, 10
*12, 26: 407, 20
16, 1: 407, 8
- II Cor.
2, 11: cf. 301, 6
*2, 16: 251, 26
*2, 17: 85, 14
3, 2: cf. 221, 17sq.
*3, 7: 251, 22
3, 14sqq.: cf. 93, 4sq.
3, 15: cf. 343, 12
5, 20: 19, 15
10, 3: cf. 259, 22sq.
12, 9: 287, 21
- Gal.
2, 6: cf. 317, 10
2, 10: 407, 9
2, 18: cf. 89, 12
3, 12: 128, 9
*3, 13: 119, 27
4, 26: 355, 8
5, 4: 143, 9
5, 24: cf. 197, 3sq.; cf. 277, 8sq.;
493, 8
*6, 1sq.: 409, 5
*6, 7: 205, 11
- Eph.
2, 3: 111, 23
*2, 4: 443, 15
2, 17: cf. 331, 7sq.
3, 9: cf. 495, 6
3, 15: cf. 23, 8
5, 16: 405, 7
6, 12: 235, 15; cf. 273, 3
- Phil.
2, 10: cf. 43, 1sq.; 305, 21
3, 9: 37, 17
*3, 19: 93, 12
- Col.
1, 26: cf. 93, 7
2, 14: cf. 165, 22sq.; cf. 215, 27 sq.
*2, 15: 255, 26
2, 16: cf. 75, 19sq.
*4, 6: 405, 8
- I Thess.
2, 19: 27, 6
4, 3: 393, 23
- I Tim.
1, 4: cf. 489, 8
*1, 9: 73, 11
2, 4: cf. 321, 5
- II Tim.
3, 8: cf. 301, 17 sq.
- Tit.
3, 5: cf. 271, 2
3, 9: cf. 489, 8
- Hebr.
7, 14: cf. 81, 29; cf. 325, 2
8, 13: cf. 221, 11sq.
- Iac.
2, 23: cf. 435, 4
- I Petr.
*4, 6: 347, 8
- I Ioh.
2, 15sq.: cf. 265, 10
*2, 19: 317, 2
*3, 2: 195, 6; 277, 2
*3, 8: 35, 27; cf. 55, 22
*3, 9: 273, 5
- II Ioh.
7: cf. 413, 21sq.
- III Ioh.
1: cf. 491, 26sq.
- Apoc.
2, 24: 301, 6
*3, 16: 403, 19
*5, 2sq.: 335, 17
12, 12: cf. 325, 11
*13, 8: 179, 8
19, 10: 305, 27

II. ALII AUCTORES

- | | |
|-------------------------------------|---------------------------------|
| Acta Petri cum Simone (ed. Lipsius) | 4, 1 p. 24, 20: cf. 167, 9sq. |
| 3 p. 48, 7: cf. 483, 17sqq. | 18 p. 44, 20sqq.: cf. 321, 1sq. |
| 4: cf. 301, 2 | 39 p. 66, 20: cf. 305, 10 |
| Cicero Cat. | 91, 6 p. 156, 9: cf. 305, 27 |
| 1, 21: 155, 20 | app. 75, 2 p. 469, 13: cf. 9, 4 |
| Quaest. | app. 80, 1 p. 474, 1: cf. 7, 1 |
| 3, 4 p. 24, 1sq.: cf. 323, 25 | Tertullianus adv. Marc. |
| | 2, 19, 1: cf. 9, 4 |

TRENT UNIVERSITY



0 1164 0195653 1

LR BR60 .C6 v.81¹
Corpus scriptorum ecclesiasticorum
latinorum

341670

341670

